Walogostum obsidetur rursum. cxcvii.	Vluilde in patre fraus. xi. Eiusdem exhortatio in maritum. xi.
wandali. S. Kanutu psequuntur. fol. cxvi.	Vittho Freforum pirata capitur. xiiii.
wandalorum incurrationes. cxli.	Vluida consilium pessimu. xiiii.
wasche athleta superatur. lvi.	Vluonis ortus ex vrso. ciii. insolentia. cv.
Vaticinium de thesauro. xi.	Vluonis supplicium. cxlvii.
Vaticinium muliercula. xci.	Vnguinus rex. xxxix. fo. lxxvi. in fine.
Vatizlauri pietas. clxxv.	Vnno Brene. epus. ci.
Vbbo Daniā occupat. xiiii.	Voldemari seu Waldemari laus. folio. i.
Vbbo Freficus. lxiiii.	Voluptas & superbia carpuntur. lxiiii.
Vbbo nascit. xcii. regnu affectat et pluri mos fundit. ibidem. Moritur. xciii.	Voto se astringedi mos priscoru. xvii.
Vbbonis alterius mors. lxxviii.	Vpsale sedes epalis in Suetia. vii.
Vbbonis victus. xxvi.	Vrbium fortuitum incendium. clxxxvi.
Veh patrie cuius rex puer. xxxviii.	Vrnica cocio Haraldū regē lutię creat. 131
Vencicę in Frothone tertiū fraus. li.	Vrne. nobilitas antiqua. clxxviii.
Veneficorum vires. lxvi.	Vrf ⁹ amator puellę & geitor vluonis. ciii
Venti vehementia. cxiiii.	Vrfa Rolphonę genuit. xv. Eius ast ⁹ . xvi.
Verindia regio petrosa. ii.	Vrfa fuga & pecunia abiectio. xvi.
Wermundus rex. xxiii. fo. xxxii.	Vrsini cruoris potandi ratio. xvii.
Wermundi liberalitas. xxxii.	Vrsi syluestris ferę progenies. ciii.
Versutia impja. cxvii.	Vxoratos esse timidos. cxl.
Vespasii regis cades. xii.	

FINIS.

Prologus in historiã Danicam. Fo. I.

Doctissimi & eloquentissimi Saxonis Grammatici Sialandici,
Insignis Ecclesie cathedralis Roskildensis olim
Prepositi: In Gesta Danorum Prefatio.



VM cetera nationes rerum suarum titulis gloriosi, voluptatemque ex maiorum recordatione percipere soleant: Danorum maximus pontifex Absalon patriam nostram, cuius illustrandae maxima semper cupiditate flagrabat: eo claritatis & monumenti genere fraudari non passus: mihi comitum suorum extremo, ceteris operam abnuentibus res Danicas in historiã conferendi negocium intorsit: inopemque sensum maius viribus opus ingredi, crebre exhortationis imperio copulavit. Quis enim res Danicæ gestas, iteris prosequeretur: quæ nuper publicis initiata sacris: ut religionis ita latine quoque vocis aliena torpebat. At ubi cum sacrorum ritu latialis etiam facultas accessit: sequecies par imperitiae fuit: nec desidia minora, quam antea poenitentiae vitia exitere. Quo evenit ut paruitas mea quibus se predicta moliri imparem animaduerteret: supra vires nitenti, quam iubenti resistere preoptaret: ne finitimis factorum traditione gaudentibus: huius gentis opinio potius vetustatis obliuio respersa, quam literarum monumentis praedita videretur. Igitur oneri cunctis praeteriti cui scriptoribus in experto rudis labori humeros subiacere coactus, imperiumque negligere veritus, audacius quam efficacius parui: quam ingenii mei imbecillitas fiduciam negabat: ab hortatoris amplitudine mutuatus. Cuius satis coepri mei metam praecurrentibus: te potissimum Andrea/penes quem saluberrimum? susfragiorum consensus honoris huius successionem sacrorumque summam esse voluit: materiae ducem auctoremque depono: obrectationis liuorem, qui maxime conspicuus rebus insultat: tanti cognitoris praesidio frustraturus. Cuius fertilissimum scientiae petat ac venerabilium doctrinarum abundantia instructum veluti quoddam celestium opum sacrarium existimandum est. Tum Galliam Italiamque cum Britannia percipiendam literarum disciplinam, colligendamque earum copiam gratia perscrutatus: post diuinam peregrinationem splendidissimum externae scholae regimen apprehendisti: tantumque eius columnen euasisti: ut potius magisterio ornamentum dare, quam ab ipso recipere videreris. Hinc ob insignium culmen meritaque virtutum, regius Epistolaris effectus: officium mediocritatis liminibus contentum tantis industriae operibus exornasti: ut idem postmodum amplissima dignitatis viris ad eum quem geris honorem translatis beneficium nomine expetendum relinqueres. Quamobrem Scaniam tripudio discurrere contemptum est, quam pontificem potius a finitimis mutuata sit, quam ex indigenis legerit. quippe quae laudabiliter delectum egit: locunditatem ex suffragio suo meruit. Itaque cum genere, literis, ingenioque niteas: ac plebem fecundissimis doctrinae stipendiis regas: maximum tibi gregis amorem conciliasti: susceptaque ministerii partes gloriose executionis fiducia ad laudis cumulum perduxisti. Et ne rerum dominium possessione usurpare videreris: amplissimum patrimonium sacris aedibus religiose liberalitatis testamentum legasti. Obsitasque curis opes decenter abicere: quam earum audistate & pondere

Laus Andreae archiepiscopi Lundensis.

Hexameron & de vii sacramentis opus copiosum fuit metricè

xv.
iiii.
xii.
fit
m.
xv.
iiii.
xvi.
xix.
iiii.
vii.
xxi.
xii.
xiii.
se
em.
xvi.
viii.
lvi.
ciii.
viii.
hor
xi.
iiii.
iiii.
cv.
lvii.
fine.
ci.
i.
iiii.
xvii.
vii.
xvi.
it. 131
viii.
ciii.
xvi.
xvi.
xvii.
ciii.
cxl.

Baronis Grammatici

Opera p̄fici- implicari maluisti. Tu item, misericordiam reuerendorum dogmatum opus complexus:
gnata sunt. priuatimq; curis publicę religionis officia antepone auidus: pertinentium ad eam re-
rum solutionem abnuentes; salutarium consiliorum doctrina, debitis sacrorum obse-
quiis adegisti. veteremq; diuinarum eorum iniuriam religioso lucrı beneficio rependi-
sti. Præterea lasciuioris vitę studiosos intemperantięq; plus equo viribus indulgēs:
saluberrimę exhortationis perseuerantia, ac splendidissimis frugalitatis exemplis ad
honestiorem mentis habitum ab eneruı mollitudine reuocatos, dictis ne an factis ma-
gıs instruxeris dubium reliquisti. Ita qđ tuorum nulli prædecessorum obtinere tribu-
tum est: solis prudentiæ monitis impertasti. Nec ignotum volo Danorum antiquo-
rum conspicuis fortitudinis operibus editis, glorię emulacione suffusos: Romanı stilı
imitatione non solum rerum a se magnifice gestarum titulos exquisito contextus ge-
nere veluti poetico quodam opere perstrinxisse: veteretiam maiorū acta patrii sermo-
nis carminibus vulgata linguę suę literis saxıs ac rupibus insculpenda curasse. Quo-
rum vestigiis seu quibusdam antiquitatis voluminib; inherens, tenoręq; veteris trāslla-
tionis passibus amulatus: metra metris reddenda curauı: quibus scribendorum series
subnixa, non tã recenter confata qđ antiquitus edita cognoscatur. Quia presens opus
hoc verita- non nugacem sermonis luculentia: sed fidelem vetustatis notitiam pollicetur. Quã-
tem gestor- tum porro ingenii filius homines historiarum edituros putemus: si scribēdi sitim lati-
profiterur. nitatis pericia pauissent: Quibus tametsi Romanę vocis notitia abesset: tanta tradē-
dæ rerum suarū memorię cupidō incessit: vt voluminū loco vastas moles amplectē-
Cautib; in- rentur, codicū vsum a cautib; mutuantes. Nec Tylensum industria silentio oblite-
scripta. randa. Qui cum ob natiaā soli sterilitatē luxurię nutrimentis carentes: officia conti-
Tylen. in- nuę sobrietatis exerceat, omniaq; vitę momēta ad excolendā alienorū operū notitiā
dustria. conferre soleat: inopiā ingenio p̄sant. Cunctarū quippe nationū res gestas cognosse,
memorięq; mādare, voluptatis loco reputat: nō minoris glorię iudicātes alienas vir-
tutes disserere qđ proprias exhibere. Quorū thesauros historicarū rerū pignorib; refer-
tos curiosius consulens: haur parua presentis operis partē ex eorū relationis imitatio-
ne contexui. Nec arbitros habere contempsı: quos tanta vetustatis pericia callere cog-
nouı. Nec minus Abfalonis assera sectando, quæ vel ipse gessit vel ab aliis gesta per-
didicit: docili animo stilosq; cōplecti curę habui, venerandæ eius narrationis documē-
tū perinde ac diuinū aliquod magisteriū amplexatus. Te ergo salutaris princeps ac
Cōmenda- parens noster, cuius illustrissimā a priscais temporibus profapia dicturus sum: clarissı-
rio regis ma lux patrie Voldemare, dubiū laboris hui; progressum fauore prosequi rogo: quia
Voldemari propositi pondere constrictus, vereor ne magis imperitię meæ habitum, ingeniiq; de-
bilitem patefaciā, qđ tuam (sicut par est) originem representem. Siquidem præter pa-
ternæ hereditatis amplitudinē, conspicua regni incrementa finitimorū oppressiōe for-
titus Albięq; reciprocos fluctus propagatę dominationis labore complexus: haur me-
diocre claritatis momentū celeberrimus laudis tuę titulis adiecisti. Ita antecessorū fa-
Multa re- mam atq; opinionē operū magnitudine supergressus, ne Romanı quidē imperiū par-
gna Volde- res armis intentatas liquisti. Cumq; fortitudine & liberalitate instructissimus habea-
marus sub- ris, plus ne hostes bellis terreas: an ciues humanitate demulceas ambigui reddidisti.
egit. Tuus quoq; fulgētissimus auus publicę religionis titulis cōsecratus: immeritęq; mor-
Cōmenda- tis beneficio immortalitatis gloriā cōsequutus: nūc sanctitatis fulgore p̄stringit quos
rio facti Ka- olim victoris adquisiuit. Ex cuius sanctissimis vulnerib; plus virtutis qđ cruoris efflu-
nuti regis, xit. Ceterū prisco atq; hereditario obsequēdi iure: saltem ingenii viribus tibi militare

De Situ Danię. Fo. III.

aque molliciem depascuntur. Est & Saxum quod montium prærupta non extrinseca
agitatione, sed propria nativæq; motione peruolat. Et vt paulo altius Noruagię de
scriptio replicetur: Sciendum q; ab ortu Suetiæ Gothyęq; conternisina aquis vtrinq; se
cus oceani vicinantis includitur. Eadem a septentrione regionem ignoti situs ac no
minis intuetur humani cultus experte. Sed monstruosę nouitatis populis abundan
tem. quã ab aduersis Noruagię partibus interflua pelagi separauit immēfitas. Quod
cum incertę nauigationis existat perpaucis eam ingredientibus salutarem reditū tri
buit. Caterum oceani superior flexus Daniã interfecando prætermeans Australem
Gothyę plagã sinu laxiore cōtingit: inferior vero meatus eius Noruagięq; latus seprẽ
trionale præteriens ad ortū versus magno cum latitudinis incremento solido limita
tur anfractu, quem maris terminum gentis nostre veteres Grãduicū dixerunt. Igitur in
ter Granduicū & meridiana pelagus breue cōtinentis spacium patet mariavtrinq; **Grãduicus**
secus allapsa prospectans; quod nisi rerum natura limitis loco congressis pene flucti
bus obiecisset: Suetiam Noruagiamq; confluui frictorum estus in insulam redegressent.
Harum ortiuas partes Skricfinni incolūt. Quæ gens inuitatis assueta vehiculis mō **Skricfinni.**
tium inaccessa venationis ardore sectatur: locorūq; complacitas sedes dispendio lubri
cę flexionis assequitur. Neq; enim vlla adeo rupes prominet quin ad eius fastigiū cal
lida cursus ambage perueniat. Primo siquidem vallium profunda relinquens scopulo
rum radices tortuosa giratione perlābitur: sicq; meatum crebrę declinationis obliqui
tate persequitur donec per sinuosos callium anfractus destinatū loci cacumen exsuperet.
Eadem apud finitimos mercium loco quorūdam animalium pellibus vti consuevit. **Suetiã.**
Suetiã vero Daniã ab occasu Noruagiãq; respiciēs. A meridie & multa oriētis par
te vicino præterit oceano. Post quã ab ortu quoq; multiplex diuersitatis barbaricę cō
sertio reperitur. Daniã vero regionem giganteo quōdam cultu exercitam, eximia **Gygantes**
magnitudinis saxa veterum bustis ac specubus affixa testantur. Quod si quis vi mō **in Dania.**
struosa patrum ambigat quorūdam mōrtium excelsa suspiciat: dicatq; si callet quis
eorum verticibus cautes tanta granditatis inuenerit. Inopinabile nanq; quibus mira
culi huius estimator aduertet vt molem super plano minime vel difficile mobilem in
tantum montanę sublimitatis apicem simplex mortalitatis labor aut vtitatus huma
ni roboris conatus extulerit. Vtrum vero talium rerum auctores post diluuialis inun
dationis excursum gigantes extiterint: an viri corporis viribus ante alios præditi: pa
rum notitię traditum. Talibus vt nostri autumant subitam mirandãq; nunc propin
quitatis, nunc absentię potestatem comparandiq; ac subterlabendi vicissitudinē ver
silibus corporum status indulget. qui hodieq; scrupream inaccessãq; solitudinem (cu
sus supra mentionem fecimus) incolere perhibentur. Eiusdem aditus horrendi ge
neris periculis obitus raro sui expertoribus incolumitatē regressumq; concessit. Nūc
strilum ad propositum transferam.

Finis præfationis.

a iij

... dicitur... I. ...

Saxonis Grammatici

... dicitur... I. ...

Saxonis Grammatici professione, Sialandici natione: sua tempestate longe ditissima historię Danicę multo labore acrigi: iudicio ex danicis monumētis recollecte, de Origine Danorum. Liber. I.



An igitur & Angul, a quibus Danorum cepit origo, patre Humblo procreati: non solum conditores gentis nostrę, verum etiam rectores fuere. Quę Dudo rerum aquitancarū scriptor Danos a Danais ortos nuncupatosq; recenset. Hi licet fauentib; patrię votis regni dominio potirentur: rerumq; summā ob egregia fortitudinis merita asistentib; ciuium suffragiis obtinerent: regii tamen nominis expertes degebāt. Cuius vsū nulla tunc temporis apud nostros consuetudinū frequentabat auctoritas. Ex quibus Angul, a quo gentis anglicę principia manasse memorie proditum est: Nomen suum prouincię cui preerat aptandum curauit: leui monumenti genere perennem sui notitiam traditurus. Cuius successores postmodum britannię potiti priscum insule nomen nouo patrię suę vocabulo permutarunt. Magni id factum a veteribus estimatum. Testis est Beda non minima pars diuini stili, qui in Anglia ortus sanctissimis suorum voluminum thesauris res patrię sociare curę habuit: æque ad religionem pertinere iudicans: patrię facta literis illustrare: & res diuinas conscribere. Verum a Dan (vt fert antiquitas) regum nostrorum stemmata ceu quodam deriuata principio: splendido successione ordine profuxerūt. Huic filii Humblus & Lotherus regem veteres affixis humo saxis insistere, suffragiaq; promere cōsueuerant subiecto lapidum firmitate facti constantiam ominaturi. Quo ritu Humblus decedente patre, nouo patrię beneficio Rex creatus. Sequentis fortunę malignitate ex rege priuatus euasit. Bello siquidem a Lothero captus: regni depositione spiritum mercatus est. hæc sola quippe victo salutis conditio reddebatur. Ita fraternis iniuriis imperium abdicare coactus: documentum hominibus præbuit: vt plus splendoris ita minus securitatis aulis q; ruguris inesse. Ceterum insurię tam patiens fuit vt honoris damno tanq; beneficio gratulari crederetur. Sagaciter vt puto regie conditionis habitum cōtemplatus. Sed nec Lotherus tolerabiliorem regem q; militem egit: vt prorsus insolentia ac scelere regnum auspiciari videretur. Siquidem illustrissimum quęq; vita aut opibus spoliare patriamq; bonis ciuibus vacuifacere probitatis loco duxit. Regni amulos ratus quos nobilitate pares habuerat. Nec diu scelerum impunitus, patrię consternatione perimitur: eadem spiritum eripiente quę regnum largita fuerat. Cuius filius Skyoldus naturam ab ipso non mores sortitus: per summam tenerioris etatis industriam cuncta paternę contagionis vestigia ingenitis erroris deuiso præteribat. Igitur vt a paternis virtutibus prudentem desciiuit, ita auitis virtutibus feliciter respondit remotiorem pariter ac prestantiorem hereditariū mortis portionem amplexus. Huius adolescentiæ inter paternos venatores immanis beluę subactione insignis extitit: mirandq; rei euentu futurę eius fortitudinis habitum ominata est.

Origo Danorum.

Origo Anglorum.

Bede scripta.

Dan.

Humblus secundus rex Danicę.

Qualiter reges antiqui eligebatur.

Lothar rex.

De tyranni de Lothari.

Skyoldus quartus.

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

Baxonis Grammatici

ad esse rata: simulq; tam insoliti cult⁹ horrore muliebriter territa: succussis frenis maxima cum totius corporis trepidatione patrio carnine sic coepit,
 Conspicor inuisum regi venisse gigante[m]
 Et gressu medias obtenebrare vias:
 Aut oculis fallor: nam tegmine saepe ferino

Contigit audaces delituisse viros,
 Cui Bell⁹ sic or⁹. Tum Gro. Ne proprio vos Tristia nobis
 Virgo caballi Quis rogo vestru[m] Opprimat omnes Funera virgo!
 Que premis armos Dirigit agmen! Agmine Sictrug: Ad quem Gro.
 Verba vicissim Quo duce signa Inq; feroci En ferar istinc
 Mutua fundens Bellica fertis! Stipite figat Nota reuisens
 Quod tibi nomen Quis moderatur Illaqueato Tecta parentis
 Qua fueris dic Prælia princeps Guttura nexu Ne vententis
 Gente creata! Quo ve paratur Detq; rigenti Conspicer audax
 Ad hæc Gro. Præstite bellum! Corpora nodo Agmina fratris.
 Gro mihi nomen: Cõtra sic Bessus. Ac male totuus Vos remeantes
 Rex pater extat Gram regit agmẽ Trudat edaci Vltima queso
 Sanguine fulgens Marte beatus: Funera coruo. Fata moventur.
 Fulgidus armis. Quẽ mer⁹ aut vis Iterum Bessus. Ad quam Bessus
 Tu quoq; qui sis Flectere nescit Gram prior illum Leta reuise
 Aut satus vnde Nec rogos ardens Manibus addet Nata parentem
 Promito nobis. Nec ferus ensis Ac dabit orcho: Nec cita nobis
 Cui Bessus. Aut maris vnq; Q; sua satis Fata precare:
 Bessus ego sum Terruit astus. Lumina claudat Nec tua bilis
 Fortis in armis Hoc duce belli Inq; pauenda Pectora pulset.
 Trux inimicis Signa leuamus Vertice plexum Namq; petenti
 Gentibus horrore Aurea virgo. Tartara mittet. Aspera primum
 Atq; alieno C Rursum Gro. Nulla Sueuorum Difficilisq;
 Sæpe refundens Hinc remeantes Castra timemus Sepe secundo
 Sanguine dextram. Vertite cussum Quid minitaris Fœmina cedit.
 Post hæc Gram horrenda: monstruosq; vocis habitum tractoris soni modulis emul-
 latus, silentiq; diuturnioris impariens, talibus puellam dictis aggreditur,
 Ne timeat rabidi germanum virgo gigantis:
 Me neq; contiguum palleat esse sibi.

ante Grip regis fuit, cui proderet
 A Grip missus enim nunq; nisi compare voto
 Fulcra puellarum concubitusq; peto.

Cui Gro.
 Quæ sensus exors scortum velit esse gigantum
 Aut quæ monstriferum possit amare thorum!
 Quæ coniunx fore demonum Possit monstrigeni conscia seminis!
 Suumq; giganti ferro consociare velit cubile!
 Quis spina digitos fouet: Quis syncera luto misceat oscula!
 Quis membra iungat hispida leuib; impariter locatis!
 Cum natura reclamitat: haud plenum Veneris carpitur otium:
 Nec congruit monstris amor fœmineo celebratus vsu.

Historiæ Danicæ Liber. I. Fo. V.

Gram contra.

Regum colla potentium victrici toties perdomus meorum
Fastus reorum turgidos: exuperatis potiore dextra.
Hinc aurum rutilans cape: quo perpes maneat pactio munere:
Ac firma consistat fides

Coniugiis adhibenda nostris.

Quo dicto discussis laruis natiuum oris decoré confessus tantum pene voluptatis vno
sui aspectu puellæ attrulit: quâ tum adulterino terroris incussit: quâ etiâ formæ suæ lu-
culentia ad concubitum prouocatam amatoris donis prosequi non omisit. Progressus
ex obuiis cognoscit binis callem latronibus obsideri. Quos ad se spoliadum cupidus
prouentes solo exanimauit impulsu. Quo factò ne vllum hostili solo beneficium artu
lisse videretur: peremptori corpora subiectis affixa stipitibus simulata pedu erectione
distendit: vt quibus re nocuerant viuus specie minaretur extincti. Post fata quoq; for-
midabiles forent. Nec iter imagine minus q̄ opere prepediret. Quâ obrem cõstat eum
latrones interimedo sibi, nõ Suetiæ consulere studuisse, cuius quâto odio teneret, tam
insignis facti idicio patefecit. Qui cū ab aruspiciibus accepisset nisi auro Sietrugum
superare nõ posse: cõtinuo lignæ clauæ nexilem auri nodum adiecit, eaq; bello quo re-
gem aggrediebatur instructus voti se compotem fecit. Qd factum Beslus impensiori
laudationis genere profectus sic cecinit.

Gram ferus clauæ gerulus beatæ

Nescius ferri celebrabat ictu

Ensis obrentum pepulitq; trunco

Tela potentis.

Fata sectatus superumq; mentem

Sueonum pressit decus impotentum

Dum neci regem dedit & rigenti

Contudit auro.

Namq; pugnaces meditatus arces

Robur amplexu rutilum gerebat

Et ducem victor nitido supinum

Verbere torfit.

Fata quem ferro pessimi vetabant

Aureo prudens domuit rigore.

Ense dum cassus potiore gessit

Bella metallo.

Clarius post hoc Agathum manebit

Agnitum late meliore fama

Cui suus laudem decorisq; culmen

Arrogat auctor.

Occiso Suetiæ rege Sietrugo, Gram questu armis impetiu possessione firmare cupies
Suarinu Gorhiæ prefectu ob affectati regni suspicionē in pugna certamē deuocatum
oppressit: Fratresq; eius septē matrimonio, nouem pellice procreatos impari dimica-
tionis genere, fraternę necis vltionē petetes absumpsit. Hunc pater vltimę iam etatis
ob res egregie gestas imperii cõsortione donauit: regniq; summam cum sanguine suo
cõmunicare: q̄ in occidue vitæ statu sine particeps gerere: tum vtilius, tum etiam cõ-

a v

Saxonis Grammatici.

Ringo. modius duxit. Igitur cum Ringo spléndido Sialandię loco natus alterum ex his honoris intempesiuum, alterum iam virium cursu defunctum putaret: infirmá vtriusq; atatem causatus nouarum rerum studio maiorem Danorum partem sollicitat. Huic puerilis illum senilis animi deliramento regię potestati inhabilem protestando. A quibus bello obtritus documento hominibus fuit nullam etatis partem virtuti incongruam existimari debere. Alia quoq; complura Gram regis facinora fuere, Aduersus Sumbliu Phinnorum regem bellum professus ad aspectu filię eius Signe depositis armis ex hoste procus euasit, eumq; promisso coniugis suę repudio pactus despondit. Quã cum bello Noruagico qđ aduersum Swibdagerum regem ob sororis filięq; stuprum susceperat admodum occupatus Saxonię regi Henrico Sumbli perfidia i matrimoniu promissam nũcio didicisset: propior virginis q̄ militum charitati: relicto exercitu tacitus in Phinniam contendit. Inchoatisq; iam nuptiis superueniēs, extremę vilitatis veste sumpta, despicabili sedendi loco discubuit. Rogatus quidnam afferret, medendi solertiam profiteretur. Ad postremum omnibus ebrietate madentibus puellam intuens medius perstreptis conuuiũ gaudiis per summam focinę leuitar is execrationem maximamq; virtutum suarum gloriationem indignationis magnitudinem huiusmodi carmine patrefecit.

Solus in octo pariter spicula mortis egit
Atq; nouenos gladio corripui reducto
Quãdo Suarinũ exanimãui titulis abusum
Nec meritum conciliantis sibi nomen. vnde
Sepe cruentum nece ferrum madidumq; cede
Sanguine tinxĩ peregrino: timuĩq; nunq̄
Ad crepitus ensiculi: vel galeę nitorem.
Nunc male me proiciens fert aliena vota
Filia Sumbli fera Signe: vetus execrata
Fœdus: & incompositum concipiēs amorem
Fœminę dat leuitatis facinus notandum
Quę proceres illaqueat: pelliciat atq; fœdat.
Ante alios ingenuos precipue refellens
Nec stabilis permanet vlli, titubataq; semper
Ancipites parturiens, diuiduosq; motus.

Cõrta Finos. Et cum dicto discubitu euolās Henricum inter facta mensę & amicorum complexus obtruncat. Sponsamq; mediis abstractam pronubis magna conuiuatiũ parte prostata secum nauigio deportat. Igitur nuptiis in exequias versis, doceri Finni potuerunt alienis amoribus man⁹ iniici nõ oportere. His gestis a rege noruagę Swibdagero dũ stupratę sororis iniuriã ac laceffitã filię pudicitia vlcisci conatur opprimitur. Hoc prelium Saxonis insigne copiis fuit: quas ad auxilia Swibdagero ferenda non tam ipsius charitas q̄ Henricianę vltionis cupiditas prouocabat. Filii Gram Guthormus & Hadungus, quorum alterum Gro, alterum Signe enixa est Swibdagero Danã obtinēter per educatorem suum Brache naue Sueriam deportati Vagnophito & Haphlio Giã Mathematice astruere videar: nosse operepretium est. Triplex quondam Mathematicorum generis triplices inauditi generis miracula discretis exercuisse prestigiis. Horũ Primũ fuere monstruosũ.

*Carmina appareshunt Henricum
non conglant. nec blandi sub
hadungum. sunt in nonnulli
nomine. Swibage, sed hic
non portuente. 2013. p. 252.*

*Capitulum
r. a. c. 68*

*Guthorm
r. a. c. 2
Hadung
r. a. c. 8*

Saxonis Grammatici

Officium genitricis agens:
Vibus officiosa tuis.

Quo corporis eius magnitudinem humanis inhabilem amplexibus referente: cuius natura contextum dubium non esset Giganteo gemini respondere. Non te moueat (inquit) insolitus mee granditatis aspectus. Nunc enim contractioris: nunc capacioris: nunc exilis: nunc defluentis substantie: modo corrugari: modo explicari corporis situm arbitraria mutatione transformo. Nunc proceritate celis inuehor: nunc in hominem angustioris habitus ditone componor. Adhuc hesitante eo: si demq; dictis habere cunctante: tale carmen adiecit.

Ne pauas nostri iuuenis commercia lecti:
Corpoream gemina vario ratione figuram:
Et duplicem neruis legem prescribere sueui.
Nam sequor alternas diuerso schemate formas
Arbitrio variata meo: nunc sidera ceruix
Aequat: & excelsa rapitur vicina tonanti.
Rursus in humanum ruit inclinata vigorem:
Contiguumq; polo caput in tellure refigit.
Sic leuis in varios transmuto corpora flexus
Ambiguus conspecta modis: nunc colligit anceps
Strictum membra rigor: nunc gratia corporis alti
Explicat: & summas tribuit contingere nubes.
Nunc breuitate premor: nunc laxo poplite tendor
Versilis: inq; nouos conuertit cetera vultus.
Nec me mirari debet: qui Protea nouit.
Nunc premit effusos: modo clausos exerit artus
Forma situs incerta sui speciesq; biformis.
Que nunc extricat: nunc membra reuoluit in orbem.
Exero contractos artus, tensosq; subinde
Corrugor: vultum formis partita gemellis
Et sortes complexa duas, maiore feroces
Territo concubitus hominum breuiore capeffo.

His assertis Hadingi concubitu potita: tato iuuenis amore flagrauit: vt cum eum reuisenda patria cupidum comperisset: virili more culta prosequi non dubitaret, laboribusq; eius ac periculis interesse voluptatis loco duceret. Quo comite, susceptum iter ingressa penatibus forte pernoctatura succedit: quorum defuncti hospitis funus moestis ducebatur exequiis: vbi magice speculationis officio superum mentem rimari cupiens diris admodum carminibus ligno insculptis siisdemq; lingua defuncti per Hadingum suppositis hac voce eum horrendum auribus carmen edere coegit.

Nota de arte magica.
Hadingi. p. 95.

Sequitur carmen magice editum.

Historiæ Danicæ Lib. I. Fo. VII.

Inferis me qui retraxit execrandus oppetat
Tartaroq; deuocati spiritus poenas luat.

Quisquis ab inferna sede reuocauit
Me functum fati exanimemq;

Ac rursus superas egit in auras
Sub styge liuenti tristibus vmbriis

Perfoluat proprio funere poenas.
En præter placitum propositumq;

Quædam grata parum promere cogor.
Ex hac namq; pedem sede ferentes

Angustum nemoris aduenientis
Passim demonibus præda futuri.

Tunc quæ nostra chaos fata reduxit
Et dedit hoc rursus visere lumen

Mire corporeis nexibus indens
Manes elicitos sollicitando,

Quod nisa est temere flebit acerbe.
Inferis me qui retraxit execrandus oppetat

Tartaroq; deuocati spiritus poenas luat.
Nam cum monstrigeni turbiniis atra lues

Intima conatu prefferit exta graui:
Atq; manus viuos verterit vngue fero:

Artubus auulsis corpora rapta secans:
Tunc Hadinge tibi vita superstes erit

Nec grauis in stygias spiritus ibit aquas.
Fœmina sed nostros crimine pressa suo

Placabit cineres, ipsa futura cinis.
Quæ miseris vmbriis huc temere dedit.

Inferis me qui reduxit execrandus oppetat
Tartaroq; deuocati spiritus poenas luat.

Igitur cū apud prædictū nemus compacto ramalibus tecto noctem agerent: inusitate
granditatis manus domiciliū penitus pererrare conspexa. Quo monstro territus

Hadingus nutriticiis opem implorat. Tunc Harthgrepa arcus explicans, ac magno se
turgore distendens: manum arcū apprensam alumno præbuit abscindendam.

Ex cuius teterrimis vulneribus plus tabi q̄ cruoris manauit. Cuius facti postmodum
ab originis suæ confortibus laniata poenas pependit. Neq; illi aut naturæ cōditio: aut

corporis magnitudo: quo minus infestos hostium vngues experiretur opitulata est.
Spoliatum nutritice Hadingum grandæuus forte quidam altero orbus oculo, solitatu

miseratus, Lifero cuidam piratæ solēni pactionis iure conciliat. Siquidem scituū fœdus
veteres vestigia sua mutui sanguinis aspersione perfundere consueuerant amicitia

rum pignus alterni cruoris commercio firmaturū. Quo pacto Liferus & Hadingus
gus arcūssimis societatis vinculis colligati Lokero Curetum tyranno bellum denun

tiant. Quibus superatis fugientem Hadingum prædictus senex ad penates suos
equo deuehendū curauit: ibiq; suauissimæ cūsusdā potionis beneficio recreatū vege

Hic primo
apparuit

f. 71.

Othinus.

de paxo in primis reuoluitur

non factus est.

Ritus ferie

di fœderis

antiquorū.

ph. p. 48.

ua
te
uic
ca:
or:
sta

im
et,
ce
pia
en
na
de

Saxonis Grammatici.

Quo dicto geminā capulo manū inficiens absq; periculi respectu reflexo in tergū clypeo cōplures in necē egit. Igit̄ Hadingo familiarū sibi numinū p̄sidia postulante, subito Vagnoftus partibus eius propugnaturus aduehitur. Cuius adūcum Asmundus gladiū contēplatus hoc in vocē carmine clamabundus erupit.

Quid gladio pugnas incuruo!

Ensiculus fato tibi fiet:

Framea torta necē generabit.

Hostem nāq; manu superandum

Carmīnibus lacerari fidis:

Plus verbis q̄ vī conmissus:

In magna vires ope ponens.

Quid me sic ymbone rerundis

Audaci saculo minitando!

Cum sis criminibus miserandis

Obsitus & maculis refertus.

Infamis sic te nota sparfit

Purentem vitis labeonem.

Hæc vociferantē Hadingus hasta traicit amērata. Sed nec mortis Asmundo solatia defuere. Siquidē inter exiguas vitę reliquias, vulneratum interfectoris pedē perpetua claudicatione multauit: cladēq; suā, paruulo vltionis momento memorabile reddidit. Ita alterum mēbrū debilitas, alterū vitę finis excepit. Corpus eius solēni funere elatum apud Vpsalā regis procuratur exequiis. Cuius consunx Gūnilde ne ei superesset:

De morte Gūnilde.

spiritū sibi ferro surripuit. Virūq; fato insequi: q̄ vita deserere praoptrauit. Huius corpus amici sepulture mandantes: mariti cineribus adiunxerunt. Dignā eius tumulo rati cuius charitatē vitę pretulerat. Iacet itaq; Gūnilde aliquāto speciosius virtū busti q̄ thori societate complexa. Post hæc Hadingo victore Suetiā populante Asmūdi filius

*Vfō, si
hinc Asmūdi*

Vfō nomine conferendę manus diffidētia adductus: in Daniā exercitū traicit: hostilesq; lares incessere: q̄ proprios tueri fatius duxit: opportunū propullandā inuiriārū genus existimans, qd̄ ab hoste pateretur inferre. Ita Danis ad propria defendenda redire cōpulsis, salutēq; patrię exterarū rerū dominio preferētibus domesticū solū hostili-

Calliditas Hadingi.

bus armis vacuefactū reperit. Igitur cū Hadingus e bello Suetico regressus ærarium suū quo bellis ac spoliis quęstas opes excipere consuevit: furto violatū animaduertit: continuo custodē eius Glumerū suspendio consumpsit: callidoq; cōmentī genere edixit: vt si quis e noxiis ablata referre curasset honoris locum quē Glumerus possederat obtineret. Quo promisso fontū quidā beneficiū percipiendū q̄ criminis tegendū studiosior redditus: pecuniā regi reportandā curauit. Quem conscū in summā principis amicitia receptum putantes: nec vberius q̄ fidelis honoratum credētes: & ipsi pari prēmii spe relatis pecuniis reatū detegunt. Quorū cōfessio primū honoribus ac beneficiis excepta mox supplicis punita, haur̄ paruū vitæ crudelitatis documētum reliquit. Dignos dixerim qui solute taciturnitatis poenas patibulis luerent. Quos cum silenti salubritas tutos prestare posset, vocis stoliditas in exitium pertraxit. His gestis Hadingus per summū integrandi belli apparatus hyberna permenus verno sole frigus liquatis Suetiā repetit: ibiq; lustrū militando confecit. Cuius milites diuturnę expeditionis negotio consumptis alimētis ad vltimā pene tabem redacti: syluestribus fungis famē lenire cœperunt. Tandē per summā necessitatis indigentiam cōmandus

Recht Hadingi in Suetiā.

Historiæ Danicæ Lib. I. Fo. IX.

caris equis, ad postremum canina cadauera corporibus indulserunt. Sed neq; humanis artibus vesci nephas habitum. Itaq; Danis in extremas desperationis angustias compulsis: nocte concubia sine auctore tale castris carmen insonuit.

De miserabili euertu.

Tetro penates omine patrios
Liquistis: hoc rus Marte sequi rati,
Quæ vana mentes ludit opinio!
Quæ cæca sensus corripuit fides!
Hoc arbitantes posse solum capi!
Non amplitudo Suetica cedere:
Non exterorum Marte valet quati.
At summa vestri defluet agminis
Cum Marte vestros coeperit aggredi:
Nam cum ferocem vim fuga soluerit
Et præliorum pars vaga labitur
In terga dantes Marte prioribus
Cædis potestas liberior datur.
Maiorq; ferri parta licentia
Cum fors rebellem præcipitem fugat:
Nec tela tendat: quem metus abstrahit.
Quod prælagium crebra Danorum cæde sequens lucis euertus impleuit. Noctæ postera
Vocem huiusmodi incerto auctore editâ Suetica auribus iuuentus excepit.
Quid me sic Vffo prouocat seditione graui
Pœnas daturus vltimas: confodietur enim
Multa premendus cuspidè, exanimisq; ruet
Audaciam cœpti luens, nec petulantis erit
Liuoris intactum scelus, augurioq; meo
Cum bella primum gesserit: contuleritq; manum:
Excepta membrîs spicula corpus ubiq; petent
Crudosq; hyatus vulnerum fascia nulla premet
Nec ampla plagarum loca contrahet vlla salus.
Eadè nocte cõgressis exercitib⁹ duo Senes humano hitu terriores capitib⁹ comaya
cuis iter siderum micat⁹ triste visu caluitium præferentes cõtrariis voror⁹ studiis mostri
feros diuisere conat⁹. Sigdè alter Danor⁹ p⁹rib⁹ itèdebat: alter Sueonum studios⁹ extra
bat. Vix Hadig⁹ cū i helsingiâ cõfugisset: ibiq; solis feruore pcalefactum corp⁹ frigidam
maris aqua sublueret: iauditi gnis beluâ crebris ictib⁹ attētata oppssit: necatâq;
in castra perferēdâ curauit. Què factò ouatè obuia scemina hac voce compellat.
Seu pede rura teras seu ponto carbasa tendas
Insectos patiere deos: totumq; per orbem
Propositis inimica tuis elementa videbis.
Rure rues: quatiere mari: dabiturq; vaganti
Perpetuus tibi turbo comes, nec deseret vnq;
Vela rigor, nec tecta te gent, quæ si petis icta
Tempestate ruent, diro pecus occidet algu.
Omnia præsentis sortem vitriata dolebunt.
Vt scabies fugiere nocens, nec tetrior vlla

Monstrofi
duo.

Hadingi
facinus.

*in lingua tunc post nati da cui
in. p. 250. in. u. h. p. 250. p. 250.
de. cap. 1. 2. 3. n. p. 250. a. 250.
Helsingi, n. p. 250. a. 250. p. 250.
f. qui. p. 250. n. p. 250. a. 250.
v. p. 250. a. 250. p. 250. a. 250.
p. 250. a. 250. p. 250. a. 250.*

b

Baxonis Grammatici.

Pestis erit. tantum poenę vis coelica peniat.
Quippe vnum e superis alieno corpore tectum
Sacrilegę necuere manus. sic numinis almi
Interfactor ades. Sed cum te exceperit equor
Carceris colici laxos patiere furores.
Te Zephyrus boreasq; ruens, te proteret auster:
Et cõiuratos certabunt edere flatus

Donec diuinũ voto meliore rigorem
Solueris: & meritã tuleris placamine poenam.

Regressus igit Hadingus eodęq; cucta tenore ppeffus trãquilla queque pprio tur-
bidabat aduētu. Sigdę nauigãte eo oborta nimbi vis igeti classẽ tẽpestare cõsũpfit
Naufragũ hospitia perentẽ: subita penatiũ strages excepit. Nec ante malo remediũ
fuit q̃ scelere sacrificiis expiato cũ superis i gratiã redire potuisset. Siquidẽ ppi-
ciãdorũ numinũ gratia/ Frø deo rē diuinã furuis hostiis fecit. Quẽ litarionis mo-
rē annuo feriarũ circuitu repetitũ: posteris imitãdũ reliq̃t. Frø blod Sueoēs vocãt
Cũq; forte gigantũ quendã niherorũ Regis Haquini filiã Regnildã pactũ animad-
uerteret: indignam rei conditionem perofus per summam futurã copulę derefta-
tionem ingenuo ausu nuptias p̃cucurr it. Noruagiãq; profectus: tam foedum re-
gię virginis amatorem armis oppressit. Adeo nanq; virtutẽ ocio p̃tulit: vt cum
regiis deliciis frui liceret non solum suas, verum etiã alienas iniurias propulsare
omni voluptate iocundius duceret. Auctorẽ beneficii puella crebris obtusum vul-
neribus ignara medendi cura p̃sequitur. Cuius ne notitiam sibi tẽporis interie-
ctus eriperet: crus eius annulo vulneri incluso obfignatũ reliquit. Eadẽ postmodũ
a patre eligendĩ mariti libertate donata: cõtractã cõiuiũ iuuãturẽ curiosiore cor-
porũ attrẽctatione lustrabat, deposita quodã insignia p̃quirẽs. Sp̃retis oĩbus, Hadĩ-
gũ latentis annuli indicio deprehẽsum amplectitur, eiq; se cõiugẽ donat, qui cõiũ-
gio suo gigantẽ potiri passus nõ fuerat. Apud quã diuersantẽ Hadingo, mirũ dictũ
prodigiũ incidit. Siquidẽ cœnãte eo: foemina cicutarũ gerula: p̃pter foculũ humo
caput extulisse cõspecta: porrectoq; sinu percũctari visa: qua mũdi parte tã recẽtia
gramina brumali tempore fuisset exorta. Cuius cognoscendĩ cupidũ regẽ proprio
obuolutum amiculo refuga secum sub terras abduxit. Credo diis infernalibus ita
destinantibus vt in ea loca viuus adduceretur: que moriẽti petenda fuerat. Primũ
igitur vapidę cuiusdã caligis nubilũ penetrãtes: perq; callẽ diuturni s adẽũ meati-
bus icedẽtes: quosdã prãtextatos amictosq; ostro p̃ceres cõspiciãtur. quib; p̃teritis
loca demũ aprica subeũt: que delata a foemina gramina p̃tulerũt. Progressiq; p̃cipi-
tis lapsus ac liuẽtis aque fluuiũ diuersi generis tela rapido volumine detorquentẽ
eũdẽq; p̃õte meabile factũ offẽdũt. Quo p̃trãsito binas acies mutuis viribus cõcur-
rere cõtẽplãtur. Quarũ cõditionẽ a foemina p̃cũctãte Hadingo, ii sunt inquit qui
ferro in necẽ acti cladis suę speciẽ cõrinuo protestantẽ exẽplo: p̃asentiq; spectaculo
p̃terite vitę facinus emulant. Prodeũtib; murus aditu transcensũq; difficilis ob-
sistebat. Quẽ foemina nequicq; trãsilire conata cũ ne corrugati quidẽ corporis exili-
tate proficeret / galli caput quẽ secũ forte deferebat abruptũ vltra moenium septa
iãctauit: statimq; rediuiuus ales resumpi fidem spiraculi claro restabat occentu.
Regressus igitur Hadingus patriãq; cũ cõiuge repetere orfus iminẽtiũ sibi pira-
tarum insidias celeri nauigatione cassauit. Qui licet iisdẽ pene flatibus iuarẽtur

De frø deo

112. Bryn. sum. ap. Seph. p. 59. #

De mirabi-
li prodigio

Hadĩgus
Harald; vi-
uus ductus
ẽ ad iferos.

Hadĩngire
dit;

Historiæ Danicæ Lib. I. Fo. X.

ipsum tñ equora p̄sulcātē parib⁹ velis occupare nō poterāt. Inter hæc Vffo cū mirę pulcritudinis filiã haberet: potiturū ea q̄ vīta Hadingū spoliaret edixit. Quo pacto Thuningus qdā admodū sollicitat⁹ adcita Byarmēsū manu voriuū studuit ip̄ trare p̄gressum. Quē excepturus Hadingus dū classe Noruagiã p̄teriret: aiaduertit i littore Senē crebro amiciuli motu appellādī nauigiū monit⁹ afferēre. Quē repugnātib⁹ locis dānosumq; p̄fectiōis diuerticulū affirmātib⁹, naue susceptū cēturiã di exercit⁹ auctorē habuit: i ordināda agminū ratiōe curiosius attēdere solitū. Vt prima per Dyadē phalāx, ac p̄ tetrādē secūda cōstaret: tertia vero octoadis adiectio ne succresceret: sempq; priorē i sequeus duplicitatis augmētō trāscēderet. Idē quoq; funditorū alas in extremā acie cōcedere iussit: eisq; sagittariorū ordines sociavit. Ita digestis in cuneū cateruis, ipse post bellatorū terga cōsistēs ac folliculo quē ceruici ip̄sum habebat, ballistā extrahēs: q̄ primū exilis vīsa: mox cornu tēfiore p̄minuit: denos neruo calamos adaptauit. Qui vegetiore iactu pariter i hostē detortit, totidē numero vulnera cōficerēt. Tūc Byarmēsē arma artib⁹ p̄mutātes carminibus i nimbos soluere coelū letāq; aeris faciē tristi imbrīū aspergine cōfuderūt. Ecōtrario Senex obortā nymbiū molē obuia nube pellebat: madorēq; pluuię nubilo castigabat obiectu. Victorē Hadingū dimissus Senex: nō vi hostili: sed volūtario mortis genere cōsumēdū p̄dixit. clarisq; bellis obscura ac longinquis finitima p̄ponere vetuit. Quo relicto Hadingus ab Vffone p̄ colloquiū simulationē i Vpsalā accersitus amissis p̄ insidias sociis: noctis habitu p̄tectus aufugit. Nā Danis edis i quā cōiuii noīe cōtracti fuerāt: excessum petētib⁹: p̄sto erat q̄ cuiusq; exertū foribus caput ferro demereret. Cui⁹ facti iūriã p̄lio i secat⁹ Vffonē oppressit: eiusq; corp⁹ deposito odio cōspicui operis Mausoleo mādauit: amplitudinē hostis elaborato busti splendore confectus. Ita quē viuum hostili studio infectari solebat: extinctū honoris impendio decorabat. Et vt sibi deuictę gentis animos cōciliaret: fratrem Vffonis Hundingum regno p̄fecit. ne imperiū potius in exteros transfusum: q̄ in Asmundi familia continuatum videretur. Cūq; sublato iam emulo cōplures annos per summa armorum desuetudinē rerum agitatione vacuus exegisset: tandem diutiniuris cultum nimiamq; maritimarū rerum abstinentiã causatus, & quasi bellum pace iocundius ratus: talibus seipsum culpāre desidię modis aggreditur.

Quid moror in latebris opacis
Collibus implicitus seruposis:
Nec mare more sequor priorē:
Eripit ex oculis quietem
Agminis increpitans lupini
Stridor: & vsq; polum leuatus
Questus inutilium ferarum
Impatiensq; rigor leonum.
Tristia sunt iuga vastitasq;
Pectoribus truciora filis,
Officiunt scopuli rigentes
Difficilisq; situs locorum
Mentibus equor amare suētis:
Nam freta remigiis probare
Officiū potioris esset:

b ii.

De quodā Senē.

*Stilo expl. utrum iuuen. l. 10.
collatio antiqui iuuen. l. 10.
tactico ap. Steph. p. 56.*

Dolus

Sueonū cōtra Danos. Suetia vīta est a Danis secūdo. Hunding⁹ p̄ficitur regno.

*Hundingus eleuari iuuen. l. 10.
Hundingus iuuen. l. 10. comp. casu
4 p. 263.*

tur
ip̄sit
ediū
ppia
mo
ocāt
mad
esta
i rea
cum
lfare
vul
erie
odū
cor
ladi
diu
licu
umo
cēria
prio
s ita
imū
neati
tītis
cipi
entē
cur
t qui
iculo
s ob
exili
lepra
ntu.
ōira
etur

Saxonis Grammatici.

Mercibus ac spoliis ouare
Aera aliena sequi locello.
Aequoris inhiare lucris
Q; salebras nemorumq; flexus
Et steriles habitare saltus.

Cuius vxor ruralis vitę studio maritimarũ auĩũ matutinos perreſa concętus quã
tum in ſilueſtrium locorum vſu voluptaris reponeret: hac voce detexit.

Me canorus angit ales immorantem littori
Et ſoporis indigentem garriendo concitat.
Hinc ſonorus æſtuoſę motionis impetus
Ex ocello dormientis mite demit ociũ.
Nec finit pauſare noctũ mergus alte garuſus
Auribus ſaſtidioſa delicatis inferens:
Nec volentem decubare recreari ſuſtinet
Triftiore flexione dirę vocis obſtrepens.
Turius ſiluis fruendum dulciusq; cenſeo
Quis maior quietis vſus, luce, nocte carpitur
Q; marinis immorari fluctuando moribus.

Tosto facia
norofus.

Syfridus
dux.

Eodẽ tpe Toſto qdã obſcuro lutię loco ortus ferocitate clar⁹ emerſit. plebe nãq; va
rio petulãrię gñe laceſſita, late crudelitatis ſamã extulit: tãtaq; malignitatẽ opinio
ne pcrebuit: vt facti noroſi cognoſce notaret. Sed nec exteroꝝ iuriis abſtinẽs: poſt foe
dã patrię vexationẽ: etiã Saxonã tẽrat. Cui⁹ duce Syfrido laborãtibus plio ſociis
pacẽ petẽte: fore qd ab ipſo poſcebat aſſeruit: dũmodo ſibi gerẽdi cũ Hadingo bellĩ
ſocietatẽ polliceri voluiſſet. Refragãtẽ illũ, cõditiõiq; parere metuẽtẽ, acri minarũ
gñe ad eã quã optabat pmiſſionẽ pduxit. Fit em̄ vt qd blãde nõ ſtruiit: minaciter i
petret. A quo terreſtri negotio ſupatus Hadingus, cũ victoris claſſem iter fugiẽdũ
reptã pſoſis laterib⁹ nauigationi inuſitã reddi diſſet: cõceſſam ſcaphã in altũ dire
xit. Quẽ Toſto occiſiſſe ratus cũ diũ iter pmiſcua necatorũ cadauera qſitũ reperia
re nõ poſſet / ad claſſem reſreſſus aiaduertit em̄⁹ myoparõnẽ mediis maris aſti
bus fluctuantẽ. Quẽ cũ adductis i altũ nauigiis pſequi ſtauiſſet: fractũõis piculo re
uocatus egre littus repetiit. Tũ correptis itegris cõceptũ vię gen⁹ exequit. Hadingo
occupari ſe vidẽs: pcontari comitẽ cõcepit an nandi vſum calleret, negãteq; eo
fuge diſſidẽtia ſpõte euerſi nauigiĩ cõcauas ptes amplexus mortis fidẽ iſequẽtib;
fecit. Securũ deinde Toſtonẽ inopinatũq; & ſpoliorũ reliquiis auĩdĩ⁹ icubãtẽ ad or
tus: pſtrato exercitu pãdã deſerere coegit, ſuãq; ei⁹ fuga vlcicĩt. Nec Toſtoni i vin
dictã ſui anim⁹ deſuit. Nã cũ ob accepti vulneris magnitudinẽ reparãdarũ itra pa
triã virũ copĩã nõ haberet: legati titulo Britãniã petiit. In qua pfectiõẽ nauigatio
nis ſocios i aleę luſum p laſciuiã cõtraxit: rixãq; a teſſerarũ iactib⁹ ortã funeſta cæ
de finire docuit. Ita placido exercitiĩ genere diſcordiã per totũ nauigium diſſudit,
cruentãq; pugna mutat⁹ lite iocus pgenuit. Et vt aliquod ex alieno malo cõmodũ
caperet: correptis itereſtorũ pecuniis Collonẽ quendã piratica tũc tẽporis iſignẽ
adciuit. Quo comite paruo poſt in patriã reuerſus cũ Hadingo ſuã q; militũ fortu
nã expẽdere pceptãre ex puocatione cõgreſſus occiſit. Nolebãt em̄ priſcę fortitu
dinis duces vniuerſorũ diſcrimine exequi qd paucorũ ſorte peragi potuiſſet. His
geſtis Hadingo deſunctę cõiugis ſpecies per quietẽ obſeruata, ſic cecinit.

Collo.

Prifcorum
ducũ mos.

Historiæ Danicæ Lib. I. Fo. XI.

Belua nata tibi est rabiem domitura ferarum:

Quæq; truci rapidos atteret ore lupos.

At post pauca subiunxit.

Fac caueas, ex te nocuus tibi prodiit ales

Felle ferox bubo: voce canorus olor.

Rex mane sopore discusso cui dā cōiecturā sagaci visum exponit. Qui lupi noie future ferocitatis filiū interpretat: Oloris vocabulo filiā denorauit. illū hostib⁹ pñciosū: hāc pñi isidiōsā fore p̄sagiēs. Euētus augurio rñdit. Sigdē Hadingi filia Vluil da puato cui dā Guthormo denupta siue copulē idignitate siue claritatē affectatio ne p̄mota maritū i parētē cedē abiq; pietatē respectu sollicitat. Reginā se q̄ regē filiā cēseri malle p̄fata. Cui⁹ exhortatiōis modū iisdē pene verbis q̄bus ab ipsā edit⁹ fuerat explicare cōstituit. Qui fere hmōi erat. O miserā me cuius nobilitatē dispar copulē nexus obtenebrat. O infelicē cuius stēmāti rustica iugatū humilitas. O infortunatā principis prole quā thori lege plebeiis aequiparat. Miserandā regis filiā: cui⁹ decorē ignauus p̄ in aboletos ac despicabiles trāsmisit amplexus. Infaustā matris sobolē: cui⁹ felicitati thori cōmerciū derogat. cuius mūditiā imūditiā ruralis at̄trectat: dignitatē indignitas vulgaris inclināt: i gēnuitatē/conditio maritalis extenuat. At si quis tibi vigor inest. Si qua mentē virtus possidet: si dignum te regis generū probas socero fasces eripe. genus probitate redime. Profapie defectū virtutē astima. Sanguinis dānum animo pensa. Felicior est honos audaciā q̄ hereditate questus. Melius virtute culmen: q̄ successione conscenditur. Aprius honores meritū: q̄ natura conciliat. Adde q̄ senectutē subruere nephas non est: quæ proptio in ruinā pondere suppressa deuergit. Sufficiēt socero tot tēporum fasces: senilis tibi potestas obuēniat. Quæ si te frustrata fuerit: alteri cedet. Lapsu iuiciniū est: quicquid senio cōstat. Sat illi regnasse sit. Tibi quādoq; p̄cesse conueniat. Malo preterea virū regnare q̄ patrē. Malo regis cōiunx q̄ nata cēseri. Melius est principē intus amplecti q̄ exterius venerari. Gloriosius nubere regi q̄ obsequi. Ipse quoq; tibi sceptrū q̄ socero malle debeas. Proximū sibi quē natura cōstituit. Aderit cōcepto facultas: si factō voluntas accesserit. Nihil est qd nō ingenio cedat. Instaurādū epulū est. exorandū cōiuiū. prouidēdi paratus. Inuitādus socer. fraudi viā familiaritas simulara p̄stabit. Nullo melius q̄ affinitatis nomine insidię tegūtur. adde q̄ temulentia promptū cēdi iter aperiet. Cūq; rex capitis cultū intētus fabulis mentem barbæ manū intulerit: pilorūq; perplexionē crinali spico seu pectini s enodatiōe discreuerit: applicari ferū visceribus sentiat. Minor occupatis solet cautela p̄quiri: dextera tua tot scelerū vindex accedat. Piū est vlticē miserorū manū extēdere. Talibus infistēte Vluilda: vir suggestiōe victus isidiis operā pollicet. Interea Hadingus generi dolū cauere somnio monit⁹: petito cōiuiū qd ei filia charitatis simulatione parauerat: armatorū nō longe p̄sidia statuit. Quib⁹ aduersum isidias cū res exigeret vteret. Quo cibū capiēte: satellites i fraudis ministeriū aditus occultato sub veste ferro opportunū scelerī tēpus tacitus expectabat. Quo rex ai aduerso collocatis in vicino militib⁹ signū lituo dedit. Quibus cōtinuo opē ferētib⁹ dolū in authorē retor sit. Interea rex Sueonū Hundingus occasum Hadingi falso acceptū nūcio infertis exceptur⁹ optimatib⁹ cōtractis eximie capacitatis doliū cereali liquore cōplectū deliriārū loco mediū coniuuiis apponi p̄cepit. Et ne quid celebritatis deesset ipse ministri partibus assumptis p̄ncernam agere cunctatus non est. Cumq; ex-

b iii.

Vluilde in
patrē fraus
Vluilde
adhortatio

quā

Va
inio
t sce
ociis
belli
narū
er i
iedū
dire
per
esti
lo re
din
q̄ eo
ibus
ador
vin
ra pa
gatio
ca
idit,
nodū
ignē
ortu
ritu
His

Historie Danice Lib. II. Fo. XII.

mis opibusq; succinētū salutarem pugne cunctationē sectantes inedia viribus obti-
 nētū curemus. Internū hoc malum est, difficillimū ere domesticū debellare pericu-
 lum. Facile famelicis obuiatur. Melius aduersariū esurie q̄ armis tentabimus. Nul-
 lū hosti inedia acrius iaculū adacturi. Edax viriū pestis edendī poenuria nutritur:
 Armorū opem alimentorū inopia subruit. Illa qui esuribus nobis tela contorqueat
 illa pugna ius officiiq; suscipiat: discriminis expertes discrimen licebit inferre.
 Exangues absq; sanguinis detrimēto p̄stare poterimus. Inimicū ocio superare phas
 est. Quis dāno se q̄ tuto dimicare maluerit? Quis cū ipune certare liceat: poenā ex-
 periri contēdat? Felicitior armorū successus aderit si p̄uia fames bellū cōmittit. Hac
 primā cōsīgēdi copiā duce capremus. Castra nostra tumult⁹ expertia maneāt. Illa
 nostri loco decernat. Quē si victa cesserit: ociū rūpendū est. Facile ab idefesso lassitu-
 dine cōcussus opprimēt. Adefa marcore dextera pigrior i arma pueniat. Lentiores
 ferro man⁹ dabit quē quispiā pri⁹ labor exhauserit. P̄cepta victoria est vbi tabe cō-
 sumptus cū robusto cōgredit. Taliter indēnes aliis danorū auctores fore poterim⁹.
 His dicitur q̄cūq; tutatu difficilia aīaduertit defensiōis diffidētia populatus: adeo
 hostilē seuitiā i vastāda patria p̄currat: vt nihil qd a supuenientib⁹ occupari pos-
 set itactū reliqueret. Maiorē deide copiarū partē indubitate firmitatis municipio
 cōplexus: ab hoste se circūsideri pmittit. Cui⁹ Frotho oppugnādī diffidētia cōcita-
 tus: cōplures isolite pfunditatis fossas itra castra fieri, latēterq; p corbes humū ege-
 ri & i fluuiū monib⁹ p̄p̄quū tacite disici iussit. Quē dolū crebro cesp̄ite fossis su-
 peraddito, occultādū curauit: incautū hostē p̄cipitio cōsumptur⁹: futurūq; rat⁹ vt
 ignaros desidētis glebē lapsus obrueret. Post hęc simulato metu castra paulisper de-
 serere cōcepit. Qui⁹ iminētes oppidanos passimq; elusis vestigiis i foueas puolutos
 igestis desup iaculis trucidauit. Inde p̄fēt⁹ i Trānonē Rutene gētis tyrānū icidit:
 cui⁹ maritimas copias speculatur⁹: crebros clauos ex fustib⁹ creat: iisdēq; carabū-
 onerat. Quo hostilē noctū classē subicis imas nauigiōrū p̄tes terebro sauiat. Quē
 ne repētini vndarū paterent i cursum, patētia foraminū loca p̄uisis ārea clauis ob-
 struit: terebrīq; dānū st̄ipitib⁹ p̄fat. At vbi foraminū copiā mergēde classi suffice-
 re credidit: dēptis obstaculis prōptū aquis aditū p̄refecit, hostilēq; classē sua cir-
 cūfundere p̄perauit. Ancipiti piculo circūuētī Ruteni: armis pri⁹ an vndis resiste-
 rēt hēsitatāt. Naufragio p̄tū dū nauigiū ab hoste vidicare cōtēdūt. Internū disci-
 mē externo atroci⁹ erat: dū foris ferrū strīgūt: itus fluctib⁹ cedūt. Bina simul i mi-
 seros picula grassabant. Incertū erat celerī⁹ nando sal⁹ an dimicādo pereret. Mediū
 pugne certamē noua fati dīremit occasio. Geminę mortes vno ferebant īcessu: dua-
 leti viē sociū egere piculū. Ambiguit⁹ erat ferrū magis an fretū afficeret: gladios p̄
 pullantē tacit⁹ fluctuū allapsus excepit. Ecōtrario fluctib⁹ obuiātē obuius ensis impli-
 cuit. Aquarū eluuiēs cruoris aspgine fœdabat. Victis itaq; Rutenis patria Frotho-
 ni repetit⁹. Qui cū legatos in Rulciā exigēdi tributū studio missos incolarū p̄fidia
 atroci mortis genere cōsumptos aīaduertēter: duplici iniuria permotus: vrbē Ro-
 talā arcta admodū obsidione persequitur. Quae fluuii interstitio prohibēte tar-
 dius potiret: vniuersam aque molē noua riuorū diuersitate partitus ex ignotē pro-
 funditatis alueo meabilia vada p̄fecit. Nec ante destitit q̄ rapidior vortex diui-
 duo minoratus excurfu languidiore vndas lapsu ageret: ac per exiles flexus vadosa
 paulatim cōstr̄ictione rarefceret. Ita amne domito oppidū naturę p̄sidio vacuū in-
 offensa militū irruptione prostermit. His gestis ad vrbē Paltiscā exercitū contulit.

Stephan. b. i. d. m. v. r. m. p. 09.

Frothonis
Stratage-
ma.

Trāno Ru-
tenorū rex.

Rutenorū
periculum

Ruteni vin-
cuntur.

Aquarum
diductio.

Stephan. b. i. d. m. v. r. m. p. 05.

b iiii.

isum
 plac
 ator
 pfit
 eptia
 i infi
 nsus
 Quas
 volu
 e tor
 is ope
 a mi
 ffari
 is in
 elius
 ade
 eruū
 is ag
 occur
 iōis ir
 ies fer
 retris
 letē se
 metu
 tris ar

Saxonis Grammatici

Stratagemata nouum
Stephan. p. 66.

Vespasii regis cedes.

Stratagemata recens.

De Anduano rege.

l. Hadingi.

Thorildæ in priuignos sequitæ.
Suanhuitæ indoles.

Quã viribus inuictã ratus: bellum fallacia mutauit. Siquidem paucis admodum con-
scis ignotæ opacitatis latebras petiuit: exti nãtũq; se quo min⁹ hosti terroris afferret:
vulgo nuntiari precepit. Adde in fidẽ exequiẽ tumulusq; constructus. Sed & milites
conscio fraudis moerore simulatum ducis obitũ prosequuntur. Qua fama Rex vrbis
Vespasii re- Vespasius perinde ac victoria potitus: tam languidã ac remissã defensionẽ egit: vt
gis cedes. hostibus irrũpendi potestate facta, inter lusum ac ocia necaret. Vrbe capta Frotho spe
orientis imperium cõplexus: Anduani mœnibus admo:eretur. Qui quondã successã
per Hadingum vrbis admonitus cunctos eius penates domesticis auibus vacuefecit:
quo minus similis iacturę periculo mularetur. Nec noua Frothoni calliditas defuit.
Stratagemata recens. Quippe permutata cum ancillulis veste: peritã se pugnandi puellã simulat: deposito
q; virili cultu: foemineum emulatus transfuge titulo oppidum petit. Illic omnibus cu-
riosius exploratis post die emissio comite exercitum mutis affore iubet, portasq; sua
pandendas opera pollicetur. Taliter elusis vigilibus: Vrbs somno sepulta diripitur: se
curitatis poenas interitu luẽs, defidiaq; sua q; hostium virtute miserior. Nihil enim in
re militari perniciosius animaduertitur: q; per ocium metu vacuum solutis neglectiq;
rebus nimia fiducia presumptione torpescere. Anduanus cum patrię res perditas euer-
fasq; conspiceret: Regias opes nauibus impositas vt vndas potius q; hostem diraret in
altũ demersit: q; fatius fuerat aduersariorũ fauorem pecunię largitionib⁹ occupare q;
eius commodum mortalitatis vsibus inuidere. Post hæc Frothone filiam in matrimo-
nium per legatos poscente: cauendum respondit: ne rerum prosperitate corruptus vi-
ctoriã successum in superbiam verrat. Sed potius victis parcere & in defectorum con-
ditione pristinum fulgoris habitum venerari meminerit. Discatq; in miserorum sorte
præteritam æstimare fortunam. Curandum itaq; ne cuius affinitatem experat: impe-
rium rapiat: & quã nuptiis illustrare gestiat: obscuritatis sordibus respargat: matrimo-
niũ dignitatem auaritiã studio corrupturus. Cuius dicti comitate & victorem generũ
adsciuit & regni libertatem obtinuit. Interea Sueonum regis Hadingi coniunx Tho-
rilda cum priuignos suos Regnerum & Thotaldum: quorum infinito odio tenebatur:
vt variis periculorum generibus implicaret: regio tandem pecori præficeret: Hadingi
filia Suanhuita sororibus in famulitium sumptis Suetiã petit clarissimẽ indolis exitiũ
muliebrĩ ingenio præcursura. Cumq; prædictos adolescentes nocturnis gregum excu-
bũs occupatos diuersi generis portentis circũfundi videret: sorores equis descendere
cupientes tali poematis sono vetuit.

Monstra quidem video celerem caprantia saltum:

Corpora nocturnis præcipitare locis.

Bella gerit demon: & insuq; dedita rixę

Militat in medijs turba nephanda vis.

Effigie spectanda truci: portenta feruntur:

Hæcq; hominum nulli rura patere sinunt.

Agmina præcipiti per inane ruentia cursu

Hac nos progressum sistere sede iubent.

Flectere lora monent factisq; absistere campis:

Aruaq; nos prohibent vltiora sequi.

Trux lemurum chorus aduehitur precepitq; per auras

Cursitat: & vastos edit ad astra sonos.

In ipso cantilena textu. Alphon. Inuigo, laudat. Hadingi. Thorildæ. Suanhuitæ. Regnerum. Thotaldum. Suetiã. Hadingi. Suanhuita. Sororibus. Indoles. Exitium. Muliebris. Ingenio. Præcursura. Adolescentes. Nocturnis. Gregum. Excubibus. Occupatos. Diuersi. Generis. Portentis. Circũfundi. Videret. Sorores. Equis. Descendere. Cupientes. Tali. Poematis. Sono. Vetuit.

Historiæ Danicæ. Li. II. Fo. XIII.

Accedunt fauni satyris: panumq; caterua

Manibus admixta militat ore fero.

Siluanis coeunt aquili larueq; nocentes *v. Apollon. p. 66. 67.*

Cum lamis callem participare student.

Saltu librantur furie, glomerantur eisdem

Larue: quas simis fantua iuncta premitt.

Calcandus pediti trames terrore redundat

Tutius excelsi terga premantur equi.

Ad hæc Regnerus seruū regiū se professus tam longinquū a domo excessus causam

astruxit q; cum pastoralis operis gratia rus relegatus pecus cui præerat amisisset:

desperata recuperatione reditu abstinere q; vltionis poenā incurere præoptasset.

Et ne fratris conditionē silentio præteriret: tale dictis poema subiunxit.

Nos homines non monstra putat: seruosq; manentes

Per loca pascendos exagitate greges.

At cum per teneros ageremus tempora lusus:

Forte remota vagum cessit in arua pecus.

Cumq; petita diu spes deforet inueniendi:

Incessit miseris sollicitudo reis.

Cumq; boum nusq; vestigia certa paterent:

Obtinuit moestus fontia corda pauor.

Hinc est q; virgæ vulnus poenale verentes,

Duximus in proprios triste redire lares.

Credidimus q; ferre manum poenamq; subire

Tutius assuetis abstinuisse focis.

Sic poenam differre iuuat: reditumq; perosis

Hac dominum latebra fallere cura manet.

Hac ope neglecti pecoris vitabitur vltor:

Solaq; stat nostris hæc fuga tuta viis.

Tunc Suanhuita speciosissimū lineamentorū eius habitū curiosiori cōtēplatione

lustratum impensius ammirata: regibus te inquit nō seruis editū præradias lumi

num vibratus eloquitur. Forma profapiam pandit. Et in oculorū micatu naturæ

venustus elucet. Acritas visus ortus excellentiā præfert. Nec humili loco natum li

quer: quē certissima nobilitatis index pulchritudo cōmendat. Exterior pupillarū

alacritas interni fulgoris genitū confiterur. Facies fidem generi facit: & in luculē

tia vultus/ maiorū claritudo respicitur. Neq; em̄ tam comis, tāq; ingenua species:

ab ignobili potuit authore profundi. Sanguinis decus cognato frontē decore per

fundit: & in oris speculo conditio natiua resultat. Minime ergo tam spectati cēla

minis simulacrū obscurus opifex absoluūt. Nunc itaq; celerrima declinatione cre

bros viæ excessus petentes mōstrigenos vitate cōcurfus. Ne elegatissimorū corpo

rum præda sordidissimis pastū agminibus præbeat. At Regnero maximus ob de

formitatē cultus rubor incesserat. Cuius vnicū in obscuranda nobilitate remediū

ducebat. Seruitutē itaq; nō semp virilitate vacuā reperiri subiunxit. Sape em̄ sor

dido cultu robustā obtegī manū: fortēq; dextram atra veste cōcludi interdū: itaq;

natura vitium virtute redimī, dānūq; generis animi ingenuitate pensari. Se er

go Thor deo excepto nullā mōstrigenæ virtutis potentiā expauere: cuius virium

Thor deus.

b.v.

Saxonis Grammatici

magnitudinē nihil humanarū diuinarūve rerum digna possit equalitate cōferri. Sed neq; laruas liuido tantū squalore terribiles, a masculis debere pectorib; formi dari. quarū effigies adulterino distincta pallore momētaneum corporis habitū ab aeris teneritudine mutuari consueuerit. Falli igit; Suahuitā: quę solidū virorū robur muliebriter emollire, viresq; vici insolitas effœminato pauore perfundere conetur. Ammirata iuuenis constantiā Suanhuita ablegato nubilæ inumbrationis vapore prentas ori tenebras fuda perspicuitate discussit, ensēq; variis cōficiēbus opportunū se ei daturā pollicita, mirā virginēi cādorīs speciem nouo mēbro; rū iurare p̄ferebat. Taliter accēsi iuuenis cōnubiū pacta plato mucrone sic cepit.

In gladio quo monstra tibi feriēda patebunt:

Suscipe Rex sponse munerā prima tuā.

Hoc dignum te rite proba. manus emula ferrī

Gestamen studeat condecorare suum.

Ferrea vis tenerum mentis confortet acumen:

Atq; animus dextre nouerit esse comes.

Aquet onus lator: & vt ensi congruat actus

Accedat grauitas, par in vtroq; tibi.

Framea quid prodest vbi languet debile pectus

Et telum trepidę destituere manus!

Ferrum animo coeat corpusq; armetur vtroq;

Iungatur capulo consona dextra suo.

Hęc celebres edunt pugnas, quia iuncta vigoris

Plus retinere solent: dissociata minus.

Hinc tibi si volupe est belli clarescere palma:

Confectare ausu quod premis ipse manu.

Cunq; multa ad hunc modū coaptato Rithmorū canore prōpulsit: dimissis comitibus aduersum obscenissimas portentorū cateruas noctē dimicādo permenat: luce reddita varias laruarū formulas, & iniurata specierū figmēta passim aruis incidisse cognoscit. Inter quas & ipsius Thorildę crebris obsusa vulnerib; effigies vissebatur. Quas in struem cōgestas ingenti pyra accensa cremauit. Ne teter obscenorum cadauerū odor pestifera exhalatiōe diffusus: propius accedētes corruptiois contagio sautaret. Quo facto Regnero Suetię regnū, sibi vero Regneri torū conciliauit. Qui licet tirocinū nuptiis auspici deforme existimaret: seruate salutis suę respectu prouocat; promissum beneficio excoluit. Inter hæc Vbbo qui dā sororē Frothonis Vluildam iam pridē matrimonio cōplexus Danię Regnū cuius procuratiōē perfunctorię gerebat, vxoris nobilitate fretus occupat. Quāobrem Frotho orientis bella deferere coactus: apud Suetiam cū Suanhuita Sorore graue prelium facit. Quo afflictus noctu cōscensa cymba per occultos nauigatiōis anfractus perforandę hostiū classis aditum querebat. Deprehēsus a sorore rogatusq; cur tacito remigio varias meatuū ambages sequeretur: simili quęstionis modo per cōtantem absoluit. Nā Suanhuita quoq; eodem noctis tempore solitariā nauigatiōnem ingressa, ancipiti declinatiōis giro multiplices sensim adit; recessusq; captabat. Fratrē itaq; dudū ab eo collatę sibi libertatis ammonitū rogare cœpit. vt quā bellum Ruthenicū periturus arbitrarīa nubēdi potestate donauerat: assumpto cōiuge frui permittat, ratūq; post factum habeat, quod fieri ipse concesserit. Tam iu

Regnerus
Suetiæ re-
gnū obti-
ner.
Vbbo Da-
niā occupa-
pat.

Historiæ Danicæ. Li. II. Fo. XIII.

stis precibus p̄mōtus Frotho pacem cū Regnero cōponit: iniuriāq; quā ex foro-
ris perulantia suscepisse videbatur: rogatū remisit. A quib⁹ etiā manu quātā per
eos amiserat donatus deforme vulnus specioso beneficio pensatū gaudebat. Daniā
ingressus capto p̄ductoq; ad se Vbboni ignouit: veniāq; q̄ p̄enam mali merito re-
pendere maluit: q̄ regnū potius vxoris impulsu q̄ propria cupiditate tentasse: nec
tam autor iniuriā: q̄ imitator fuisse videretur. Vluildā ei de ademprā amico suo
Scottō, qui & ipse Scottici nominis cōditōr fuit: nubere coegit thori varietatem
supplicii loco reputans. Cuius discessum regis etiā vehiculis prosequutus iniu-
riam beneficio pensauit. Sororis siquidē naturam nō ingeniū intuens: suę poti⁹ fa-
mę q̄ illius nequitie cōsulebat. Quę fraternis meritis nihil ex consueti odii p̄ina-
cia remittens: noui mariti animū occidendi Frothonis occupādiq; Danorū impe-
rii consilio fatigabat. Segniter em̄ deserere solet anim⁹ quicquid solido fuerit amo-
re complexus. Neq; stuidis annis molitū cōtinuo crimē elabitur. Primēquā quippe
mentē posterioꝝ imitatur affectio. Nec cito vitiorum vestigia pereūt: quæ tenera
momentibus etas imppererit. Cū vacuas mariti aures haberet: insidias a fratre in vi-
rum cōuertit: mercede conductis qui iugulum dormientis considerēt. Qua de re
Scottus per pedissequā certior factus: nocte qua cędis ministeriū circa se peragen-
dum acceperat lecto loricatorum incessit. Rogat⁹ ab Vluilda quid ita assuetę quietis
vsum /ferreo cultu mutasset! Sic ad præsens sibi collibitū reulit. Cum somno obfu-
sus putaretur: irrūpentes insidiarū ministros lecto delapsus obruncat. Quo eue-
nit vt Vluildā insidiis fratri ne tendis abstraheret: & aliis vxorū perfidiā cauendā
documentū pręberet. Quę dū geruntur adorandę bello Fresiæ Frothoni confi-
lium incidit: claritatē orientis diuisione quęsitā occidentis oculis infundere au-
do. Oceanū petenti prima aduersum Vitthonē Fresorū piratā congressio fuit. In
qua sociis primos hostiū impetus solo clypeorū obiectu patienter excipere iussis,
non ante missilibus vtendū edixit q̄ penitus hostiū iaculorū imbrem exhaustum
aduerterēt. Quę tanto a Fresis auidius emissā: quāto a Danis tolerabilius excepta:
Vitthone Frothonis patiētia a pacis cupiditate p̄fectā existimāte. Oritur ingēs
classicū: & immēso pila stridore distulant. Cum nullū incautis iaculū supelleret: da-
norum telis obfusi vincuntur. Fuga littus amplexi inter flexuosos fossarū ambitus
obtrūcatur. Rhenū deinde classe rimatus extremis Germanię partib⁹ manus inie-
cit. Repetito oceano Fresorū classē vadosis insietā vorticibus adortus cęde nau-
fragiū cumulauit. Nec tantas hostiū acies obtrūisse contentus: Britāniam tētat.
Cuius rege deuicto, Melbriciū Scotticę regionis p̄fectū aggreditur. Cui cum bel-
lum illatur⁹ Britannorū regem imminere ex speculatore cognosset: tergoq; simul
ac pectori consulere nequirit: militibus ad concionem vocatis deserēda vehicula,
abiiciendā suppellectilē, aurūq; quod ab eis gestaretur passim per arua diliciēdum
edixit: affirmās solā in opum effusione opem restare. Nec aliud conclusis subsidii
superesse, q̄ hostē ab armis in auaritiā pellicere. Libēter prędā apud exteros quę-
sitam suprēmę necessitati impendi debere. Fore em̄ vt hostes non minore auidia
re collectā abicerēt q̄ repertā corripēt oneri potius q̄ vsui futurā. Tūc Torkil-
lus auaritia ante alios insignis ceterisq; eloquio p̄stans: capite galea nudato cly-
peo innixus: Mouet inquit rex plerōsq; tuę p̄ceptiōis austeritas: Qui magni estī
mant quod sanguine pepererūt. agre proicitur qd̄ maximo constat periculo quę-
situm. Inuiti deserūt: quod vite discrimine emerunt. Extrēmę em̄ dementię est vi-

*Aduiphus de becto p. 020
p̄ximam de horum 200 ann
Scotti a for annis in p̄cio
Scottō Daa p̄m p̄adit
no vocati for p̄m p̄m p̄m
sunt. p̄m p̄m p̄m p̄m
Malū confi
liū Vluilde*

In Vittho-
nē Fresorū
piratā.

Subactio
Fresię da-
nis.
Secūda de-
bellatio Ale-
manorū a
Danis.
Subactio
Scotię &
Britannię.

Torkilli cō-
cio.

*Gratio Torkil
ly ad Regem*

ferri.
formi
itū ab
rū ro
re co-
ionis
sificā
ebroa
epit.

comi-
nla: lu
uis in
gies vi
bfcce-
aprio-
i torū
atē sa-
qui dā
cuius
obrem
graue
anfra-
sq; cur
percō-
gatio-
capta-
vt quā
pto cō
am iu-

Baxonis Grammatici

rili aſo ac manu parta muliebriter ſpernere: opeſq; hoſti inſperatas afferre. Quid deformius q̄ belli fortunā præde quā gerimus contēptu præcurrere: certūq; & præſens bonū dubiū mali metu relinquere? Nondū Scottos aſpeximus: & aruum auro ſpargemus: Quales in prælio exiſtimādi ſunt: quos bellū petentes ſola bellorū eneruat opinio! An qui hoſti formi doſoſi ſuimus: ridiculi erimus: claritatēq; contēptu mutabimus: Mirabitur Britannus ab his ſe victū: quos ſolo vinci timore conſpexerit. Illorū metu prememur quibus metū priores ingeſſimus: Quorū præſentiā cōtēpſimus: abſentiā metuem⁹? Quādo opes probitate mercabimur: quas timore vitam⁹: Pecunias pro quibus pugnaui⁹ pugnā vitando tēnemus: Quos paupertati ſubiicere debuim⁹ diuitiis imbuemus: Spolia fortiter cepimus: molli ter iaciam⁹ debemus: Pauor nūq; eximet quod virt⁹ peperit. Quod bello queſiuimus: bello linquendū eſt. Tanti præda veniat quanti empta eſt. ferro præciū ponderetur. Præſtat ſpecioſa deſungi morte: q̄ lucis auſiditate vileſcere. a vita paruulo temporis momēto deſerimur: pudor etiā fatū inſequitur. huic accedit q̄ iactātes aurū, hoſtis hoc auidi⁹ inſequetur: quo maiore metu vrgeri crediderit. Præterea neutra nobis fortuna auri odiū facit. Victores nāq; arte quod geſtamus ouabimus: victi ſepulturae præmio relinquem⁹. Hęc Senior. At milites regis potius q̄ ſodalis conſiliū intuent prioremq; exhortationē poſtere præferentes: quod cui⁹ opum erat certatim loculis egerunt. Mannos quoq; variē ſupellectilis gerulos oneribus adſoluūt: ſicq; vacuefactis crumenis: armis habilis accingūtur. Quibus progreſſis ſuccedētes Britannū in patentē late prædam diſſiliūt. Quos rex circa pecunię raptū auidi⁹ equo occupatos conſpiciens: cauere iubet ne deſtinatas prælio manus opum onere fatigent: ſcientes triumphum ante carpendū q̄ cenſum. Proinde auro ſpreto: auri domi⁹ nos inſequatur. Nec eris ſed victorię fulgorē mirentur: meminerintq; ſati⁹ trophæum p̄ſare q̄ queſtū: potiorē eſſe metallo virtutē: ſi rite amborū habitū metiantur. hoc nāq; exteriorē ornatū conciliari: illam interno exteroq; cultui præciū aſſerre. Quāobrem remotos a pecunię contēplatione oculos habeant: abſtractūq; auaritia animū belli ſtudiis impendāt. Præterea nouerint prædā ab hoſtibus de induſtria reiectā: aurūq; inſidiis potius q̄ vſui ſeminatū. Sed & ſimplicē argenti nitorem latentis hami fraude implicitū teneri. Neq; cū facile fugiſſe exiſtimandū qui fortē Britannorū gentē fugę prior adegerit. Caterū nihil indignius opibus eſſe: que raptorē captiuat: dum ditare creduntur. Siquidem Danos quibus opes obtuliſſe videantur: ferro cędeq; multandos duxiſſe. Itaq; ſi ſparſa rapiant eo hoſtē inſtruere viderētur. Si cū eris in medio poſiti ſpecie tangerētur: nō ſolum id, ſed & ſiquid eis proprię pecunię ſupereſſet amitterēt. Quid cū colligere prodeſſet: que protinus erogare cogātur! Sin pecunia proſterni reuenerint: hoſtē haut dubie proſtratos. Potius itaq; virtute arduos q̄ cupiditate pronos exiſtere debere: nec occiduos in auaritiā animos: ſed erectos in gloriam habendos eſſe. armis nō auro certandum fore. Finiente rege Eques Britannicus cunctis onuſtū auro gremiū ostendens: colliguntur inquit rex ex oratione tua gemini rerum affectus: vnus timoris alter mali uolentię reſti⁹. cum & opib⁹ propter hoſtem vti prohibeas: noſq; egenos tibi q̄ locupletes militare ſati⁹ ducas. Quid hac deformius volūtate: quid exhortatione ſtolidius: Domesticas hic gazas agnoſcimus. agnitas tollere dubitabimus! Quod armis repetere p̄gebamus: qd̄ ſanguine recuperare contēdimus: vltro reſti⁹

Regis a præda dehortatio.

Equis Britanni verba.

Historiæ Danicæ. Li. II. Fo. XV.

tutum vitabimus: propria vindicare cunctabimur! Vter timidior est: qui parta fundit: an qui fusa legere primecit: En quod necessitas ademit: casus reddidit. Nō hostiū sed nostra hæc spolia sunt. nō attulit aurum Britannicæ Danus: sed abstulit. Quæ subacti inuitiq; perdidim⁹: gratis redeuntia fugiemus! Nephas est tantum fortune beneficiū indignāter excipere. Quid em̄ vesanius q̄ opes in patulo constitutas despiciere: conclusas ac veritas affectare! Ante oculos collocata fastidio dabis mus: fugientia captaturi! In medio positis abstinēbim⁹: longinqua atq; extera perituri! Quando peregrina pdabimur: si propria refutam⁹? Nūq; deos tam infestis experiar: vt sinū paterna auitaq; pecunia referatū tam iusto onere vacuefacere compellar. Noui Danorū luxum: nūq; plena meri vasa liquissent: ni timor aufugere cōpulisset. Facilius vitā deseruissent q̄ vinū. Cōmunis hic nobis affectio est: hac illis imagine respondemus. Esto fugā finxerint: ante tamen in scortos incident q̄ regredi queant. Nūq; porcis proculcadum aut beluis hoc aurū rure squalebit! humano meli⁹ vsui seruiturū. Præterea si exercit⁹ a quo victi sum⁹ spolia rapim⁹: fortunā in nosmet victoris trāserimus. Quod em̄ certius victorię plāgium accipi posset: q̄ pugnā pdā pcurrere: castraq; ab hostibus deserta ante plium capere! Satius est metu vicisse q̄ ferro. Finierat vix eques: & ecce omnium effusē in pdam manus nitida passim era carpere. Mireris illic obscœne auuditatis īgeniū: speculari posses immoderatū cupiditatis exemplū. Videres cum gramine pariter aurū cōuelli: inter sinū distidū nasci. immemores hostiū ciues ferro decernere. familiaritatis iura, societatis respectū negligi. auaritiā omnes: amicitias neminē intueri. Interea Frotho siluā quæ Scottiam Britaniāq; secernit: vasto itinere p̄mensus: arma milites capere iubet. Cui⁹ aciem speculari Scotti cū sibi leuia tantū pila suppetere: Danos vero pstantiori armaturę genere cultos conspicerēt: pugnā fuga pueniunt. Quos Frotho Britannicę effusionis metu modicū infecutus: Vluilde virū Scottum cū ingenti exercitu obuiū recepit: quē e remotissimis scottię finibus auxiliū danis ferendi cupido pduxerat. Per hūc scottorū infectatiōe relicta: cursum in Britaniā reflectere iussus: prædā quā vase reiecerat acriter recuperauit. Igitur quo equiore animo opes deseruit: hoc facili⁹ recepit. Pœnituit tūc oneris Britānos: sanguine pœnas auaritię dantes. Piguīt inexplata auiditati brachia porrexisse. Puduit minus regiē exhortationis q̄ propriæ indulisse cupiditati. Post hæc celeberrimū insule oppidū Lūdoniam petit. Cuius murorū firmitate expugnationis facultatē negante: mortis simulatiōe facta: vires ab astutia mutuatus est. Si quidem pfectus Lundonię Dalemannus cū falsum de eius obitu nuntiū accepisset: receptis in deditionē danis ducem ex indigenis offert. Quem vt ex magno aceruo legerent oppidum intrare permittit. Quibus electionis diligentiā simulantibus: nocturnis insidiis circūuentus opprimitur. His gestis regem in patriam regressum Scato quidam cōiuuiō excipit bellicis eius laboribus voluptatis licentiā pmixturus. Apud quem Frotho dū regio more stratis auro puluinaribus accubaret: per Hundingū quēdam ad dimicādū prouocatus, q̄q; cōiuuiālibus mentē gaudiis impendisset: plus pugne ppinquitatē q̄ epularū præsentia delectatus, duello cœnā, victoriā duellum absoluit. In quo dubiē salutis vulnere suscepto: rursus haquinū pugilis adhortatione pstrictus prouocantis nece vltionē irritatē quietis exegit. Duos ex cubiculariis palā insidiarū conuictos ingentibus saxis affixos pelago obruit, pōderosum animi crimē annexa corporibus mole mulctando. Ferunt quidā Vluildam tunc ei

Danorum luxum

ad Daniam. h. p. 70.

Scottus.

Ana. v. t. p. p. m. t. a. g. m. p. l. m. g.

Expugnatio h. p. 70.
Expugnatio ciuitatis lūdonię in anglia.

Modus prædæ dēdi i lectis p̄riscorū. Frotho ad dimicādū prouocat.

Suan *Suan:*
Historiæ Danicæ. Li. II. Fo. XVI.

cedant. Igitur ut flagitiosus ita scilicet patris error extitit. quæ tanta luce mirificus postmodum filius expiavit. Interea Regnero apud Suetiam defuncto: coniunx eius Suanhuita paruo post & ipsa morbo ex mœstitia contracto decedit: fato virum infecuta a quo vita distrahi passa non fuerat. Fieri namque solet ut quidam ob eximiam charitatem quæ viuis impenderat: etiam vita excedentes comitari cõtendat. his filius Hothbrodus succedit: qui proferendi imperii studio orienti bellum intulit: ac post immensam populorum cladem: Atisum & hotherum filios procreavit. Hisdem Geuarum quendam egregium sibi meritis deuinctum pedagogum adiecit. Nec orientis victoria contentus: daniam petiit. eiusque regem Roethribus plius puocatum occidit. His cognitis Helgo filium Roluonem Lethrica arce cœcluit heredis saluti cõsulturus: utcumque suam fortunam tractasset. Deinde p̄sides ab Hothbrodo immisos ut externo patriam dominio liberaret missis per oppida satellitibus cæde subegit. Ipsum quoque Hothbrodum cum omnibus copiis nauali pugna deleuit. nec solum fratris: sed etiam patriam inuersionem plenam ultionis armis pensauit. Quo euenit ut cui nuper ob hundingi cædem agnomine inceserat: nunc Hothbrodi strages cognomen inferret. Præterea sueones perinde ac parum preliis afflictos abiectissimo conditionis instituto multauit: legifanciens. ne cuiusquam eorum iuxta legitimarum compositionum formulam lesio sarciantur. His gestis ob superioris flagitii ruborem patriam penatesque perosus: repetito oriente decedit. Opinatur quidam quod exprobratæ sibi turpitudinis anxius: super districtum gladium incubendo: voluntaria se morte consumpsit. Huic filius Roluo succedit: vir corporis animique dotibus venustus: qui staturæ magnitudinè pari virtutis habitu commendaret. Cuius temporibus cum danorum imperio Suetia subiaceret: Atisus Hothbrodi filius liberandæ patriæ ratione: callidius quæsitæ: matrem Roluonis Virsam coniugio sibi sociandam curauit: intercedente cõnubii affinitate efficaciores priuigno monitus super tributis laxatione daturus. Nec fortunam voris aduersam habuit. Hic a puero liberalitatis odio imbutus adeo pecuniæ tenax extitit: ut munificum haberi infamie loco duceret. Quem cum Virsa tantis auaritiæ sordibus obsutum videret: ideoque eo carere cuperet: insidiis agendum rata: mira artis superficie fraudis formulam texit. Impietatis quippe simulatione amplexa: maritum capeffendæ libertatis ammonitum: nouarum rerum exhortatione sollicitat: filiisque maximis muneribus promissis, Suetiam arcessiri curat. Ita namque se votis maxime potituram credebat: si filio aurum vitrici nacto: regias opes fugiendo conuellere: virumque non tantum thoro: sed etiam pecunia fraudare potuisset. Neque enim auaritiæ villo melius quam opum subtractione multandam putabat. Cuius doli profunditas ab intimis astutiæ modis profecta: haud facile ex hoc discerni poterat, quod permutandi thori studium, affectatæ libertatis imagine colorabat. Cæcam viri mentem quæ matrem aduersum filium caput exarsisse putauit: nec suam potius strui perniciem intellexit. Stolidum mariti sensum, qui peruicacem uxoris industriam non aduertit: transferendi cõnubii copiam filialis odii specie molientem. Cum enim nulla muliebribus animis fiducia debeat: is tanto stolidiorem femine fide detulit: quanto facilius eam sibi fidam, filio insidiosam putauit. Igitur promissorum magnitudine excitus Roluo: cum Atisli forte penates ingressus ob absentiam diuturnitatem conuictusque dissuetudinem parum a matre cognosceretur: leniendæ famis subsidium per iocum petere cepit. Qua prandium a rege postcedum hortante: laceram vestis sue partem exerens operam consuentis exposcit. Cum ob

Hothbrodus Suetie rex.

Mors Roeth.

Roluo rex
xiii. cognomen metokrage
711

Atisli auaritia.
Virsetus.

Baxonis Grammatici

Sept. p. 72. 1. fratri

**Cōmenda-
tio patriē
i Roluone.**

Sept. p. 72.

**Pedisseque
pictas.**

Epistolio. Sept. p. 72

**Atisli simu
lata munifi-
centia.**

**Vrsę fuga
& pecunię
abiectio.**

**Atisli cupi-
ditas.**

Sept. p. 72.

**Roluonis
mira libe-
ralitas.**

feratas matris aures haberet difficile inquit veram ac solidam amicitiam reperi-
ri: cum filio mater epulum: fatu soror suendi obsequium neget. Ita matris errore
multato: magnum eidem negatę humanitatis ruborem iniecit. Quem cū Atislus
inter epulas matri discubitu iunctū aspiceret: vtrūq; lasciuia increpans impudicę
cum fratris sororisq; cōfessum asseruit. Cui Roluo honestum in filio maternę cha-
ritatis amplexum respondit: laceffitę integritatis defensionē ab arctissimo nature
vinculo mutuatus. Idem per cunctantibus cōiuiis quod fortitudinis genus cate-
ris ante ferret: patientiā nominauit. Interrogatus ab iisdem Atislus cui potissimū
virtuti votorum suorum studium obligasset: Liberalitatis sibi professionem apta-
uit. Exigūtur igitur hinc animositatis: inde munificentię pacta: priorq; Roluo vir-
tutis experimentū edere iubetur. Qui cum igni applicaretur: parmulā parti qua
acrius vrgebatur obiecit: alteroq; laterū defenso: reliquum munimento vacuum.
vnico patientę duramento firmavit. Magna viri solertia leniendę ardoris præsi-
dium a clypeo mutuantis. vt inde exposito flāmis corpori propugnaret: vnde eidē
inter stridentia quandoq; tela consuluisse. Aestus tamen telis acrior cū vallatam
clypeo partem expugnare nō posset: defectum muni mine latus inuasit. Quem pes-
dissequa que forte propter focum astabat intolerabili costarum ardore torrerę cō-
spiciens: egesta dolio clespedra fuso flammā humore sopiuit mediaq; incēdiū pœ-
nas tēpestiuo liquoris beneficio repressit. Roluo patrię cōsummatiōe laudatur.
Post hęc Atisli munera requirūtur. ferunt illum collatis in priuignū opib; ad vlti-
mū ingentis ponderis torquē quo donū cumulatius redderet expendisse. Igitur
vrsa tercio cōiuii die edendę fraudis copiam aucupata: suspicatio nil tale coniu-
ge: regia pecunia vehiculis imposita propriis se penatibus furtiuo subduxit egrę-
su. sublustrisq; nocte fugam cum filio consecuta discedit. Insequenti se viri metu
percita: per summā vterioris fugę diffidentiam comites abiiciendę pecunię ius-
su sollicitat: vita vel opibus carituros affirmans: vnicū salutis stipendium in eris
abiectione repositū. nec fugę subsidii nisi rerum damno carpendum. Eodem itaq;
exemplo vtendum: quo sibi Frothonē apud britannos consuluisse proditum erat.
Adiecit etiam non magno constare si propria suetis resumenda deponeret, dum
inde sibi fugę profectus vnde eis infecutionis defectus accederet: magisq; aliena
restitui. q̄ sua deserere viderentur. Nec mora quo fuga celerius carperetur. reginę
iussa complentur. Aurum crumenis egeritur. opes hostium raptui relinquuntur.
Sunt qui asserant Vrsam retētis pecuniis es auro oblitum: fugę suę vestigiis in-
strauisse. Credi namq; poterat feminam ingentia molitam facinora: metallum
quoq; iactui destinatam inani fulgore pinxisse verarum opum pretia mēdacis au-
ri iurare simulantem. Videns igitur Atislus donatū Roluoni torquem inter alia
auri insignia relictum intinū auaritię suę pignus curiosius contēplatus: vt præ-
dam exciperet: affixis humo genibus cupiditati maiestatem inclinare sustinuit.
Quem Roluo rollendę pecunię gratia pronum dimissumq; conspiciens: propriis
prostratum muneribus risit, perinde ac cupide repetentem quod callide tribuisse
set. Contentis præda suctis: ocius ad naues se recipit fugamq; vehemētī remorum
conatu captauit. Ferunt autem illum quicquid præstare posceretur primę suppli-
cationi prompta liberalitate tribuere solitum: nec vnq; ad secundam perentis vo-
cem distulisse rogatum. Siquidem precum iterationem munificentia velocitate
præcurrere: q̄ beneficium tarditate notare maluit. Que res ei maximam athleta

Historiæ Danicæ. Li. II. Fo. XVII.

rum frequentiam conciliauit. Pjarung enim virtus: aut præmiis pascitur: aut laudibus incitatur. Per idem tempus Agnerus quidam Ingelli filius sororem Roluonis Rutam nomine matrimonio ducturus, ingenti cõuiuio nuptias instruit. In quo cum pugiles omni petulantia genere debacchantes in laltonem quandam nodosa passim ossa conicerent: accidit vt eius confessor Biarco nomine iacentis errore vehementem capite ictum exciperet. Qui dolore pariter ac ludibrio laceratus: osse inuicem in iacentem remisso: frontem eius in occupat reflexit, idemq; loco frontis intorsit transuersum hominis animum vultus obliquitate mulcendo. Ea res contumeliosam ioci insolentiam temperauit: pugilesq; regia abire coegit. Qua conuiuuii iniuria per motus sponsus: ferro cum Biarcone decernere statuit: violata hilaritatis vltionẽ duelli noie quæsiturus: in cuius ingressu vtri prior feriendi copia debetur diutule cerratum est. Non enim antiquitus in edendis agonibus crebre ictuum vicissitudines petebantur: Sed erat cum interuallo temporis etiam feriendi dignitas distincta successio, rarissq; sed atrocibus plagis certamina gerebantur: vt gloria potius percussorum magnitudini: q̃ numero deferretur. Prælo ob generis dignitatem Agnero: tanta vi ictum ab eo editum constat: vt prima cassidis parte conscissa: supremam capitis curiculam vulneraret: ferrumq; mediis galeæ interclusum foraminibus dimitteret. Tunc Biarco mutuo percussurus quo plenius ferrum libraret pedem trunco annexus: medium Agneri corpus: præstatis acuminis mucrone transfegit. Sunt qui asserant morientem Agnerum soluto in risum ore: per summam doloris dissimulationem spiritum reddidisse. Cuius vltionem pugiles auidius expectantes, simili per Biarconem exitio mulctati sunt. Vtebatur quippe præstantis acuminis inusitateq; longitudinis gladio, quem Lõui vocabat. Talibus operum meritis exultanti nouam de se siluestris fera victoriam præbuit. Vrsus quippe eximia magnitudinis obuium sibi inter dumeta factum iaculo confecit: comitemq; suum laltonem: quo viribus maior euaderet: applicato ore: egestum belluæ cruorem haurire iussit. Creditum namq; erat: hoc potionis genere corporei roboris incrementa præstari. His facinorum virtutibus clarissimas optimatum familiaritates adeptus: etiam regi percharus euasit: sororem eius Rutam vxorem adiuuit: victiq; spõsam victorie præmiũ habuit. Ab Arislo lacerati Roluonis vltionẽ armis exegit. etq; victum bello prostrauit. Tunc Roluo magni acuminis iuuenem Hiarthwarum nomine sorore Sculda sibi in matrimonium data: annuoq; vectigali imposto: Suetiæ præfectum constituit: libertatis iacturam affinitatis beneficio leniturus. Hoc loci quidam memoratu iocundum operi inseratur. Adolescens quidam Wiggo nomine corpoream Roluonis magnitudinem attentiori contemplatione scrutatus: ingenitq; eiusdem admiratione captus: percontari per ludibrium coepit: quisnam esset iste krage, quem tanto staturæ fastigio prodiga rerum natura ditasset. faceto castigationis genere inusitatum proceritatis habitum profecutus. Dicitur enim lingua danica. krage, truncus cuius semicassis ramis fastigia conscenduntur. Ita vites præcisorum stipitum obsequio perinde ac scalæ beneficio nixus: sensimq; ad superiora proçectus: petita: celsitudinis compendium assequatur. Quem vocis iactum Roluo perinde ac inclytũ sibi cognomen amplexus: vrbaniatatem dicti ingenitatis armilla: dono prosequitur. Qua Wiggo dexteram excultam extollens læua per pudoris simulationem post tergũ reflexa ridiculũ corporis incessum præbuit.

Agnerus.

Bruncus q̃ p̃ 73.

Modus pugnae dignitas percussorum.

Biarconis robor.

Agner p. 73.
De vrso & eius cruore potando.

v. f. 23. b.

Hiarth. Suetiæ regio a danis subacta. Wiggonis de Roluone dicitur.

Wiggonis de Roluone dicitur. Wiggonis de Roluone dicitur. Wiggonis de Roluone dicitur.

f. 88. b.

c

Saxonis Grammatici

fatus exiguo letari munere, quem fors diuitiæ tenuisset inopiæ. Rogatus cur ita se gereret: inopem ornamenti manum nulloq; cultus beneficio gloriantem / ad aspectu reliqua: verecundo paupertatis rubore perfundi dicebat. Cuius dicti calliditate cõsentaneum priori munus obtinuit. Siquidem Roluo manum que ab ipso occultabatur exemplo relique in medium accersendam curauit. Nec Wiggoni rependendi beneficij cura defuit. Siquidem arctissima voti nuncupatione pollicitus est: si Roluonem ferro perire contingeret: vtionem se ab eius intersectoribus exacturum. Nec prætereundum qd olim ingressuri curiam proceres: famulatus sui principia: alius cuius magne rei voto principibus obligare solebant: virtute tirocinium auspicanres. Interea Sculda tributarie solutionis pudore permota / diris animum cõmentis applicans maritum exprobrata cõditionis deformitate, propulsandę seruitutis motu cõcitatum, atq; ad insidias Roluoni necendas per ductum, atrocissimis nouarum rerum consiliis imbuit. plus vniquenq; libertati: q̃ necessitudini debere testata. Igitur crebras armorum massas diuersi generis tegminibus obuolutas tributimore per hiarth warum in daniam perferri iubet, occidendi noctu regis materiam præbituras. Refertis itaq; falsa vectigalium mole nauigijs: Lerhram pergitur: quod oppidum a Roluone constructum eximiusq; regni opibus illustratum: ceteris conafinium prouinciarum vrbibus regie foundationis & sedis auctoritate præstabat. Rex aduentum hiarth wari coniuualis impensę delicijs profecutus: ingenti se porione proluerat. Hospitibus præter morem ebrietatis intemperantiam formidantibus. Ceteris igitur altiore carpentibus somnum, sueones quibus scelesti libido propofiti communem quietis vsum ademerat: cubiculis furtim delabi cõpere. Aperitur ilico telorum occulsa congeries: & sua sibi quisq; tacitus arma connectit. deinde regiam petunt: irruptisq; penetrabilibus in dormientium corpora ferrum destringunt. Experrecti cõplures quibus non minus subita: cladis horror, q̃ somni stupor incesferat: dubio nisu discrimini restitere, socii an hostes occurrerent: noctis errore incertum reddente. Eiusdem forte silentio noctis Hialto qui inter regios proceres spectata: probitatis merito præeminebat: rus egressus scorti se complexibus dederat. Hic cum obortum pugne fragorem stupida procul aure sensisset fortitudinem luxurię prætulit: maluitq; funestum martis discrimen appetere q̃ blandis veneris illecebris indulgere. Quanta hunc militem regis charitate flagrasse putemus: qui cum ignorantie simulatione excusationem abientie præstare posset: salutem suam manifesto periculo obicere, q̃ voluptati seruare satius existimauit! Discedentem pellex percunctari cõepit si ipso careat: cuius atatis viro nubere debeat. Quam Hialto perinde ac secretius allocuturus, propius accedere iussam: indignatus amoris sibi successorem requiri præciso naso deformem reddidit: erubescendoq; vulnere libidinosę percunctationis dictum multauit: mentis lasciuam oris iactura temperandam existimans. Quo facto liberum questite rei iudicium a se ei relinquidixit. Post hæc repetito ocuis oppido: confertissimis se globis immergit: aduersasq; acies mutua vulnerum inflictione prostermit. Cũq; dormientis adhuc Biarconis cubiculum præteriret: expergisci iussum tali voce compellat.

Ocius euigilet quisquis se regis amicum
Aut meritis probat: aut sola pietate faretur.
Discutiant somnum proceres, stupor improbus absit:

Voto se
astringedi
mos prisc?

Sculde faci
nus,

Lethra re
galis olim
sedes.

*Delinquentem
q. d. p. 74.*

Hialto.

Nasus con
cubine sic
merite ab
scinditur.

Historiæ Danicæ. Li. II. Fo. XVIII.

Incaleant animi vigiles: sua dextera quæque
Aut famæ dabit: aut probro perfundet inertî.
Noxq; hæc aut finis erit: aut vindicta malorum.
Non ego virgineos iubeo cognoscere ludos
Nec teneras tractare genas: aut dulcîa nuptis
Oscula conferre: & tenues astringere mamas.
Non liquidum captare merum: tencrumve fricare
Foemen & in niueos oculum iactare lacertos.
Euoco vos ad amara magis certamina Martis.
Bello opus est. nec amore leuî. nihil hic quoq; facti
Mollities encruis habet: res prælia poscît.
Quisquis amicitiam regis colit: arma capeffat.
Pensandis animis bellî promptissima laus est.
Ergo viris timidum nihil aut leue fortibus insit.
Destituatq; animos armis cessura voluptas.
In pretio iam fama manet: laudis sibi quisq;
Arbiter esse potest. propriaq; nitescere dextra.
Instructum luxu nihil assit: plena rigoris
Omnia præsentem discant exoluere cladem.
Non debet laudis titulos aut præmia captans
Ignauo torpere metu: sed fortibus ire
Obuius: & gelidum non expallescere ferrum.
Ad hæc vocem expergefactus Biarco cubicularium suum Scalcum ocyus excitatū
hoc alloquitur modo.
Surge puer: crebroq; ignem spiramine pasce:
Verre larem ligno: & tenues dispelle fauillas:
Scintillas extunde focus: ignisq; iacentes
Erige reliquias & opertas elice flammâs.
Languentem compelle larem producere lumen:
Ardenti rutilas accendens stipite prunas:
Proderit admota digitos extendere flamma.
Quippe calere manu debet qui curat amicum
Et nocui penitus liuoris pelleret frigus.
Rursum Hialto.
Dulce est nos domino percepta rependere dona:
Acceptare enses: famaq; impendere ferrum.
En virtus sua quæque monet meritum bene regem
Rite sequi: dignaq; ducem grauitate tueri.
Enses theutonici: galeæ armillæq; nitentes
Loricæ talo immittit: quas contulit olim
Roluo suis: memores acuant in prælia mentes.
Res petit & par est: quæcunq; per ocia summa
Nacti pace sumus: belli dititione mereri:
Nec letos cursus moestis præponere rebus:
Aut duris semper casus præferre secundos.

Baronis Grammatici

Mente pari proceres fortem capiamus vtrinq;
Nec motes fortuna regat. quia concedet eque
Delicias ac dura pati. vultuq; sub illo
Ducamus tristes quo dulces haufimus annos.
Omnia quæ poti temulento promptissimus ore
Fortibus edamus animis & vota sequamur
Per summum iurata iouem, superosq; potentes,
Danorum primus herus est meus. assit eidem
Vt probus est quisq; procul hic pcul este fugaces.
Forri opus est stabilisq; viro, non terga ferente
In dubium. bellive truces metuente paratus.
Maxima sæpe duci virtus ex milite pender.
Tanto etenim princeps aciem securior intrat
Quanto illum melius procerum stipauerit agmen.
Arripiat digitis pugnacibus arma satelles
Iniiciens dextram capulo, clypeumq; retentans.
Inq; hostis ruat: & nullos expalleat ictus,
Nemo se retro feriendum præbeat hosti:
Nemo enses tergo excipiat, pugnacia semper
Pectora vulneribus pateant. certamina prima
Fronte gerunt aquile, & rapidis se ricibus vrgent
Anteriore loco. species vos alitis equet
Aduerso nullam metuentes corpore plagam.
Ecce furens equoq; sui fidentior hostis
Ferro artus, faciemq; aurata casside tectus:
In medios fertur cuneos: ceu vincere certus
Intimidusq; fuga: & nullo superabilis ausu.
Suetica (me miserum) danos fiducia spernit.
Ecce truces oculis gotthi, visusq; feroces
Cristatis galeis hastisq; sonantibus instant
In nostro validam peragentes sanguine cladem.
Distingunt gladios: & acutas cote bipennes,
Quid te hiaruare loqr: quæ Sculda nocete repleuit
Consilio tantaq; dedit crudescere culpa!
Quid te infande canam nostri discriminis auctor
Proditor eximii regis: quem seua libido
Imperii, tentare nephas: furisq; citatum
Coniugis æternam pepulit pretendere noxam!
Quis te error factum danis dominoq; nocentem
Præcipitavit in hoc rerum scelus: vnde subibat
Impietas tanto fraudis constructa paratu!
Quid moror! extremam iam degustauim? escam.
Rex perit & miseram fors vltima corripit urbem.
Illuxit suprema dies. nisi forte quis assit
Tam mollis q; se plagis præbere timecat:

Historiæ Danicæ. Lib. II. Fo. XIX.

Aur imbellis ita vt domini non audeat vltor
Esse sui: dignosq; animo proscríbat honores.
Tu quoq; confurgens níueum capít exere Ruta:
Et latebris egressa tuis in prælia prodi.
Cedes te foris acta vocat. iam curia bellis
Concutitur diroq; strepunt certamine portæ.
Loricæ lacerat ferrum. dirumpitur hamus
Nexilis & crebro cedunt præcordia telo.
Iam clypeum regis vastæ minueret secures.
Iam longi resonant enses: crepitatq; bipennis
Humanis impacta humeris, & pectora findens.
Quid pauitâr animi: quid hebescit languidus ensis!
Porta vacat nostris, externo plena tumultu.
Cunq; Hialto magna admodum strage edita prælium cruentasset: tertio taberna-
culum Biarconis offenderat: quem metus causa auídû quietis ratus tali ignauia
exprobratione pertentat.
Vt quid abes Biarco: num te sopor occupat altus?
Quid tibi quæso morè est: aut exi. aut igne premeris.
Elige quod præstat. eia concurríte mecum.
Igne vrsos arcere licet. penetralia flammis
Spargamus. primosq; petant incendia postes.
Excipiat torrem thalamus. teatq; ruina
Fomentum flammis: & alendo præbeat igni.
Fundere damnatis fas est incendia portis.
At nos qui regem voto meliore veremur
Iungamus cuneos stabiles. tutisq; phalangem
Ordinibus mensi: qua rex præcepit eamus
Qui natum bõki Rõricum strauit auari:
Implicuitq; virum leto virtute carentem.
Ille quidem præstans opibus: habitusq; fruendi
Pauper erat: probitate minus q; scenore pollens:
Aurum militia potius ratus. omnia lucro
Posthabuit. laudisq; carens congestit acervos
Aeris: & ingenuis vti contemplit amicis.
Cunq; lacesstitus Roluonis classe fuisset
Egestum cistis aurum deferre ministros
Iussit. & in primas vrbis diffundere portas:
Dona magis q; bella parans. quia militis experts
Munere non armis tentandum credidit hostem:
Tanq; opibus solis bellum gesturus & vsu
Rerum non hominum Martem producere possit.
Ergo graues oculos & ditia claustra resoluit:
Armillas teretes & onustas protulit arcas
Exitii fomenta sui. ditissimus eris
Bellatoris inops: hostiq; adimenda relinquens

Historiæ Danicæ. Lib. II. Fo. XX.

Fama superstes erit. nec in vllum decidet eum:
Quod perfecta suo patrauit tempore virtus.
Quid clausis agitur foribus: quid pessula valuas
Iuncta seris cohibent: etenim iam tertia te vox
Biarco ciet: clausoq; iubet procedere recto.

Contra quæ Biarco.

Quid me Roluonis generum: quid bellice Hialto
Tanta voce ciet: etenim qui magna profatur
Grandiloquisq; alios verbis inuitat ad arma
Audere & dicta factis equare tenetur:
Ut vocem fateatur opus. sed desine donec
Armer, & horrendo belli præcingar amictu.
Iamq; enses lateri iungo: iam corpore primum
Lorica galeaq; tegor. dum tempora cassis
Excipit: & rigido conduntur pectora ferro:
Nemo magis clausis refugit penetrabilibus vri
Cunq; sua rogus esse domo. licet insula memet
Ediderit: stricteq; habeam natalia terræ:
Bissenas regi debebo rependere gentes
Quas titulis dedit ille meis. attendite fortes
Nemo lorica se vestiat interituri
Corporis. extremum perstringat nexile ferrum:
In tergum redeant clypei: pugnemus apertis
Pectoribus: totosq; auro densate lacertos:
Armillas dextræ excipiant, quo fortius ictus
Collibrare queant, & amarum figere vulnus.
Nemo pedem referat: certatim quisq; subire
Hostiles studeat gladios, hastasq; minaces:
Ut charum vlciscamur herum. super omnia felix
Qui tanto sceleri vindictam impendere possit:
Et fraudem iusto punire piacula ferro.
Ecce mihi videor ceruum penetrasse ferocem
Theutonico certe qui snyrtir dicitur ense
A quo belligeri cepi cognomen: vt Agner
Ingelli natum fudi, retulq; trophæum.
Ille meo capiti impactum perstrigat Høthingum
Elisum morsu gladium: maiora daturus
Vulnera: si melius ferri vigiisset acumen.
Cui contra leuam lateris cum parte sinistri
Dissecui, dextrumq; pedem: labensq; sub artus
Incidit in medias ferrum penetrabile costas,
Hercule nemo illo visus mihi fortior vnq;
Semiuigil subsedit enim cubitoq; reclinis
Ridendo excepit letum: morremq; cachinno
Spreuit & elisium gaudens successit in orbem.

*Regis, repono ad Swerem coari stare. p. 239. / Requirit
vno p. Regis. totus Danicæ Principes in Hinc, quæ dicitur
Selandia, Jutia, Scania, peninsulis Regibus subiecte
fuisse. p. 293. Duravit autem Stakus polyarchicus hinc
Suecia Regum. Unquaris, Anunari, et Ingialdi in hinc
temporibus, nec ultra extremum Stewaldi granadæ,
integrum Staldani discreti, et partem avi Swaris
Vidfad mii extenditur. C. 3. C. 7. p. 307. fol. 71.
Va post interregnum aia. n. p. 63. a. 61.*

De gladio
snyrtir.

De hōtigo.

c iiii

.XX. Baronis Grammatici

Magna viri virtus, qua: risu calluit vno
Supremam celare necem: summumq; dolorem
Corporis ac mentis leto compefcere vultu,
Nunc quoq; cuiusdam præclaro stemmate nati
Vitales fibras ferro rimabar eodem:
Et ferrum penitus intra præcordia merfi,
Filius hic regis: & auito sanguine lucens
Indole clarus erat: teneriq; nitentior annis.
Non illi hamatum poterat prodesse metallum:
Non ensis non umbo teres: tam viuida ferri
Vis erat: obiectis tardari nescia rebus.
Ergo duces vbi sunt gotthorum: militiq;
Hiartuari: veniant. & vires sanguine pensent.
Qui iaciunt: qui tela rotant: nisi regibus orti,
Surgit ab ingenuis bellum: clarissima martem
Stemmata conficiunt. nec enim vulgaribus ausis
Res agitur. quam sola ducum discrimina tentant.
Illustres obeunt proceres. en maxime Roluo
Magnates cecidere tui. pia stemmata cessant.
Non humile obscurumve genus, non funera plæbis
Pluto rapit: vilesq; animas. sed fata potentum
Implicat & claris complet phlegethonta figuris.
Non memini certamen agi: quo promptius esset
Alternare enses. partiriq; ictibus ictus.
Dans vnum tres accipio: sic mutua gotthi
Vulnera compensant. sic dextra potentior hostis
Vindicat acceptam cumulado foenore poenam.
Qzã adeo solus multorum funere leto
Corpora tradiderim pugnans: vt imagine collis
Editus e truncis excreferet arcubus agger:
Et speciem tumuli congesta cadauera ferrent,
Et quid agit qui me nuper prodire iubebat
Eximia se laude probans: aliosq; superba
Voce terens & amara serens opprobria tanq;
Vno bisenas complexus corpore vitas!

Ad hæc Hialto.

Qzã subsidio tenui fruor. haud procul absum
Hac quoq; qua stamus opus est ope. nec magis vsq;
Vis aut lecta manus promptorum in bella virorum
Exigitur: iam dure acies & spicula scutum
Frustrati in secuere meum. partesq; minutim
Auulsas absumpsit edax per prælia ferrum.
Prima sibi testis res est. seq; ipsa fatetur.
Fama oculo cedit. visusq; fidelior aure est.
Rupti etenim clypei retinacula sola supersunt.

Historiæ Danicæ Lib. II. Fo. XXI.

Secus & in giro remanet mihi peruidus ymbo:
Et nunc Biarco vires: quæ cunctatior equo
Extiteris, damnumque more probitate repensas,
At Biarco.

Carpere me necdum: probrisque laceffere cessas!
Multa moras afferre solent: namque obuius ensis
Cunctandi mihi causa fuit: quem sueticus hostis
In mea præualido contorsit pectora nisu.
Nec parce gladium capuli moderator adegit.
Nam quantum in nudo vel inermi corpore fas est
Egit in armato: sic duri regmina ferri
Ut molles traiecit aquas, nec opis mihi quicquam
Aspera lorice poterat committere moles.
Et nunc ille ubi sit qui vulgo dicitur othin
Armipotens vno semper contentus ocello!
Dic mihi Ruta precor vsque si conspicias illum!

Ad hæc Ruta.

Adde oculum propius: & nostras prospice chelas *S. Steph. p. 78. L. 99.*
Ante sacraturus victrici lumina signo
Si vis presentem: tuto cognoscere martem.

Tum Biarco.

Si potero horrendum friggere spectare maritum
Quantuncumque albo clypeo sit tectus: & altum
Flectat equum: lethra nequaquam sospes abibit.
Fas est belligerum bello prosternere diuum:
Ante oculos regis clades speciosa cadentes
Excipiat, dum vita manet studeamus honeste
Possè mori, clarumque manu decerpere funus.
Ad caput extincti moriar ducis obrutus, ac tu
Eiusdem pedibus moriendo allabere pronus
Ut videat quisquis congesta cadauera lustrat:
Qualiter acceptum domino pensauimus aurum.
Præda erimus coruis: aquilisque rapacibus esca.
Vesceturque vorax nostri dape corporis ales.
Sic belli intrepidus proceres occumbere par est
Illustrem socio complexos funere regem.

Hanc maxime exhortationum seriem in dærico metrica ratione compegerim: quæ eadem
rûdem sententiarum intellectus: Danici cuiusdam carminis compendio digestus *S. Steph. p. 82.*
a compluribus antiquitatis peritis memoriter vsurpatur. Cõtigat autem potitis
victoria gothis omne Roluonis agmè occumbere: neminemque excepto Wiggone ex
tanta iuuentute residuum fore. Tantum enim excellentissimis regis meritis ea pu
gna: a militibus tributum est: ut ipsius cedes omnibus opperendæ mortis cupidita
tem in generaret: etque morte iungi vita iucundius duceres. Letus Hiartuarus pran
dendi gratia potitis mensis conuiuium pugne succedere iubet: victoriã epulis pro
secuturus. Quibus oneratus magne sibi ammirationis esse dixit: quæ ex tanta Roluõ

CV.

Historiæ Danicæ Lib. III. Fo. XXII.

Tot iuuenis artibus Geuari filia Nanna admodum delectata: amplexum eius ex petere cœpit. Fit enim vt virtute iuuenum virgines incalescant. & quorum mi nus complacet forma: probitas acceptetur. Multiplices enim amor aditus habet. Aliis amor decor. aliis animi virtus. quibusdam artium vsus voluptatis iter aper rit. Non nullis comitas Veneris copiam parat. Complures famæ candor acceptos facit. Nec leuius vulnus fortes q̄ pulchri puellis infligere solent. Accidit autem vt Othini filius Balderus Nannæ corpus abluentis aspectu sollicitatus: infinito amo re corriperetur. Vrebat illum venustissimi corporis nitor: animumq; perspicuæ pulchritudinis habitus inflammabat. Validissimum namq; libidinis irritamen tum est decor. Hotherum itaq; per quem maxime votum interpellandum time bat ferro tollere constituit: ne moræ impatiens amor vlllo fruendæ libidinis oba staculo tardaretur. Eodem forte tempore Hotherus inter venandum errore nebu læ perductus: in quoddam siluestrium virginum conclaue incidit: a quibus pro prio nomine salutatus quanam essent perquirir. Ille suis ductibus auspiciisq; ma xime bellorum fortunam gubernari testantur. Sæpe enim se nemini conspicuas præliis interesse, clandestinisq; subsidiis optatos amicis præbere successus. Quipa pe conciliare prospera: aduersa infligere posse pro libito memorabant. adiecto qua liter in collacteam eius Nannam inter lauandum conspectam Balderus exarserit. Hortateq; ne eum quibus infestissimo odio dignum: armis lacefferet. semideum hunc esse testantes arcano superum semine procreatum. His acceptis Hotherus laben tis hospiti regmine defectus sub dio se relictum totiusq; expertem vmbraculi me diis repente campis expositum conspicatur. Præcipue vero puellarum præpetem fugam, lociq; versilem situm. ac fallacem ædis imaginem mirabatur. Ignorabat enim quæ circa se gesta fuerant ludibrium tantum inaneq; præstigiolarum artium extitisse commentum. Vnde rediens Geuaro ordinem insecutæ errorem suum lu dificationis exponit, filiamq; eius continuo postulauit. Cui Geuarus q̄ libentissimè se faurum subiunxit: ni Balderi iram repulsa contracturum metueret: prio rem illum sibi consentaneas preces porrexisset testatus. Nam ne ferro quidem sa cram corporis eius firmitatem cedere perhibebat. Adiecit tamen scire se gladium arctissimis obseratum claustris quo fatum ei infligi possit. Hunc a Mimingo silua rum satyro possideri. Eidem quoq; armillam esse mira quadam arcanaq; virtute possessoris opes augere solitam. Horum præterea locorum aditum inuium impe dimētis obsufum, haud facile mortalibus patere posse. Maiorem siquidem itineris partem inusitatæ frigiditatis vi perenniter obsideri. Iubet itaq; ceruis iugalibus cura rum instruat cuius celeritate eximio gelu rigentia iuga transcendat. Quo cū per uenerit tabernaculum suum ita a sole auersum constituat: vt vmbram specus cui Mimingo assueuisset excipiat: nec ipsum mutua tamen obumbratione contingat: ne satyrum insolitæ obscuritatis iactus exitu deturbaret. Ita armillam ensemq; in expedito fore: quorum alterum opum, alterum belli fortuna comitaretur: in vtroq; ingens possessoris præmium esse. Hactenus Geuarus. Nec inerte Hotherus quæ ab ipso didicerat executus: tabernaculo ad prædictum modum locato, noctu curas, in ter diu venationes agebat. Vtramq; temporis vicem peruigil exsomniaq; ducebat ita discrimina lucis noctisq; partitus: vt hanc rerum meditationi tribueret: illam conuectandis corporis alimentis impenderet. Cumq; forte pernnox attonita curis mente languesceret: obumbratam tabernaculo suo satyrum hasta petiuit, obrutusq;

Amoris
aditus multi

Nannæ spe
cies.

Nymphas
adit Hoth
rus.

Gladii &
armillæ vis
mira.

De ceruis
iugalibus.

Satyri
vincitur.

Saxonis Grammatici.

Gelderus
Saxoniae
rex.

Helgo rex
Halogiae.
Cuso Fin-
norū Byar
morūq; rex

ictu nec satis fugae potentem vinculis interceptit. Ultima deinde per summam verborum atrocitatem minatus: enssem armillasq; deposcit. Nec segniter satyrus salutis redemptionem, quae ab ipso petebatur, exhibuit. Adeo cunctis re prior est vita cum nihil apud mortales spiritu charius existere solet. Høtherus opum adeptione letatus: patriam repetit paucis sed insignib⁹ spoliis foelix. Quibus et Gelderus Saxoniae rex potitum comperiens, milites in tam illustri praedae raptu crebro concitabat hortatu. Paruit iuventus regi properanter instruens classem. Quod preuidens Geuarus quippe diuinandi doctissimus erat industriaq; praegiorum excultus: vocato Høthero iubet congressuri secum Gelderi iacula patienter excipiat, non ante sua remissurus: quod hostem missilibus carere conspiciat. Caeterum rostratas admoueat falces quibus nauigia lacerari cassidesq; & scuta militibus detrahi possint. Cuius consilio obsecutus Høtherus: salutarem eius exitum expertus est. Siquidem ad primos Gelderi imperus subsistere suos ac corpora scutis protegere iubet: praesentis pugnae victoriam patientia capessendam testatur. At hostis missilibus nulla ex parte cohibitis: iisdemq; per summam pugnandi cupiditatem effusis: hoc audius hastas ac spicula torquere coepit: quo Høtherum in his excipiendis patientius se gerere comperit. Quae partim scutis, partim nauigiis infixarum dedere vulnus: complura innoxia ac frustra videbatur excussa. Siquidem Høtheri milites regis imperium exequentes receptam telorum vim conferta clypeorum testudine repellebant: nec rarus quidem eorum numerus erat: quae leui ictu umbonibus impacta fluctibus incidebant. Quorum omnium copia vacuefactus Gelderus: dum eadem ab hostibus correpta alacrius in se retorqueri conspiceret: mali cacumen puniceo scuto complexus: indicium id pacis erat: salutem deditione consuluit. Quem Høtherus amicissimo vultu benignissimoq; sermone exceptum non minus humanitate quam arte perdomuit. Ea tempestate Helgo Halogiae rex Cusonis Finorum Byar morumq; principis filiam nomine Thoram crebrae legationis officio procabatur. Adeo quod per se minus validum est alieni indigum noscitur. Nam cum eius temporis iuuenes matrimonii postulationem propria voce prosequendi consuetudinem haberent: hic tanto oris vitio oblitus erat: ut non solum exteras sed etiam domesticas aures erubesceret. Adeo calamitas omnis conscios vitat. Eo siquidem naturae damna molestiora sunt: quo liquidius parent. Huius Cuso legatione sprete coniugio indignum respondit: qui propria parum virtute subnixus: ad id impetrandum precaria mutaretur officia. Quod audiens Helgo: Høtherum quem politioris facundiae nouerat: suis fauere studiis obsecrabat, alacriter se quicquid is imperasset executionem pollicitus. Ille sedula iuuenis supplicatione deuictus: armata classe Noruagiam petit, quod verbis non posset viribus peracturus. Cum pro Helgone per summam eloquii suauitatem egisset: refert Cuso mentem filiae consulendam: nequid contra nolentem paterna videretur seueritate praesumptum. Accersitamq; an proco alubesceret percotatus annuentis Helgoni nuptias pollicetur. Igitur Høtherus obseratas Cusonis aures ad ea quae precabatur exaudienda rotunde volubilibus facundiae dulcedine patefecit. Quae dum in Halogia geruntur: Balderus postulandae Nanne gratia Geuari fines armatus ingreditur. A quo cum ipsius Nanne mentem cognoscere iuberetur: exquisitis verborum deleni mentis puellam aggressus: cum nullum votis locum efficere potuisset: repulse causam cognoscere instituit. Quae respondit nuptiis deum mortali sociari non posse: quod ingens naturae discrimen copulae con-

Historiæ Danicæ Lib. III. Fo. XXIII.

mercium tollat. Sed & superos irer dum pacta rescindere solitos subitoq; vinculum
difici: qd impares cōtraxissent. Neq; enim stabilem dissonis inesse nexum, cū apud
excelsos humilium semper fortuna fordescat. Præterea abundantie & egestatis di-
uiduum contubernium esse: nec inter splendas opes obscuramq; pauperiem fir-
ma societatis iura consistere. Ad vltimum supernis terrestria non iugari: quæ tan-
to originis interuallo discors rerum natura secreuerit: q; a diuinæ luculentia ma-
iestatis infinitum distet humana mortalitas. Hac responsi cauillatione elusis Bal-
deri precibus detrectandi coniugii prudens argumenta texebat. Quod cū Hōthe-
rus ex Geuaro cognosceret multa super Balderi petulantia apud Helgonem queru-
lus differebat: incerti ambo quid facto opus esset: variis sententiam consiliis agita-
bant. Amica siquidem in aduersis collocutio tametsi periculum non tollit: egritu-
dinem minuit. Inter cætera animi vota fortitudinis studio preponderante manus
classe cum Baldero conseritur. Hominiibus aduersum deos certatum crederes. Nā
Baldero Othinus ac Thoro sacra:q; deum agmina propugnabant. Diuinis huma-
nisq; viribus permixtum aspiceres bellum. At Hōtherus tunica ferrum spernente
succinctus: confertissimos deorum cuneos irrumpebat. & q̄tum terrenus in super-
na poterat: grassabatur. Sed & Thoro inuitato clauē libratu cuncta clypeorum ob-
stacula lacerabat: tantū ad se incesendum hostes inuitās q̄tum socios ad tuendum.
Nullum erat armatura: genus quod impellenti non cederet. Nemo ferientem tuto
excipere poterat. Quicquid ictu arcebat obruit. Non clypei, nō cassides impactum
pertulere robur. Nulli corporis aut virium magnitudo subsidio fuit. Proinde via
ctoria ad superos concessisset nisi Hōtherus inclinata suorum acie celerius aduolās
clauam perciso manubrio inutilem reddi disset. Quo telo defecti diui subitā dede-
re fugam. Inimicum opinioni esset nisi si dem antiquitas faceret: deos ab hominib;
superari. Deos autem potius opinatiue: q̄ naturaliter dicimus. Talibus nanq; non
natura sed gentium more diuinitatis vocabulum damus. Cæterum Balderum fu-
ga cursu quæsitā seruauit. Cuius nauigiis victores aut ferro laceratis / aut fluctu ob-
ruris non contenti deos vicisse: classis reliquias scuitia insequuntur, earum iactu-
ra funestam belli cupidinem expleturi. Adeo plarūq; insolentiam successus exaspe-
rat. Testis belli portus Balderi fugam vocabulo refert. Gelderum quoq; Saxonie re-
gem eodem consumptum bello remigum suorum cadaveribus superiectum ac ro-
go nauigiis extructo impositū pulcherrimo funeris obsequio extulit. Cineres eius
perinde ac regii corporis reliquias non solum insigni tumulo tradidit: verū etiam
plenis venerationis exequiis decorauit. Post hæc ne connubii spem vltior rerum
importunitas moraretur: repetito Geuaro cupitis Nannæ complexibus fruitur.
Deinde Helgonem ac Thoram plenis liberalitatis officiis prosecutus: nouam Sue-
triæ nuptam aduexit: cunctis tam venerabilis victoria q̄ Balderus ridiculus fuga.
Quo tempore cum sueonum magnates soluendi tributū gratia Daniā petiuiss-
sent: ob egregia patris merita a popularibus loco regio cultus fallax fortuna: leno-
cinium expertus est. Si quidem a Baldero quem pauloante deuicerat prælio supera-
tus ad Geuaro decurrere necesse habuit victoria post regnum amissa quā priua-
tus adeptus fuerat. Victor Balderus vt afflictum siti militem opportuni liquoris
beneficio recrearet, nouos humilates terram altius rimatus aperuit. Quorum
erumpentes scatebras sitibundum agmen hiantī passim ore captabat. Eorundem

Pugna Hō-
theri cum
diis.

Dei victi.

*Se videri expellendi vix apud vob
hinc videri consule. Hæc p. 96. et
nota vobis. R. v. v. h. d. h. d. c.
R. v. f. v.*

Balderus
victor.

Historiæ Danicæ Lib. III. Fo. XXIII.

extiterit: equam tamen hostibus cladem ingessisse dicebant: nec minoris stragis auctorem fuisse quam complicem. Caterum in expedito victoriæ gratiam fore si inuitata cuiusdam suauitatis edulium augendis Balderi viribus excogitarum præripere potuisset. Nihil enim factum difficile futurum dummodo hosti in augmentum roboris destinato potiretur obsonio. Ex quarum dictis Høtherus promptissimam inferendi Balthero bellum fiduciam mente præsumpsit: quæ deos armis incessere terrenis arduum nisibus videretur. Fuere quoque ex suis qui illum tuto bellum cum superis commissurum negarent. Atque illi infinitus animi calor respectum maiestatis ademerat. Apud fortes enim non semper impetum ratio subruit: aut consilio temeritas succumbit. Vel fortasse meminerat Høtherus excellentissimis viris incertissimam extare potestiam: exiguamque glebam ingentes arietare currus. Contra Balderus Danis in arma contractis Høtherum acie excipit. Ingenti vtrinque clade gesta ac fere pari partium strage edita nox prælium soluit. Cuius tertio ferme peruigilio Høtherus clam cunctis res hostium exploraturus egreditur. Somnum quippe eius profecta ab imminente discrimine cura discusserat. Ita plerumque ingens animi motus quieti corporis aduersatur: nec alterius requiem vnus inquietudo patitur. Igitur in hostium castra perueniens tres nymphas arcanae dapis gerulas Balderi castris excessisse cognoscit. Quas cursim insequens (nam earum fugam roscida prodidere vestigia) tandem tecta quibus assueuerant subit. Igitur ab his quisnam esset rogatus: citharædum se dixit. Nec experimentum professioni dissonum fuit. Oblatam namque chelimum inflexis ad musam neruis compositisque plectro fidibus moderatus gratum auribus melos promptissima modulatione fundebat. Caterum tres illis cohibere fuere quarum tabo solidatiue confectiois epulum Baldero temperare solebant. Iamque anguim aperto ore multa pulmento sanies influebat. Sed & nympharum quedam humanitatis studio Høtherum epulo comperituisent: ni trium maxima vetuisset: fraudem Baldero fieri protestans: si ipsius hostem corporei roboris incrementis auxissent. Ille se non Høtherum sed Høtheri comitem dicebat. Eadem namque nymphæ accurati nitoris cingulum potentemque victoriæ zonam clementi benignitate ei largitæ sunt. Qui cum pristinum iter remetiendo calle quo venerat repedaret: obuui sibi Balderi latus hausit, eumque seminecē prostravit. Quo militibus nuntiato totis Høtheri castris alacer exultantium clamor insonuit: Danis Balderi fortunam publico mœrore prosequentibus: Qui cum indubitatum sibi fatum imminere sentiret: dolore vulneris accensus die postera prælium renouat. Quo feruente lectica se in aciem deferrî iussit ne intra tabernaculum obscura morte defungi videretur. Postera nocte eidem proserpina per quietem astare aspecta postridie se eius complexu vsuram denuntiat. Nec inane somnii prælagium fuit. Nam Balderum elapso triduo nimis vulneris cruciatus absumpsit. Cuius corpus/exercitus regio funere elatū facto colle condendum curauit. Hunc quidam nostri temporis viri quorum præcipuus Haraldus erat vigente veteris sepulturæ fama spe reperiendæ pecuniæ noctu adorti: repentino coeptum horrore liquerunt. Ex ipso namque perrupti montis cacumine subita torrentis vis magno aquarum strepitu prorumpere videbatur: cuius rapidior moles incitatissimo lapsu subiectis infusa campis quicquid offendebat in-

Balderi castris. *Høph. p. 93.*

fus. *Høph. p. 94.*

Balderi visum.

Balderi mors. *Høph. p. 97.*

Miraculum. *Høph. p. 96.*

manium
Balderi.

Saxonis Grammatici.

uolueret. Ad cuius impetum deturbati fossores abiectis ligonibus⁹ variam carpsere fugam irruentis aquae vorticibus implicandos se rati si ceptum diutius exea qui niterentur. Ita a diis loci illius praesidiis incussus subito metus iuuenum animos auaritia abstractos ad salutis curam conuertit, neglectoque cupiditatis proposito vitam studiosos esse docuit. Huius autem scaturiginis speciem adumbratam non veram fuisse constat: nec ab imis terrae visceribus genitam sed praestigiosa quadam administratione productam, cum in arido liquidos manare fontes ierat intentatum liquere. Quobrem an quicquam opum contineat parum comperit: cum nemo opacam eius crepidinem obstante periculi metu post Haraldum tentare praesumpserit. At Othinus quam deorum praecipuus haberetur: diuinos tamen & aruspices ceterosque quos exquisitis praesentiae studiis vigere compererat super exequenda filii ultione sollicitat. Plerumque enim humanae opis indigens est imperfecta diuinitas. Cuius Rostio⁹ phinicus alium ex Rinda ruthenorum regis filia suscitandum praedixit qui fraternae cladis poenas exigere debebat. Deos siquidem confortis sui ultionem oriturum fratris officio destinasse. Hoc audito Othinus os pileo ne cultu proderetur obnubens praedictum regem stipendia meriturus accedit. A quo magister militum effectus recepto exercitu pulcherrimam ex hostibus victoriam retulit. Quem rex ob pugnam strenue editam in primum amicitiae gradum adiecit: haud parcius donis quam honoribus cultum. Idem post paruulum temporis interuallum solus hostium acies in fugam propulit mirificaque cladis auctor pariter ac nuntius rediit. Admirationi omnibus erat quod tanta de innumeris strages vnus accipi viribus potuisset. Quibus meritis fretus: tacite regem amoris sui conscium facit. Cuius benignissimo favore recreatus dum a puella osculum peteret alapam recepit. Nec eum aut contumeliae deformitas: aut iniuriae dolor proposito depulit. Postero siquidem anno ne quod auide orsus erat ignominiose desereret: peregrina veste sumpta regis contubernium repetit. Neque enim facile ab occurrentibus dignosci poterat cum veras oris notas falsus squalor abstergeret: veterem habitum noua furaretur illuuias. Rostiorum se vocitari fabriliumque rerum officio callere perhibuit. Itaque multiplices rerum formas speciosissimisque lineamentis complexus adeo professionem artificum commendauit: ut recepto a rege magni poderis auro matronarum ornamenta proculdere iuberet. Igittur complura femine cultus insignia fabricatus, tandem armilla ceteris operosius exposita annulosque complures pari studio decusatos puellae prebuit. Sed nullis flexi meritis indignatio potest. Quae Rinda basium sibi porrigere cupientem colapho percussit. Minus enim acceptant dona quam praestat iniustus. Sane gratiora sunt quam ab amicis porrigunt. Adeo iter dum ex offerente oblato praecium pedet. Non dubitauit enim puicacis animi puella qui subdolo senex libidinis aditu ficta liberalitate capta ret. Praeterea acre eidem atque intractabile ingenium fuit. Siquidem dolu obsequio instrui dono rursus studio flagrantis votum subesse cognouit. Quam pater plurimum obiurgare quod nuptias detraxeret aggressus. Illa senile perosa conubium teneris puellarum annis preproperos complexus negabat ab infirmioris aetatis excusatione responderi nuptiarum subsidium mutuata. At Othinus nihil amatum studiis perseverantiae robore efficaciter expertus quam gemine repulse ignominia affectus fuisset: tertio regem priori specie confusa

Rinde austeri pudicitia,

Historiæ Danicæ. Lib. III. Fo. XXV.

perfectissimam rei militaris industriam professus accessit. Eundem in hanc curam non voluptas modo: sed etiam demendæ ignominia cupido perduxerat. Ita praestigiarum peritis versili vultu varios habitus se ferendi promptissima quondam potestas inceserat. Quippe præter naturalem corporis speciem cuiuslibet ætatis statum simulare callebant. Igitur senex iocundum professionis suæ spectaculum editurus: inter promptissimos insolentius obequitare solebat: nec eo quidem officii genere puella rigor inlecti potuit. vix siquidem animus sincere in gratiam redit: cum quo vehemens semel odium gessit. Quam cum discessurus osculo petere vellet: ita ab ea propulsus est: ut mentum terræ nutabundus impingeret. Quâ protinus cortice carminibus adnotato contingens: lymphanti simile reddidit: receptam toties iniuriâ modesto vltionis genere insequutus. Adhuc tamen propositum exequi non cunctatus: quippe spem eius fiducia maiestatis inflauerat: puellari veste sumpta quarto regem viator indefessus periuit. A quo receptus non modo sedulum se: sed etiam importunum exhibuit. Qui quæ muliebriter propemodum cultus esset: a plarisque femina credebatur. Cæterum se vocabulo wecham arte medicam testabatur professionem quoque promptissimis commendabat officiis. Tandem in reginæ famulitium adscitus: puellæ pedisequam egit. Cuius etiam pedum sordes serotinis horis abluere solebat. Licebat quoque lympham pedibus ministranti suras ac superiores femorum partes contingere. At quoniam vario fortuna passu graditur: quod arte promptum non erat: in expedito casus constituit. Accidit enim puellam corporis firmitate defectam circumspectis morbi remediis in salutis praesidium manus quas ante damnauerat aduocare: quæque semper fastidio habuerat seruatore adfiscere. Qui curiosus cuncta doloris indicia perserutatus: ut morbo præprimam occurreretur medicata portione vtendum asseruit. Cæterum eius temperamenti tantam acerbicatem fore: ut nisi puella vinculis se continendam dedisset curationis vim perferre non posset. Ab intimis enim fibris morbi propulsandam esse materiam. Quo pater audito filiam vincire non distulit: iniectamque thoro ad omnia quæ medicus admouisset patientiam præstare iussit. Fallebat illum foemine species cultus: quo senex ad obumbrandam artis suæ peruicaciam utebatur. Quæ res medicamenti speciem ad stupri licentiam transtulit. Medicus namque veneris occasione sumpta: mutato curationis officio: prius ad exercendam libidinis, quam pellenidæ febris negotium procurrit. Aduersâ puellæ valitudine vsus: cuius inimicam sibi incoluinitatem expertus fuerat. Aliam quoque ea de re opinionem subretere non pigebit. Aiunt enim quidam quod cum rex laborantem amore medicum tanto animi ac corporis impendio nihil profecisse cognosceret: ne bene meritum debita mercede fraudaret: clandestino filia concubitu potiri permiserit. A deo interdum paterna in prolem grassatur impietas cum naturæ clementiam violenta corrumpit affectio. Quæ errore edito filia partu plena ruboris poenitentia insecutus est. At dii quibus præcipua apud Bizantium sedes habebatur: Othinum variis maiestatis detrimentis diuinitatis gloriam maculasse cernentes collegio suo submouendum duxerunt. Nec solum primatu eiectum: sed etiam domestico honore cultuque spoliatum proscribendum curabant: fatius existimantes probrofi antistitis potentiam subruere quam publicæ religionis habitum prophanari: ne vel ipsi alieno crimine implicati insones nocentis crimine punirentur. Videbant enim apud eos quos ad deferendos sibi diuis

Othinus ex
pulsio.

d

Saxonis Grammatici

nitatis honores illexerant vulgato maioris dei ludibrio obsequium contemptu: religionem rubore mutari, sacra pro sacrilegio duci, statas solennesq; ceremonias periculum deliramentorum loco censer. Mors præ oculis: metus in armis erat: & in omnium caput vnus culpam recidere putares. Hunc itaq; ne publicam religionem exulare cogeret exitio mulcantes: Ollerum quendam, non solum in regni, sed etiã in diuinitatis infulas subrogauere, tanq; deos ac reges creare in aquo positum foret. Quem licet perfunctorie flaminem creauissent integro rerum honore donabant: ne alieni officii procurator, sed legitimus dignitatis aduerteretur esse successor. Et nequid amplitudinis deesset: Othini quoq; ei nomen imponunt vocabuli fauore inuidiam nouitatis exclusuri. Quo denis ferme annis diuini senatus magistratum gerente: tandem Othinus diis atrocitatem exilii miserantibus: satis iam graues poenas dedisse visus squaloris deformitatem pristino fulgoris habitu permutauit. Iam enim superioris infamiae notam medii temporis interuallum exederat. Exitit tamen qui ipsum recuperandae dignitatis aditu indignum censerent: q; Scenicis artibus, & muliebris officii susceptione teterrimum diui nominis opprobrium edidisset. Sunt qui asserant eum quosdam deorum adulando/ quosdam premiis permulcendo amissa maiestatis fortunam pecunia emeratum fuisse: & ad honores quibus iam pridem defunctus fuerat ingentis summae pretio reditum comparasse. Quos si quanti emerit rogas: illos consule qui quanti diuinitas uaneat didicerunt. Mihi minus constare fateor. Igitur Ollerus ab Othino Bizantio pulsus, in Suetiam concessit. Vbi veluti nouo quodam orbe opinionis suae monumenta restaurare conatus: a Danis interfectus est. Fama est illum adeo praestigiarum vsu calluisse vt ad traicienda maria osse quod diris carminibus obsignauisset/ nauigii loco vteretur: nec eo segnus q; remigio praefecta aquarum obstacula superaret. At Othinus recuperatis diuinitatis insignibus tanto opinionis fulgore cunctis terrarum partibus innitebatur: vt eum perinde ac redditum mudo lumen omnes gentes amplecterentur: nec vllus orbis locus extaret qui numinis eius potentiae non pareret. Qui cum filium Boum quem ex Rinda sustulerat bellici laboris studiosum cognosceret: accersitum fraternae cladis memorem esse iubet: potius a Balderi interfecto: vltionem exacturum, q; armis innoxios oppressurum. q; aptior, ac salubrior pugna competeret: vbi pium belli locum iusta vindicta licentia tribuisset. Interea Geuarus Gunnonis satrapae sui dolo nuntiatur oppressus. Cuius cladem Hotherus acerrimis vltionis viribus insequutus: interceptum Gunnonem atq; ardeti pyrae iniectum cremauit: q; ipse Geuarum ante per insidias occupatum nocturno viuum igni consumperat. Taliter educatoris manibus parentando: filios demum Herletum, Geritumq; Noruagiae praetulit. Post haec vocatis in concionem maioribus bello, quo Boum excipere debeas periturum se refert: idq; non dubiis coniecturae modis, sed veris vatum praedictionibus expertum. Orat proinde de filium suum Roricum regno praeficiant: ne ius hoc ad externas, ignorasq; familiarum improborum censura transiunderet: plus voluptatis se ex filii successione, q; amaritudinis ex propinqua morte percepturum testatus. Quo ocyus impetrato pugna cum Boo congressus occiditur. Nec iocunda Boo victoria exitit. Quippe tam grauius affectus acie excessit: vt scuto exceptus, atq; a pedibus vicissim subgantibus domum relatus postridie vulnerum dolore consumeretur. Cuius corpus

Simulator
Othini.
Othini re-
uocatio ad
diuinitate
que & regē
xviii. qdam
ponunt.

Ollerus in
Suetiam au-
fugit & cae-
ditur.

Bous Othi-
ni filius.

Geuari cae-
des.

De Islandis Bre-
reus, de quo f. 196
inf. f. 65/b.
Roricus
Slyngebod
rex. xviii.
Boi inter-
itus.

Adria
v. a. c.
783.

Historiæ Danicæ. Lib. III. Fc. XXVI.

magnifico funeris apparatu/ Rutenus tumulauit exet citus nomine eius insignem Tumulus
extruens collem, ne tanti iuuenis monumenta a posteriorum memoria citius di- Boi.
laberentur. Igitur Curetes, ac Sueones perinde, ac Hotheri morte tributa-
riæ fortis onere liberati: Daniæ quam annuis vectigalium obsequiis ample-
cti solebant: armis aggredi animum induxerunt. Ea res Sclauis quoq; defectio-
nis audaciam ministravit, aliosq; complures: ex obsequentibus hostes effecit.
Cuius iniuriæ propulsandæ gratia Roricus contractam in arma patriam recensu-
ris maiorum operibus ad capeffendam virtutem impensio hortationis genere con-
citabat. At Barbari ne bellum absq; duce committerent: capite opus esse cernentes
creato sibi rege ceteris militiæ viribus ostensis obscuriore loco, binos armatorum
manipulos condunt. Nec Roricum insidiæ fefellerent. Qui cum classem suam vadofi
cuiusdam gurguris arctis faucibus inherere conspiceret, harenis quibus insidebat
abstractam profundo adigit: ne limosis insicta paludibus diuersa ab hostibus par- Stratage-
te pereretur. Præterea latebras sociis inter diu captandas constituit, quibus inside- ma.
res ex improviso nauium suarum irruptoribus insultarent: fore posse præfatus vt
in auctorum caput propriæ fraudis euentus recideret. Barbari vero qui insidiis ad
dicti fuerant: Danicæ circûspectionis ignari, irruptione remete edita/ omnes op-
pressi sunt. Reliqua Sclauorum manus ignorata sociorum strage super Rorici mo-
ra multa anceps admiratione pendebat. Quem inter ægras mentium fluctuationes
diutule expectatum cum præstolatio indies molestior fieret: classe tandem petendū
ducebat. Erat autem inter eos vir corporis habitu insignis: officio magus: qui pro-
spectis Danorum turmis, vt paucorū impendio (inquit) complurium pericula re-
dimantur, publicâ stragem priuato discrimine præcurrere liceat. Ego vero in hanc
configendi legem non deero si cui vestrum mutuus decernendi mecum ausus in-
cesserit. In primis autem prætaxata a me conditione vtendum postulo: cuius talem
sane formulam textui. Si vicero vectigalium nobis concedatur immunitas. Si vin-
car pristina vobis tribura soluantur. Aut enim hodie patriam seruitutis iugo vi-
ctor exuam/ aut victus inuoluam. In vtrâq; fortunam prædem me, vadēq; recipite.
Quod audiens Danorum quidam animi q̄ corporis viribus robustior percunctari
Roricum coepit quid ei præmii foret: qui pugna prouocantem exciperet. At Rori-
cus cum senas forte armillas haberet: ita mutuis nexibus inuoluras, vt ab inuicem
sequestrari nequirent: nodorum inextricabiliter serie coherent: easdem certamen
audenti in præmium pollicetur. At iuuenis parum fortunæ certus: si inquit Rori-
ce rem prospere gesserit tua vinctis mercedem liberalitas æstimet. tu palmam ar-
biter metiaris. Sin propositum mihi parum ex sententia cesserit: quid victo præ-
mii debes quem aut saua mors, aut ignominia grauis inuoluet: has imbecillitas ha-
bere comites consuevit: hac superatorum stipēdia sunt: quos quid nisi extremum
dedecus manet! Quamnam soluenda merces! Quæ gratia referenda: cui fortitudi-
nis pretium adest: Quis impotentem Martis hedera redimiuit/ præmiis victri-
bus decorauit: virtuti, non ignauia: palma tribuitur. Gloria infelicitas caret. Illam
quippe triumphus laudis: hanc aut finis iners/ aut vita deformis insequitur. Ego
vero qui quorsum duelli fortuna vergat ambigo præmium audacter expetere non
præsumo. quod an iure mihi debeat ignoro. Neq; enim incerto victoriæ certum
victoris præmium occupare conceditur. Super sedeo tropheo dubius coronæ con-
dū

183.

Baxonis Grammatici

stanter meritum flagitare. Recuso lucrum quod mihi mortis aequae ac vitae stipendium esse poterit. Stoliditatis est immaturo fructui manus iniicere: eumque decerpere vel le quem necdum quis satis sibi debitum nouerit. Haec manus aut palmam mihi praestabit, aut finem. Haec fatus gladio barbarum ferit fortuna minus, quam ingenio promptus. Ab eo siquidem percussus primi ictus magnitudine exanimatus est. Quo triste Danis spectaculum dante victorem socium Sclauum ingenti donatum pompa magnificis exceperunt tripudiis. Idem die postera siue recentis victoriae successu elatus: siue alterius adipiscendae cupidine accensus: hostes cominus aditos praestinatam prouocationis verbis laessere institit. Fortissimum namque Danorum a se prostratum ratus: nemini illorum secum ulterius prouocatione dimicandi spiritum superesse credebat. Vnius quoque pugilis occasu: totius se exercitus vires labefactasse confusus: nihil ad quos posteriores sui conatus intenderent executione difficile arbitrabatur. Nihil enim successu magis insolentiam nutrit: nec vllum prosperitate efficacius superbiae incitamentum est. Dolebat itaque Roricus: vnius viri petulantia publicam labefactari virtutem: illustresque victoriis Danos, non modo a quondam victis insolenter excipi: verum etiam ignominiose contemni. Praeterea neminem ita animo promptum, aut manu strenuum in tanto militum numero reperiri, cui salutem suam pro patria deuouendi cupido suppeteret. Tamen probrosam Danicae cunctationis infamiam prima Vbbonis magnanimitas repulit. Praestabat etenim corpore incantandi artibus pollens. Huic quoque de industria certaminis praemium perquirenti rex armillas spondit. Tum ille quam, inquit, promisso fidem deferam cum ipse pignus in manibus habeas, nec sub aliena munus custodia deponas? Praesto sit cui pignoris depositum credas ne promissum retractandi fas sit. Accendit enim pugilum animos irreuocabilis praemii certitudo. Quod cum profecto per ludibrium dixisse constabat: quem in propulsanda patriae contumeliam sola virtus armauerat. Quem Roricus auri cupidine captum ratus: ne praeter regiam consuetudinem reuocaturus donum, aut promissum rescisurus videretur: ut erat in nauigio collocatus armillas ingenti excussas iactu peritatori porrigere statuit. Sed conatum eius sefellit interstitii magnitudo. Armillae enim languido, ac parum vegeto motu, citra destinatum locum collapsae fluctibus interceptae sunt: vnde Rorico Slyngbond inoleuit agnomen. Quae res Vbboni magno virtutis indicio fuit. Neque enim eum obrutae mercedis damnum audaci mentis proposito exiit, ne virtutem auaritia stipendii obnoxiam fecisse videretur. Igitur auidae petito certamine, se potius honestati intentum, quam questui deditum, pecuniae cupiditati fortitudinem praetulisse: monstrabat: fiduciam sui non in pretio, sed magnanimitate repositam ostensurus. Nec mora circueatur campus: milite circus stipatur: concurrunt pugiles: fit fragor: stremit spectatrix turba votorum suffragiis discors. Excandescunt igitur athletae animis: & mutuis in vulneribus ruentes, eundem lucis, ac pugnae exitum fortiantur. Credo procurante fortuna ne alter alterius exitio gloriam, voluptatemque perciperet. Quae res Rorico rebellium animos conciliauit, tributaque restituit. Eodem tempore Horwendillus et Fengo, quorum pater Gerwendillus lutorum praefectus exiterat, eidem a Rorico, in lutiae praesidium surrogantur. At Horwendillus triennio tyrannide gestata, per summam rerum gloriam piraticae incubuerat: cum rex Noruagiae Colles

**Vbbonis
virtus.**

Historiæ Danicæ Lib. III. Fo. XXVII.

rus operum eius ac famæ magnitudinem emulatus: decorum sibi fore existimauit si tam late patentem Piratæ fulgorem superior armis obscurare quiuisset. Cuius classem varia fretum nauigatione scrutatus offendit. Insula erat medio sita pelago quam Piratæ collatis vtrinque secus nauigiis obtinebant. Inuitabat duces iocunda littorum species. Hortabatur exterior locorum amicitias interiora nemorum verba perspicere: iustratisque saltibus secretam sylvarum indaginem pererrare: ubi forte Collerum Horwendillumque inuicem sine arbitris obuios incessus reddidit. Tunc Horwendillus prior regem percontari nisus quo pugnae genere decernere libeat praestantissimum affirmans quod paucissimorum viribus ederetur. Duellum siquidem ad capeffendam fortitudinis palmam omni certaminis genere efficacius fore: quod propria virtute subnixum alienæ manus opem excluderet. Tam ferrem iuuenis sententiam ammirans Collerus: cum mihi (inquit) pugnae delectum permisseris maxime vrendum iudico: quæ tumultuationis expertus duorum operam capit. Sane & audacior, & victoriæ promptior aestimatur. In hoc communis nobis sententia est: hoc vltro iudicio conuenimus. At quoniam exitus in dubio manet inuicem humanitati deferendum est: nec adeo ingenii indulgendum: vt extrema negligatur officia. Odium in animis est: adsit tamen pietas quæ rigori demum opportuna succedat. Nam etsi mentium nos discrimina separant: naturæ tamen iura conciliant. Horum quippe consortio iungimur, quantumscumque animo liuor dissociet. Hæc itaque pietatis nobis conditio sit: vt victum victor inferiis prosequatur. His enim suprema humanitatis officia inesse constat: quæ nemo pius obhorruit: vtraque actus id munus rigore deposito concorditer exequatur: facessat post fatum liuor, si multaque funere sopiatur. Absit nobis tantæ crudelitatis specimen: vt quæ viuus odium intercesserit: alter alterius cineres persequamur. Gloriosum victori erit si victi funus magnifice duxerit. Nam qui defuncto hosti iusta persoluerit superstitis sibi fauorem adsciscit: viuumque beneficio vincit: quisquis extincto studium humanitatis impenderit. Est & alia non minus luctuosa calamitas: quæ viuos interdum damnata corporum parte contingit. Huic non segnus quæ vltimæ sorti succurrendum existimo. Sæpe enim incolumi spiritu membrorum clades pugnantibus incidit. Quæ sors omni fato tristior duci solet: quod mors omnium memoriam tollat: viuens vero proprii corporis stragem negligere nequeat. Hoc quoque malum ope excipiendum est. Conueniat igitur alterius ab altero læsionem denis auri talentis sarciri. Nam si pius est alienis calamitatibus cõpati: quanto magis propriis misereri! Nemo naturæ non consulit. Quam qui negligit: sui parricida est. In hæc data acceptaque fide pugnam ineunt. Neque enim eis aut metui occurfus nouitas, aut vernantis loci iocunditas quo minus inter se ferro occurrerent respectui fuit. Horwendillus appetendi hostis quæ muniendi corporis nimio animi calore auidior redditus, neglecta clypei cura ambas ferro manus iniecerat. Nec audacia euentus defuit. Collerum siquidem scuto crebris ictibus absumpto spoliarum defecto tandem pede exanimem occidere coegit. Quem ne pacto abesset regio funere elatum magnifici operis tumulo, ingentique exequiarum apparatu prosecutus est. Deinde sororem eius Selam nomine Piraticis exercitibus, ac bellici peritiam muneris persecutus occidit. Triennium fortissimis militiæ operibus emensus, optima spolia, delectamque prædam Rorico destinat, quo sibi proximam amicitia eius gradum conscisceret. Cuius familiaritate fultus filia eius

Collerus &
Horwendil-
dillus.

Colleri ca-
des.

Horwendil-
lus rex. xix.

dii

Saxonis Grammatici

Fengo, xx.
Fengonis
insidiarum in
fratrem.

Amlethus
se stolidum si-
mulat.

Geruthę connubium impetrauit: ex qua filium Amlethum sustulit. Tanta felicitatis inuidia accensus Fengo: fratrem insidiis circumuenire constituit. Adeo ne a necessariis quidem secunda est virtus. At ubi datus parricidio locus: cruenta manu funestam mentis libidinem satiauit. Trucidati quoque fratris uxore potitus incestum parricidio adiecit. Quisquis enim vni se flagitio dederit: in aliud mox procliuior ruat. Ita alterum alterius incitamentum est. Idem atrocitatem facti tanta calliditatis audacia textit: ut sceleris excusationem beniuolentia simulatione componeret, parricidiumque pietatis nomine coloraret. Gerutham quidem quam tanta mansuetudinis esset: ut neminem vel tenui lesione commoueret: incitatum tamen mariti odium expertam: saluandaque eius gratia fratrem a se interfectum dicebat quod mitissimam & sine felle sceminam grauissimum viri supercilium perpeti indignum videretur. Nec irrita propositi persuasio fuit. Neque enim apud principes fides mendacio deest ubi scurris interdum gratia redditur: obtricatoribus honos. Nec dubitauit Fengo: parricidales manus flagitiosas inferre complexibus: geminae impietatis noxam pari scelere persecutus. Quod videns Amlethus ne prudentius agendo patre suspectus redderetur/stoliditatis simulationem amplexus verum mentis vitium finxit: eoque calliditatis genere, non solum ingenium textit: verum etiam salutem defendit. Quotidie maternum larem pleno sordium torpore complexus abiectum humi corpus obsceni squaloris illuue respergebat. Turpatus oris color: illitaque tabo facies ridicula stoliditatis dementiam figurabant. Quicquid voce edebat deliramentis consentaneum erat. Quicquid opere exhibuit profundam redolebat inertiam. Quid multa? Non virum aliquem: sed delirantis fortunam ridendum diceris monstrum. Interdum foco assidens, fauillasque manibus verrens: lignos vinctos creare, eosdemque igni durare solitus erat. Quorum extrema contrariis quibusdam hamis, quo nexuum tenaciores existerent informabat. Rogatus quid ageret: acuta se referebat in vltionem patris spicula prapare. Nec paruo responsum ludibrio fuit. quod ab omnibus ridiculi operis vanitas contemneretur: quam ea res proposito eius postmodum opitulata fuerit. Quae solertia apud altioris ingenii spectatores primam ei calliditatis suspicionem iniiecit. Ipsa namque exiguae artis industria, arcanum opificis ingenium figurabat. Nec credi poterat obrusi cordis esse: cui tam exculto manus artificio calluisset. denique exactissima cura praestorum stipitum congeriem asseruare solebat. Fuere ergo qui illum uegetioris ingenii asserentes sapientiam simplicitatis praetextu occulere, profundumque animi studium calliditatis commento obscurare putarent: nec aptius astum deprehendi posse quam si illi inter latebras usque excellentis formae scemina applicaretur quae animum eius ad amoris illecebras prouocaret. Naturae siquidem tam praecipua in venerem esse ingenium: ut arte dissimulari non possit: vehementiorem quoque hunc motum fore, quam ut astu interpellari queat: ideoque si is inertiam fingeret, futurum: ut occasione suscepta voluptatis illico viribus obtemperaret. Procurantur igitur qui iuuenem in longinquas nemorum partes equo per ductum contentamenti genere aggredierentur. Inter quos forte quidam Amlethi collacteus aderat, a cuius animo nondum solacia educationis respectus exciderat. hic praeteriti conuictus memoriam praesenti imperio anteponebat, Amlethum inter deputatos comites instruendi potius quam insidiandi studio prosequeretur. quod eum vltima passurum non dubitaret. si vel modicum sensati animi indicium praebuisset. Maxime vero si Veneris palam rebus vteretur.

Historiæ Danicæ. Lib. III. Fo. XXVIII.

Quod ipsi quoque Amletho obscurum non fuit. Equum siquidem conscendere iussus ita se de ceruice industria collocauit vt suum ipsius ceruici dorsum obuertens: aduersa caudâ frôte spectaret. Quâ frenis quoque cōplecti cœpit perinde atq; ea parte ruentis equi impetum moderaturus. Quia astutiâ meditatione patruî cōmentum illudit: insidias expugnauit. Ridiculum satis spectaculū fuit, cum idem habenæ expers, regente caudam fessore procurreret. Procedens Amlethus cum obuicū inter arbuta lupum habuisset: comitibus tenerioris ætatis equum occurrisse dicentibus per paucos huiusmodi in Fengonis grege militare subiunxit: vt modesto ita faceto imprecationis genere patruî diuitias insecutus. Qui cū illo prudētī respōso vsu alstruerent: ipse quoque se de industria locutum asseuerabat ne aliqua ex parte mendacio indulgere videretur. Falsitatis enim alienus haberi cupiens ita astutiam veri loquio permiscebat: vt nec dictis veracitas deesset/ nec acuminis modus verorum iudicio proderetur. Idē littus præteriens cū comites inuento periclitatæ nauis gubernaculo cultrum a se eximæ granditatis reperitum dixissent: eo inquit prægrâdem pernam secari conuenit: profecto mare significans, cuius immensitati gubernaculi magnitudo congrueret. Harenarum quoque præteritis cliuis/ sabulum perinde ac farra aspicere iussus eadem albicantibus maris procellis permolita esse respondit. Laudato a comitibus responso: idem a se prudenter editum asseuerabat. Ab hisdem quo maiorem exercendæ libidinis audaciam sumeret de industria relictus, immisam a patruo sceminam perinde ac fortuito oblatam obscuro loco obuicam recepit: constuprassetq; nî collactens eius tacito consiliū genere insidiarum indicium detulisset. Considerans enim quonam aptius modo occultum monitoris officium exequi, periculosamq; iuuenis lasciuiam præcurrere possit: reperitam humi paleam: oestri præteruolantis caudæ submittendam curauit. Egit deinde ipsum in ea potissimum loca quibus Amlethum inesse cognouit: et quoque maximo incauto beneficio attulit, nec callidius transmissum indicium: q̄ cognitum fuit. Siquidē Amlethus viso Oestro: simulq; stramine quod caudæ insitum gestabat: curiosius pernotato tacitum cauendæ fraudis monitum intellexit. Igitur insidiarum suspitione cōterritus, quo tutius voto potiretur exceptam amplexibus sceminâ: ad palustre procul inuium protrahit. Quam etiam peracto contubitu: ne rem cuiq; proderet: impensius obestatus est. Pari igitur studio petitum ac promissum est silentium, Maximam enim Amletho puellæ familiaritatem verus educationis societas conciliabat: q; vterq; eosdē infantie procuratores habuerit. Domi itaq; reductus cunctis aueneri indulisset per ludibrium interrogantibus: puellam a se constupratam fateatur. Interrogatus rursus quo rem loco egerit, quoue puluino vsus fuerit: vngulæ iumenti, cristæq; Galli: laquearibus quoque tecti innixum se dixit. Horum enim omnium particulas vitandî mendacii gratia cum tentandus proficisceretur, contraxerat. Quæ vox multo circumstantium risu excepta est, q̄q̄ nihil rerum veritati per iocum detraxerit. Puella quoque ea de re interrogata: Nihil eum tale gessisse perhibuit. Fides negationi habita est eo quidem pronius quo minus satellites facti consocios fuisse constabat. Tum is qui præstandi indicii gratia Oestrum signauerat vt salutem Amlethi vaframenti sui beneficio constituisse monstraret nuper se eius vnicę studiosum extitisse dicebat. Nec inepta iuuenis responsio fuit. Ne enim indicis meritum negligere putaretur, quiddam straminis gerulum subitis adlapsum peninis quodq; paleam posteriore corporis parte defixam gestaret sibi cōspectū retulit.

d iiii

Baxonis Grammatici

Quod dictū est vt ceteros cachinno concussit ita Amlethi fautorē prudentia dele-
tauit. Superatisq; omnibus archanāq; iuuenilis industriā serā patefacere nequeū-
tibus: quidā amicorum Fengonis præsumpione q̄ solertia abundantior fore nega-
bat: vt inextricabile calliditatis ingenū vītato insidiarum genere proderetur. Ma-
iorem quippe eius peruicaciam esse q̄ vt leuibus experimētis attingi debeat. Quā-
obrem multiplici illius astutiā simplicem rētationis modum afferri non oportere.
Subtiliorem itaq; rationis viam altiore animi sensu a se repertam dicebat: executio-
ni non incōgruam & propositā rei indagatiōni efficacissimam. Fengone siquidem
per ingentis negotii simulationem de industria absentiam præsente solum cū ma-
tre Amlethum cubiculo claudi oportere/procurato antea viro qui ambobus insciis
in obscura adis parte consisteret. Quid illis colloquio foret attentius excepturus.
Futurum enim vt si quid filius sciret: apud maternas aures eloqui nō dubitaret,
nec se genitricis fidei credere pertimesceret. Idem se exploratiōnis ministrum cupi-
dius offerebat, ne potius auctor consilii q̄ executor videretur. Delectatus sententiā
Fengo factā longinquā: profectiōnis simulatione discedit. Is vero qui consilium de-
derat: conclaue quo cum matre Amlethus recludebatur tacite petiuit, submissusq;
stramento delituit. Nec insidiarum Amletho remedium defuit. Veritus enim ne
clandestinis cuiuspiam auribus exciperetur: primū ad ineptā consuetudinis ritum
decurrens: obstrepentis Galli more occentum edidit: brachiisq; pro alarum plausu
concussis cōcensō stramento corpus crebris saltibus librare cōcepit: si quid illic clau-
sum delitesceret experturus. At vbi subiectam pedibus molem persensit: ferro lo-
cum rimatus suppositum confodit, egestumq; latebra trucidauit. Cuius corpus
in partes conscissum aquis feruentibus coxit, deuorandumq; porcis per os cloacā
parentis effudit, atq; ita miseris artubus cōceni putre constrauit. Taliter elusis
insidiis conclaue repetit. Cūq; mater magno eiulatu quæstā præsenti filii socor-
diam deslere cōcepisset: quid inquit mulierum turpissima grauissimi criminis disti-
mulationem falso lamenti genere expetis quæ scorti more lasciuens nefariā ac de-
testabilem thori conditionem secuta viri tui interfectorem pleno incesti sinu ample-
cteris: & ei qui prolis tuę parentem extrinxerat obscenissimis blandimentorum ille-
cebris adularis. Ita nempe equā coniugum suorū victoribus maritatur: brutorum
natura hæc est vt in diuersa passim coniugia rapiantur: hoc tibi exēplo prioris ma-
riti memoriam exoleuisse constat. Ego vero non ab re stolidi speciem gero cū haut
dubitem quin is qui fratrem oppresserit: in affines quoq; pari crudelitate debac-
chaturus sit vnde stoliditatis q̄ industriā habitum amplecti præsstat & incolumita-
tis præsidium ab extrema deliramentorum specie mutuari. In animo tamen pater-
næ vltionis studium perseuerat: sed rerum occasiones aucupor: temporū opportu-
nitates opperior. Nō idem omnibus locus cōpetit. Cōtra obscurū immittēq; animū
altiorib; ingenii modis vti cōuenit. Tibi vero superuacū sit meā lamētari desipiē-
tiā quæ tuā iustius ignominia deplorare debueras. Itaq; nō alienæ sed ppriæ mētis
vitiū defleas: necesse est. Cætera silere memineris. Tali cōuitio laceratā matrem ad
excolēdum virtutis habitum reuocauit. præteritōsq; ignes præsentibus illecebris
præferre docuit. Reuersus Fengo insidiosā exploratiōnis auctorem nusq; repertum
diutina inquisitionis studio prolequebat: nemine se eū vspiā cōspexisse dicere. Amle-
thus quoq; an vllū ipsius vestigiū dephenderit per iocū rogat in cloacā illū iuisse
retulit p̄q; ei? ima collapsum: ac nimia cōceni mole obrutū a subeūtib; passim porcis

Amlethi
ad matrē
verba,

Historiæ Danicæ Lib. III. Fo. XXIX.

esse consumptū. Quod dictū tametsi veri confessionē exprimeret: quia specie stolidum videbatur, auditoribus ludibrio fuit. Cūq; Fengo priuignū indubitatae fraudi suspectū tollere vellet: sed id tum ob aui eius Roricū, tū ob cōiugis offensam exequi nō auderet: Britāniæ regis officio necandū duxit/innocentiæ simulationē alieno ministerio quæsiturus. Ita dū occultare sauitiā cupit, amicū ingnare, q̄ sibi infamiā consciscere maluit. Discedēs Amlethus matri tacite iuber, textilibus aulā notis instruat, suasq; post annū inferias falso pagat: eoq; tempore reditum pollicetur. Proficiūtur cū eo binī Fengonois satellites/literas ligno insculptas (nā id celebre quondam genus chartarū erat) secū gestantes: q̄bus Britannorū regi transmissi sibi iuuenis occisio mādabatur. Quorū Amleth⁹ quietē capientiū loculos p̄scurat⁹ literas deprehendit: quarū plectis mandatis, q̄quid chartis illitū erat curauit abradari: nouisq; figurarū apicibus substitutis, dānationē suā in comites suos, murato mādati tenore, cōuertit. Nec mortis sibi sententiā admissē, et in alios piculū trāstulisse cōtentus/precēs huiusmodi falso Fengonois titulo subnotatas adiecit: vt Britāniæ rex prudentissimo ad se iuueni misso filiam in matrimoniuū erogaret. At vbi in Britanniā ventū, ad eū legati regē: literasq; quas alienæ cladis instrumentū putabant, ppriæ mortis indices obtulerūt. Quo dissimulato rex hospitali illos humanitate p̄sequitur. Tūc Amlethus oēm regiarū dapū apparatū pinde ac vulgare edulium asp̄natus: summā epularū abundantiā miro abstinentiæ genere auersatus est: nec minus porioni, q̄ dapibus pepcit. Admirationi oībus erat: q̄ alienigenæ gentis iuuenis accuratissimas regiæ mēlæ delitias/et instructissimas luxu epulas: tāq; agreste aliquod obsoniū, fastidiret. Soluto cōuiuio rex quū amicos ad quietē dimitteret per quandā cubiculo immisū, nocturna hospiti colloquia clandestino exploratiōis genere cognoscēda curauit. Interrogatus igit a sociis Amlethus: qd̄ igit ita hesternis epulis pinde ac venenis abstinuisset: panē cruoris cōtagio resp̄sum: potioni ferrī saporē inesse: carneas dapes humana cadaueris oliditate p̄fusas: ac veluti quadam funebris nidoris affinitate corruptas dicebat. Addidit quoq; regē seruilibus oculis esse: reginā tria ancillaris ritus officia p̄ se tulisse: nō tā cenā, q̄ ei⁹ auctores plenīs opprobrii cōiutiis insecut⁹. Cui mox socii pristinū mētis vitiū exprobrātes, variis petulantia ludibriis insultare cœperūt: q̄ p̄banda culparet: causaret idonea: q̄ inīgnē regē, excultāq; moribus sceminā parū honesto sermone lacefferet: laudēq; meritos extremi dedecoris opprobriū resp̄sisset. Quibus rex ex satellite cognitis, talitū auctore supra mortalem habitū, aut sapere, aut desipere testatus est: tam paucis verbis p̄fectissimā industriæ altitudinē cōplectendo. Accersitū deinde villicū vnde panē adsciuerat percōratur. Qui quū eū domestici pistoris opa cōfectū assereret, sciscitatur item vbi materiæ eius seges creuisset: et an vllum illic humanæ stragis indicium extaret. Qui respondit haud p̄cul abesse campū vetustis interfectorū ossibus oblitū: et adhuc manifesta antiquæ stragis vestigia p̄ se ferentē: quē a se pinde ac cæteris feraciorē opimā vberatis spe, verna fruge cōsertū dicebat. Itaq; se nescire an panis hoc rabo vitiosi q̄cūq; saporis contraxerit. Quo audito rex Amlethū vera dixisse cōiectās: vnde lar dū quoq; allatū fuisset cognoscere curæ habuit. Ille suos suos per incuriā custodia elapsos putri latronis caduere pastos asseuerabat. Ideoq; forte eorū carnibus corruptioni affine incessisse saporē. Quū rex in hoc quoq; veracē Amlethi sententiā cōperisset: quonā liquore porionē miscuisset inquirat. Vt farre, et aqua temperatā cognouit, demonstratum sibi scaturiginis locū in altum fodere

Calliditas
Amlethi.

d y

Daxonis Grammatici.

aggressus, complures gladios rubigine adesos repperit: ex quorū odore lymphas vitium traxisse existimatum est. Alii ideo potionē notatam referunt: q̄ in eius hau-
stu apes abdomine mortui alitas deprehenderit: vitiumq̄ referri gustu, qđ olim
fauis inditum extitisset. A quo rex culpatis saporis causas competēter editas vidēs,
quū ab eodē exprobratam sibi oculorū ignominiam ad generis foeditatem pertine-
re cognosceret, clam conuenta matre, quis sibi pater extitisset inquirat. Qua nemi-
nem se prater regem passim dicente, rem quaestione ex ea cognoscendam minatus
q̄ seruo ortus esset accepit: notatā originis ambiguitatē extorto cōfessionis india-
cio p̄scrutatus. Igitur vt cōditionis suae rubore cōtusus: ita iuuenis prudentia de-
lectatus: eundem cur reginā seruiliū morū exprobratiōe maculasset, interrogat.
Sed dum cōiugis comitatē nocturno hospitis sermone laceffitam doluit, eandē an-
cilla matre creatā didicit. Siquidē ille tria se circa eam seruilis ritus vitia denotasse
dicebat. Vnū q̄ ancillae more pallio caput obduxerit. Alterū q̄ vestē ad gressū suc-
cinxerit. Tertium q̄ ciborum reliquias dentium angustis inhaerentibus stipite eruerit
erutalq̄: commanducauerit. Matre quoq̄ eius in seruitutem capriuitate redactam
memorabat: ne potius seruili more, q̄ genere esse videretur. Cuius industriam rex
perinde ac diuinum aliquod ingenium veneratus, filiam ei in matrimonium dedit
Affirmationem quoq̄ eius tanq̄ coeleste quoddā testimonium amplexatus est. Ca-
teris q̄ nites ipsius vt amici mandatis satisfaceret, proxima die suspendio cōsum-
psit. Quod beneficium Amlethus tanq̄ iniuriā simulata animi molestia p̄secutus:
aurum a rege cōpositiōis nomine recepit: quod postmodū igni liquatū clā cauatis
baculis infundendū curauit. Apud quē annū emensus impetrata p̄fectionis licētia
patriā repetit: nihil secū ex omni regiarū opum apparatu prater gerulos auri ba-
cillos deportās. Vt lutiā artigit p̄ntem cultū pristinis p̄mutauit: moribus: q̄bus ad
honestatē vsus fuerat i ridicula cōsuetudinis sp̄m de industria cōuersis. Cūq̄ trici-
nū in quo suę ducebāt exegat squalore obitus intrasset, maximū oībus stuporē inie-
cit: q̄ obitū eius falso fama vulgauerat. Ad vltimū horror in risum cōcessit expo-
bratibus sibi mutuo p̄ ludibriū cōiuiis viuū affore: quē ipsi pinde ac defunctū infe-
riis p̄sequerent. Idē sup̄ comitibus interrogatus: ostēsis quos gestabat baculis, hīc
ingit et vnus et alius est. Qđ vtrū verius, an iocosius ptulerit nescias. Siquidē ea vox
q̄q̄ a plarūq̄ vana existimata fuerit, a veri tñ habitu nō desciiuit: q̄ p̄emptoꝝ loco
p̄lationis eorū pretiū demonstrabat. P̄incernis deinde quo maiorē cōiuiis hilarita-
tē afferret cōiūctus, curiosiore p̄pinādī officio fungebāt. Et ne gressū laxior vestis
offenderet latus gladio cinxit: quē plarūq̄ de industria distringēs, supremo digi-
tos acumine vulnerabat. Quāobrē a cōiūctibus curatū: vt gladius cū vagina fer-
reo clauo traiceret. Idē quo tutiorē insidiis aditū strueret, petiā poculis nobilita-
tē crebris potionibus onerauit: adeoq̄ cūctos mero obruit: vt debilitatis temulētia
pedibus intra regiā quieti se traderēt, eundēq̄ cōiuii et lecti locū haberēt. Quos
quū insidiis opportunos aduerteret: oblatā p̄positi facultatē existimans, p̄patos
olim stipites sinu excipit: ac deinde adē in qua p̄ceres passim fufis humi corporib⁹
p̄mixtā somno crapulā ructabant, ingressus, cōpactā a matre cortinā, quae etiam in
teriores aulae pietes obducebat, rescissis tenaculis decidere coegit. Quā stertenti-
bus sup̄iectam, adhibitis stipitum curuaminibus adeo inextricabili nodorū artificio
colligauit: vt nemo subiectorum tamen si validius adniteretur cōsurgēdi effectum
assequi posset. Post hāc tectis ignem iniicit: qui crebrescentibus flammis late incen-

Historiæ Danicæ. Lib. III. Fo. XXX.

dium spargens totos inuoluit penates: regiam consumpsit, omnesq; aut profundū carpentes somnum/aut frustra assurgere conantes, cremauit. Inde petito Fengonis cubiculo: qui prius a comitibus in tabernaculum perductus fuerat, gladiū forte lectulo coherentem arripuit, suumq; eius loco defixit. Excitato deinde patruo, pceres eius igne perire retulit: adesse Amlethum veterum vncorum suorum ope succinctum: et iam debita paternæ cladis supplicia exigere auidum. Ad hanc vocē Fengo lectulo defiliens dum pprio defectus gladio nequicq; alienum distringere conatur opprimitur. Fortem virum, æternoq; nomine dignum: qui stultitiæ commēto prudenter instructus, augustiorē mortali ingenio sapiētiam admirabilī ineptiarum simulatione suppressit: nec solum propriæ salutis obtentum ab astutia mutatus, ad paternæ quoq; vltionis copiam eadem ductum præbente peruenit. Itaq; et se solerter tutatus: et parentem strenue vltus: fortior, an sapientior existimari debeat, incertum reliquit.

Fengonis
cædes.

Explicitus est liber Tertius: Incipit Quartus.



Eracta vitrici strage Amlethus facinus suū incerto popularium iudicio offerre veritus, latebris vtendum existimauit: donec quorsum inconditæ plæbis vulgus procureret didicisset. Igitur vicinia quæ nocturnū incendium speculara fuerat / mane causam inspecti ignis nosse cupiens, collapsam in cineres regiam aīaduertit: ruinasq; eius adhuc tepidas perscrutata nihil præter iriformes combustorum corporum reliquias reperit. Adeo autem vorax flamma omnia perederat: vt ne index qdem extaret: ex quo tantæ cladis causa accipi posset. Cor-

Amlethus
rex. xxi.

pus quoq; Fengonis ferro confossum inter cruentas spectabat exuuias. Aliis indignatio patens: aliis mœror: quibusdam gaudium occultum inceserat. Hi ducis lamentabantur interitum: hi sopitam parricidæ tyrannidem gratulabantur. Ita regis necis euetus diuidua spectatorum sententiā excipiebatur. Ea vulgi trāquillitate Amlethus reiinquēdarū latebrarū fidutiā adeptus, accersitis quibus arctiorē prius memoriā inharere cognouerat, cōcōnē petir: in qua ofonē hmōi habuit. Non vos moueat pceres prius calamitatis faciēs: si quos miserabilis Hor wēdillū exitus mouerit: non vos inquā moueat: quibus in regē fides: in parentē pietas seruata est. Parricidæ, non regis intueamini funus. Luctuosior sigdē illa facies erat, quū ipi regē nrm ab iniquissimo parricida (ne dicā fratre) flebiliter iugulatū vidistis. Ipi laceros Hor wēdillū artus: ipi corpus crebris vulneribus absūptū plenis miseratiōnis oculis aspexistis. Quē ab atrocissimo carnifice spū spoliatū vt patria libertate exueret: quis dubitet? vna man? ei fatū et vobis seruitutē iniecit. Quis igit tã amēs: vt Fengonis crudelitatem Hor wēdilliana præferat pietati? Memētote qua vos Hor wēdillius beniuolentia fouerit: iustitia coluerit: hūanitate dilexerit. Memineritis adēptū vobis mitissimū regē: iustissimū patrē: subrogatū tyrannū: suffectū parricidā: erepta iura: cōtaminata oia: pollutā flagitiis patriā: impositū ceruicibus iugū: ereptū libertatis arbī-

Amlethi
oratio.

XXV Saxoni Grammatici

trium: Et nunc his finis: quibus suis auctore criminibus obrutus suorum poenas scelerum parricidam pependisse cernatis. Quis mediocriter prudens spectator beneficii iniuria loco duxerit! Quis mentis compos proprium in auctorem scelus recidisse condoleat! Quis cruentissimi licitoris cladem desleat: aut crudelissimi tyranni iustum lamentetur interitum! Praesto est auctor rei, quem cernitis. Ego quidem et patrem et patriam ultione persecutum me fateor. Opus: quod vestris pater manibus debebatur, exercui. Quod vos mecum communiter decebat, solus impleui. Adde quod neminem tam praclarum facinoris socium habui: nec cuiusquam mihi comes opera fuit: quod haud ignorem vos huic manu duros negotio: si petissem a quibus fide regi: benivolentiam principum seruata non dubito. Sed sine vestro discrimine nefarios puniri placuit: neque enim alienos humeros oneri subiiciendos putabam: cui sustentando proprios suffecturos credebam. Incineratus ego alios: solum Fengonis truncum vestris manibus concremadum reliqui: in quo saltem iustae ultionis cupidinem exsariare possitis. Concurrite alacres: extruite rogum: exurite impium corpus: decoquite scelestos artus: spargite noxios cineres: diffundite immittes fauillas: non vna: non tumulus nefandas ossium reliquas claudat. Nullum parricidii vestigium maneat: nullus comminatus artibus intra patriam locus existat: nulla cotragium vincinia contrahat: non mare: non solum dantur cadaveris hospitium polluat. Cetera ego prebui: id solum vobis pietatis officium relictum est. His exequiis persequendus tyrannus: hac pompa parricidae funus ducendum. Sed neque eius cineres quod patriam libertate nudauerit a patria regi convenit. Praeterea quod meas reuoluam erunas: calamitates recensent: retextam miseriam: quas ipsi me plenius nostis. Ego a vitrico ad mortem questus: a misere corde prorsus: ab amicis consputus: annos flebiliter exegi: dies calamitose duxi: incertum vitae tempus piculis ac metu refertum habui. Postremo omnem aetatis partem maxima cum rerum aduersitate miserabiliter emensum sum. Saepe me tacitis intra vos quibus sensu vacuum gemitibus deesse ultoribus patri: parricidii vindicem. Quae res occultum mihi vestrae charitatis indicium attulit: in quorum animis necdum regiae cladis memoria exoleuisse cernebam. Cuius itaque tam asperum pectus: tam saxeus rigor: quem non passionum mearum compassio molliat: erunt narum miseratio non fleat! Miseremini alumni vestri: moueamini infortunis meis: quod ab Horwedilli nece immunes geritis manus. Miseremini quoque afflictam genitricis meae et reginae quondam vestrae: extincto cogaudete dedecore: quod viri sui fratrem intersectorumque complexa: geminum ignominiam potius foemineo prope corpore cogebat. Quamobrem ultionis studium occultare/obscurare ingenium, adumbratum non verum inertiae habitum amplexatus sum: soliditatis figmento usus/sapientiae commentum texui: quod nunc an efficaax fuerit, vestrum finis sui complectum attigerit, vestro conspectui patet: vos tanta rei arbitros habere contentus sum. Ipsi parricidales fauillas pedibus peulcatis: despiciamini cineres eius, quod iugulati fratris uxorem polluit/flagitio temeravit/ dum laesit/ male statem pditionis scelere lacessiuit/acerbissimam vobis tyrannidem intulit/libertatem ademit/incesto parricidii cumulauit. Me tam iustae vindictae ministrum/ tam pia ultionis amulum patrio suscipite spiritu/debito persequimini cultu/benigno refouete cotuitu. Ego patriam probrum dilui/matris ignominiam extinxit/tyrannidem reppulsi/parricidam oppressi/insidiosam patrii manu mutuis insidiis elusi:cuius si superesset, in dies scelera prebreferet. Dolebam et patris et patriam iniuriam: illum extinxit vobis atrociter: et supra quam viros decuerat, impantem. Recognoscite beneficium: veneramini ingenium meum regnum si merui date: habetis tanti auctorem muneris/paternalis potestatis haredem/non degenerem/non parricidam: sed legitimum regni successorem/et pius noxae

Historiæ Danicæ. Lib. III. Fo. XXXI.

parricidalis vltorem. Debetis mihi recuperatum libertatis beneficium/exclusum
afflictantis imperium/ademptum oppressoris iugum / excussum parricidæ domi-
nium/calcatum tyrānidis sceptrū. Ego seruitute vos exui/indui libertate; restitui
culmen; gloriam reparavi; tyrannū sustuli; carnificē triumphauī. Præmium penes
vos est; ipsi meritum nostis; a vestra merces virtute requiritur. Flexerat hac ora-
tione adolescens omnium animos/quosdam ad miserationē/ alios ad lachrymas vsq̃
perduxit. At vbi quieuit mæror/ rex alacri cunctorum acclamatione censeatur. Plu-
rimum quippe spei in eius industria ab vniuersis reponeretur: qui tanti facinoris
summam profundissimo astu texerat/ incredibile molitione concluderat. Mirari il-
lum complures videres, tanto temporis tractu subtilissimum texisse consilium.

Amlæthus
regnat rex
xxi.

His apud Daniā gestis, ternis nauigiis impensius adornatis socerum visurus ac
coniugem, Britanniam repetit. In clientelam quoq; armis præstantē iuuentutē ad-
ciuerat exq̃sito decoris genere cultā: vt sicut cuncta despicabili dudū habitu gesse-
rat: ita nūc magnificis ad oīa paratibus vteretur: et q̃cqd̃ olim paupertati tribuerat,
ad luxuriā impensam cōuerteret. In scuto quoq; sibi parari iusserat oēm opm suorū
cōtextū ab inuitis atatis primordiis auspiciatus: exq̃sitis picturæ notis adubrādū
curauit. Quo gestamie piū ac virtutū suarū teste vl̃^o, claritatē incrementa cōtraxit.

Britanniā
repetit.

Scuti pictū
ra.

Istic depiḡi videres Hor wēdilli iugulū: Fegōis cū icestu pricidū: flagitiosū patruū
fratruelē ridiculū: adūcas stipitū formas: suspiciōē vitrici: dissilatiōē priuigni: p
curata tentamētō: gñā: adhibitā infidiis feminā: hiātē lupū: inuētū gubernaculū
præteritū fabulum: inītū nemus: insitā cestro paleam: instructū indiciis adolescētē:
elusus comitibus rē seorsum cū virgine habitā. Cerneret itaq; adumbrari regiā: ad
esse cū filio regiā: trucidari insidiatorē: trucidatū decoqui: cloacæ coctū infundi:
infusum subus obliuiscere: ceno artus inferni: infratos belluis absumēdos relinq̃. Vi-
deres etiā vt Amlæthus dormietū comitū secretū dephenderit: vt obliteratis apia-
cibus/ alia figurarū elemēta substituerit: vt dapē fastidierit: portionēq; cōtēpserit: vt
vultū regis arguerit: vt regiā sinistra moris notauerit. Aspiceres quoq; legatorū
suspendiū: adolescentis nuptias figurari: Daniā nauigio reperit: inferias cōuiuio ce-
lebrari: comitū loco baculos pcontātib; ostendi: luuenē pincerā: pres exeq; distri-
cto p industria ferro, digitos exulcerari: gladiū clauo ptūdi: cōiuales plaul^o auge-
ri: increbescere tripudia: auleam dormietibus iniici: iniectā vncorū nexibus obfir-
mari: ptinacius sopitos inuolui: rectis torrem immitti: cremari cōuiuas: depastā in-
cendio regiā labefactari: Fegonis cubiculū adiri: gladiū eripi: inutilem erepti loco
constitui: regē priuigni manu proprii mucronis acumine trucidari. Hæc oīa excu-
tissimo rerū artificio militari eius scuto opifex studiosus illeuerat/ res formis imita-
tus/ et facta figurarū adubratiōe cōplexus. Sed et comites ipsius quo se nitidius ge-
rerēt, oblitis tm̃ auro clypeis vtebāt. Quos Britāniā rex benignissime exceptos re-
giū apparat^o impēsis pseq̃t. Qui inter epulandū/ an Fengo viueret/ integrisq; fortu-
nis esset cupide percontatus, cognoscit e genero ferro pisse: de cuius frustra salute
perquireret. Cūq; interfectorem eius crebris percontationibus inuestigaret, eum
dem cladis eius auctorem/ ac nuntium extare didicit. Quo audito tacitum animi
stuporē contraxit: q̃ ad se pmissam quondam Fegonis vltionem pertinere cogno-
sceret. Ipse equidē ac Fengo vt alter alterius vltorem ageret/ mutua quōdā pactiōe
decreuerāt. Trahebat itaq; regē hinc in filiā pietas/ in generū amor: inde charitas
in amicitū: et p̃terea iurissurādī firmitas: ipsa quoq; mutua obtestatiōis religio: quā

Britāniā
regis iureiu-
rādo filigio

Saxonis Grammatici.

violare nefarium erat. Tandē cum affinitatis contemptu iuratoria præpōderauit fides: conuersusq; ad vltionē animus necessitudinē religionē anteposuit. Sed qm̄ ho spitalitatis sacra violare nefas credebatur, aliena manu vltiois ptes exequi præoptauit, innocētiæ speciē occulto facinore prætenturus. Igitur insidias officiis texit: illa dēdiq; curā adūbratis beniuolentiæ studiis, obscurauit. Et quia cōiunx eius nuper morbo consumpta fuerat, Amlethū reparandarū nuptiarū legationē suscipere iuber admodū se singulari ip̄ius industria delectatū præfatus. Regnare siquidē in Scotia foeminā assererat: cuius vehemēter connubiū affectaret. Sciebat nāq; eā nō mō pudicitia cēlibē: sed etiā insolentia atrocē pprios sp̄ exosam pcos: amatoribus suis vltimū irrogasse suppliciu: adeo vt ne vnus qdem e multis extaret q; pcarionis eius pœnas capite nō luisse. Proficiscit itaq; Amlethus q̄q; piculosa legatio imparetur/ iniuncti muneris obsequium nō detrectans: sed prim̄ domesticis seruis/prim̄ regis vernaculis fretus. Ingressusq; Scottiam quū haud procul reginē penatibus abesset recreandorū equorū gratiā iunctum viā pratū accessit: ibiq; loci specie delectatus quieti cōsuluit iocundiore riuū strepitu somni cupidinē prouocante, ordinatis qui stationem cminus obseruarent. Quo audito regina denos iuuenes extorū aduentum, apparatusq; speculatos emittit. Quorum vnus vegetioris ingenii/elusis vigilibus puicacius subiens clypeum Amlethi, quem capiti forte dormiturus affixerat tanta lenitate submouit: vt ne supiacentis quidē quietem turbaret/aut cuiuspiam ex tanto agmine somnum prumperet: dominā nō modo nuntio/sed etiā rerū indicio certiorē redditurus. Delegatas quoq; ei literas loculis qbus asseruabant pari calliditate subduxit. Quibus regina ad se platis clypeū curiosius contemplata ex affixis notulis totius argumēti summā elicit: etiā affore intellexit q; exactissimo prudentiā consilio fretus, de patruo paternæ cladis pœnas accepit. Literas quoq; nuptiarum suarum petitionem cōtinentes intuita, totos obliterauit apices: q; sensū admodum connubiū abhorreret: iuuenem complexus appeteret. Inscrisit autē mandatum perinde atq; a Britannia Rege sibi transmissum/et eius titulo pariter ac nomine consignatum: quo se latoris peti coniugio simularet. Quinetiam facta quæ ex eius scuto cognouerat, scripto complectenda curauit: vt et clypeum literarum testem, et literas clypei interpretes existimares. Deinde eos quorum exploratōne vsa fuerat scutum referre/literasq; loco suo restituere iubet: eodem fallaciæ genere Amlethum insequuta, quo eum in cauillandis comitibus vsūm acceperat. Interea Amlethus clypeum capiti fraude subductum expertus, oclusis de industria oculis quietem callidius simulat: quod vero sopore amiserat/ficto recuperaturus. Alteram quippe fallendi vicē hoc pronius ab insidioso quærendā putauit: quo solam p̄sperius egerit, nec eum opinio fefellit. Speculatorē quippe clandestino aditu scutum ac chartam pristino loco reponere cupientem profiliens corripit, captū q; vincloꝝ pœna coercuit. Deinde excitatis comitibus Reginæ penates accendit. Cui ex loceri persona consalutata scriptum/eiusdemq; sigillo obsignatum porrexit. Quod quū accepisset Hermuthruda plegissetq; (regina id nomen erat) operā Amlethi industriāq; verbis imp̄eriorib; p̄secuta: iustas Fengonē pœnas pepēdisse dicebat: ip̄m vero Amlethū rē hūana aestimatione maiorē incōphēta: p̄fiditatis ingenio molitū: q; nō solū p̄ni exiti/m̄fniq; cōcubit; vltionē inscrutabili sens; altitudie cōmēt; fuisse: verū etiā regnū ei; a quo crebras insidias expt; fuerat cōspicuis p̄bitat; opib; occupasset. Quāobrē mirari se tā eruditū ingenū virū vno nuptiarū

Historiæ Danicæ Lib. III. Fo. XXXII.

errore labefactari potuisse: quæ hūanas pene res claritate trāscēdat, in ignobilem, obscurāq; copulā lapsus videat. Quippe cōiugē eius seruis parētibus esse: quæ eos fortuna regis honoribus exornasset. In experēdis siquē cōiugiis prudētī nō formæ fulgorē: sed generis metiēdū. Quapropter si rite copulā appetat, p̄sapiam estimet: nec specie capiat: quæ quū illecebrarū irritamentū sit, multorū candorē inaniter fucata deterfit. Esse vero quā sibi nobilitate parē asciscere possit. Se siquē nec reb⁹ tenuē nec sanguine humilē eius amplexibus idoneā fore: utpote quā nec regis opib⁹ vincat: nec auito splendore p̄cellat. Quippe reginā se esse: & nisi refragaret sexus, regē existimari posse: immo quod verius est: quēcunq; thoro suo dignata fuerit, regē existere: regnūq; se cū āplexibus dare. Ita et nuptiis sceptrū, et sceptro nuptias respōdere. Nec pui beneficii esse eā p̄rios offerre amplexus: quæ circa alios ferro repulsā exeq; cōsueuerat. Hortat itaq; placēdi studiū in se transferat/ in se votū nuptiale deflectat: genusq; formæ p̄ferre discat. Hæc dicēs, altricis in cū cōplexib⁹ ruit. Ille tā comi virginis eloquio delectat⁹, in mutua p̄rūpit oscula: alternos cōplexuū nodos cōserit: sibiq; quod virgini placitū p̄stat. Fit deinde cōiuuiū: accersunt amici: corrogant primores: nuptiæ pagunt. Quibus expletis, quū nupta Britāniā reperit, valīda Scorthorū manu p̄pius subleq; iussa: cuius opa aduersum varios insidiarū obiectus vteret. Redeunt Britānici regis filia: quā in matrimonio habebat, occurrit: quæ se supductæ pellicis iniuria laesam quereret, indignū tñ aiebat maritali gr̄a pellicatus odiū anteferrī: neq; se adeo virū aueraturā: ut quod ei fraudulentius intentari sciat, silentio occultare sustineat: habere em̄ se pign⁹ cōiugii filiū: cuius saltē respectus cōiugalē m̄i charitatē cōmēdare debuerat. Ipse em̄ (ingr) matris suæ pellicem oderit, ego diligā: tuos in me ignes nulla calamitas sopiet: nullus liuor extinguet: quæ et in te sinistre excogitata detegā/ et quas dephēderim insidias pandā. Quāobrē cauentū tibi socerū putes: quæ ipse legationis puentū carperis: oēmque eius fructū in te met, eluso mitētis voto, puicaci vsurpatione transtuleris. Qua voce se cōiugali, quæ paternæ charitati p̄piorē ostendit. Hæc loquēte ea adest Britānia: rex: generūq; arctius quæ affectuosius amplexatus, cōiuuiū excipit/ liberalitatis specie fraudis propositum celaturus. Amlethus cognita fraude metum dissimulante habuit, ducētisq; equitibus in comitatum receptis, subarmalem vestem indutus obsequitur inuitanti: maluitq; regis simulationi periculose parere, quæ turpiter repugnare. Adeo honestatem in cunctis obseruandam putabat. Quem cōminus obequitātem rex sub ipsa bipatientiū portarū testudine adortus iaculo transegisset, nī ferrū subarmalis toge durities reppulisset. Amlethus leui recepto vulnere, eo loci se cōtulit: vbi Scotticā iuuentutē expectādī officio fungi iusserat: captiuo nouæ cōiugis speculatore ad regē remisso: quæ se destinatam dominæ literas loculorū custodiæ furtim exemisse testādo, crimen in Hermutrudam refunderet: ipsumq; accurato genere excusationis reatu proditiōnis absolueret. Quem rex auidius fugientem inlequi non moratus, maiore copiarum parte priuauit: ita ut Amlethus die postero salutē præliō defensurus, desperatis admodum resistēdi viribus ad augendā multitudinis specie exanimā sociorū corpora / p̄rim subiectis stipitibus sulca/ p̄rim propinquis lapidib⁹ affixa: alia viuētum more equis imposta, nullo armorum detracto perinde ac præliatura feriatim in aciem, cuneumq; digesserit. Nec rarius mortuorum cornu erat, quæ viuētium globus. Stupenda siquidem illa facies erat: quum extincti raperentur ad prælia: defuncti decernere cogentur. Quæ res auctori otiosa non

*Pap. as. Subarmalis tunicæ ducuntur
in cunctis, id est, curia. N. 103.*

**Amletho
parantur a
Britāno in
fidia.**

**Stratages
ma nouum**

Historiæ Danicæ Lib. III. Fo. XXXIII.

buit: adeoq; humanæ delectationis vacuus fuit: vt labiorum continentia iugi silentio pmeret & seueritate oris a ridendi prorsus officio temperaret. Veru vt incunabula stoliditatis opinione referta habuit ita postmodu conditionis contēptu claritate mutauit. Et quantu inertia spectaculu fuit: tantu prudentia & fortitudinis exemplum euasit. Cuius pater forcordia contēplatus: filia ei Slesuicēnsiu pfecti Frowini in matrimoniu adsciscit. Illustrissimi viri affinitate vtilissimu gerendi regni subsidiu recepturo. Huic erant filii Keto & Wigo splendidissima indolis iuuenes, quorum Wermundus nō minus q; Frowini virtute futuris filii profectibus deputabat. Ea tempestate regnabat apud Suetiam Athislus vir fama studioq; cōspicuu. Qui cum finitimos late bello pssisset: ne partu virtutibus fulgorem ocio, desidieq; corrūpendu relinqueret: cōplura nouaru reru officia sedulo frequentationis studio celebranda curauit. Inter quæ etiā insigni armatura succinctus quotidianā solitariū incessus consuetudinem præbuit. Tum q; in re militari, nihil crebro armorum vsu præstantius nosset: tū vt huius agitatione studii claritatis incrementa cōtraheret. In quo nō minus sibi fiducia q; laudis cupido vendicauit. Tantā quippe nullius rei violentiā existimabat, vt eius obiectu mentis suæ robur quassandū timeret. Qui cū traiectus in Daniam armis Frowinu apud Slesuicū acie prouocasset: magniq; inuicem cadibus copia funderentur: accidit ipsos agminu duces ita inter se ferro cōcurrere: vt rem duelli more prosequeretur, & pter publicam belli sorte priuati cōfictus specie decerarent. Hūc enim congressionis euentū par amborum expetebat affectus: vt virtute non partiū ope, sed propria viriū experientia testarentur. Quo euenit vt crebescētibz vtrinq; plagis Athislus armis superior prostrato Frowinu no priuata victoria publicā iungeret, passimq; diuisa Danoru agmina pfigeret. Inde Suetiam reuersus Frowini necem: non solū virtutū suaru imaginibus adscripsit: verū etiam impensiore verborū iactantia prosequi cōsueuit: gloriā facti vocis petulantia demolitus. Aliquādo enim speciosius virtutes silentiū verecūdia teguntur q; sermonis petulantia publicantur. Frowini filios Wermundus paternæ dignitatis honoribus euehit: extincti pro patria amici liberos iusto admodum beneficio prosecutus. Quæ res Athislo referēdi in Daniam belli monitum p̄buit. Rediit itaq; superioris pugnae fiducia concitatus: non modo tenues, angustaq; copias: verum omne virtutis Sueticæ robur aduectans pinde ac totius Dania imperiū rapturus. Qd Frowini filius Keto per primipilum suū Folconem nomine Wermundo, tunc forte villam lalungā tenenti nuntiandū curauit. Qui regem cū amicis epulantem reperiens mandatum adhortatione prosecutus, adesse belli facultatem diutule postulata, & vltro se Wermundi votis ingerere dixit. cū & prompta vincēdi p̄stetur occasio, & maturus triumphi titulus optionis eius arbitrio tribuatur. Magnā itaq; & inopinam felicitatis dulcedinem esse quā ei longis affectatam suspiriis p̄sentis euentus auspiciā largiant. Venisse si quidē Athislum innumeris Sueonū copiis succinctum perinde ac victoriae certitudine indubitata animi p̄sumptione cōplexi. Cūq; præliaturū hostem satum fugē anteferre dubiū non sit: felicem recentis vulnerum vltionem oblata belli facultate præstari. Quē Wermundus p̄clare, ac fortiter legationis partes executū testatus: paulisper epulis refici iubet. q; itinera ieiunij officere soleant. Qui cū nequaq; sibi capiendi cibi ocū suppetere dixisset: portione sitim lenire deposcit. Quo præbito poculū quoq; nam aureum erat adseruare iubetur: affirmante Wermundo cōmeandi calore defessis cōmodius craterē q; palma lymphā

Athislus
Sueticus.

Frowini
cades.

Keto.

Wermundi
liberalitas.

Baronis Grammatici.

excipi: meliusque bibendum cipi quam manus subsidio celebrari. Quo tam beniuolis verbis muneris magnitudinem prosequente, delectatus utroque iuuenis se prius ad perceptam portionis mensuram proprii cruoris haustu versus quam regis conspectibus terga admotum promittit. Tam fortem eius promissionem Wermundus mercedis nomine veneratus aliquo plus voluptatis ex dato beneficio quam miles ex accepto percepit. Nec animosius locutum eum quam preliatum expertus est. Commisso namque bello contigit ut inter varios turmarum percursorum concurrentibus Folcone & Athillio manum diutile conferentibus Sueonum exercitus ducis sui euentum secutus fugam ingrederetur. Athillus quoque fauor ad naues ex acie conuolaret. Cumque folco vulneribus ac labore hebetatus sed & aestu & labore pariter sitique perfusus fugam insequi destitisset hostilem: recreandi corporis gratia proprium casside cruorem exceptit hauriendumque ori praeiuit. Quo facto receptum a rege ^{cratorem} ^{cap. 10.} speciosissime pensauit. Quod videns forte Wermundus impensius eum peractam promissionis laudauit. Cui folco speciosa vota ad debitum finem perducenda respondit. Qua voce non minorem facti sui commendationem quam Wermundus exhibuit. Cumque victores ut post prelium sit depositis armis ac quiescentes variis inuicem sermonibus vterentur: Slesuicentium prefectus keto magna sibi admirationis esse predicauit qualiter Athillus crebris obstantibus causis elapsionis copiam impetrauerit praesertim cum is ante omnes bellica gesserit primus: fuga vero postremus inceserit. Nec alius quisquam ex hostibus fuerit cuius tantis danorum studiis affectaretur occasus. Ad haec Wermundus nosse eum oportere aiebat omnium bellorum aciem quadrifaria dimicantium varietate distingui. Esse enim primi generis bellatores qui fortitudinem modestia temperantes: rebelles acrius cadant: fugientibus instare erubescant. Hos siquidem quos diuturna armorum experientia certiore virtutis testimonio prosequatur, quique gloriam suam non in victorum fuga sed vincendorum expugnatione constituent. Esse praesertim alium genus qui corporis animique viribus freti sed nulla miserationis parte praediti in hostium tam terga quam pectora communi cadis atrocitate deserviunt. Tales quippe esse qui iuuenilis animi calore prouecti Tyrocini rudimenta bellorum auspiciis ornare contendant: quosque tam aetatis quam laudis ardor inflammet: inque fas & nefas parinifus securitate praecipiter. Esse etiam tertios quibus inter metum pudoremque anxius progressum terror adimat: recursum ruboris obstaculum tollat: qui sanguine clarimanique tantum proceritate conspicui aciem numero non viribus densent: hostem umbra potius quam armis feriant: & in bellatorum grege solo corporum spectaculo censeantur. Hos magnarum opum dominos fore genere quam animo praestantiores quos lucis auiditas rerum dominio contracta plus ignavia quam nobilitatis viribus indulgere compellat. Esse item & alios qui speciem non rem in bellum perferant: sequere extremis sociorum agminibus inferentes primi fugam postremum prelium gerant. In quibus imbecillitatis habitum certi pauoris indicium detegat cum semper questis de industria subterfugis pugnantium terga timidioris progressus pigritia subsequantur. His ergo de causis regem fuga seruatum existimari debere cum a primi ordinis militibus nulla persecutionis instantia fugiens premeretur: qui non victos arceret: sed victoriam conseruare curae habeat: perindeque cuneos densent ut Trophaei nouitas competentibus nixa praesidiis perfectam successus copiam adsequatur. Secundum vero generis pugnatore quibus obiecta quae perimere studium sit non animi sed opportunitatis inopia Athillum intactum liquisse: quod eos non tam laedendi ausus quam facultas defecerit. Sed & tertium

Folconis factus.

Quattuor genera bellatorum. Primum. Secundum.

Tertium.

Quartum.

Historiæ Danicæ. Lib. III. Fo. XXXIII.

ordinis viros qui ipsum pugne tempus trepido vagationis genere deducetes successus etiam sociæ partis impediunt quæ ledendi regis locum habuerunt: atterandi tamē audacia caruisse. His modis Wermundus stupidam ketonis admirationem absolvens veras seruati regis causas assertionem suam editas memorabat. Post hæc Athillus Suetiam refugus petiit Frovini eadem petulantius iactans, ac facinoris huius memoriam verbofo laudum suarum relatu incessanter ostentans: non quod receptæ cladis ruborem æquo animo ferret: sed ut recētis fugæ vulnus antiquæ victoriæ titulis recrearet. Cui rei keto et wigo (ut par erat) indignatione prompti in paternam vltionis vota cōiurant. Quam se parum bello exequi posse credentes sumpto lenioris armaturæ paratu Suetiam solitarii petunt, ingressique nemi, in quo regē absque comite versari solitum fama cognouerunt: tela latebris mandant: inde cum Athillo profugorum nomine diutule cōuersati cum ab eo quam patriam haberent interrogarentur: Slesuicenses se esse, patriamque eandem causam liquisse testantur. Quod rex eos non de patrandi facinoris voto, sed de patrandi noxa altruxisse credebat. Ea quippe fraude percunctatis studium eludere cupiebant, ut relationis certitudo cassum querenti pareret intellectum & responsionis veritas tacitis adumbrata figmentis opinionem incuteret falsitatis. Plurimum quippe deformitatis olim ab illustribus viris in mendacio reponebatur. Tum Athillus scire sibi libitum dixit: quis Danorum opinione Frovini intersector credatur. Ad hæc keto dubitari inquit, cui tantum facinoris claritate arrogari cōueniat. Presertim cum eum publica auctoritas acie extinctum perhibeat. Respondit Athillus frustra aliis Frovini necesse adscribi quam ipse duntaxat alterna manus consertione peregerit. Mox an vlla Frovino soboles superesset perquiri. Ketone deinde duos eius filios extare dicere, etatis eorum ac staturæ habitum per libenter se cognoscere dixit. Refert keto hos sibi corpore prope modum aequales esse, ætate pares, proceritate proximales. Tunc Athillus si mens inquit illis, ac virtus paternæ necis mentionem haberent: keto quod remedio temperari non possit superuacue verbis replicari subiunxit. Nihil posse testatus inexpiabile malum assiduam irerare molestiis. Quo dicto documentum dedit vltionem minis percurrere non oportere. Cumque regem acuti roboris gratia quotidie solitariæ digressionis officio utentem videret: receptis armis cum fratre priuū eius consecratur incessum. Quibus Athillus visis harenam pressit quod imminentes vitare deforme existimaret. Illis deinde se percipi ab eo Frovini poenas sumpturos dicentibus presertim cum plurimo iactantiæ fastu se solū necis eius fateatur auctor. Cauendum eis (inquit) ne dum vltionis effectum appetant: infirmas & inopes virium manus stulta secum audacia cōserant, dumque alienum affectum exitum propriū experiantur occasum, optimæ idolis habitum propropera laudis cupidine cōsumpturi. Quæ ob rem parcant iuuēta, parcant & indoli, nec temere votum eis incellerit pereundi, itaque paternæ cladis iniuriam pecunia a se rependit permittant: ingentisque gloriæ loco habeant quantum tantum principem mulctæ nomine coercuisse, & veluti quodam terroris impio cōcussisse credantur. Hæc vero se non timore percitum, sed adolescentiæ eorum miseratione motum docere. A quo keto frustra tempus tanta verborum ambage deduci peritus: quod tam iusta vltionis affectum pecuniæ permissione labefactare conetur: pergere illum iubet: & siquid sibi virium sit: solitario secum experiri congressu. Nam & se remoto fratris adminiculo propriis acturum viribus ne manu impari pugna conseri videretur infamis. Duos siquidem cum vno decernere ut iniquum, ita etiam probrosum apud veteres credebatur. Sed neque victoria hoc pugne genere parata laudabilior habita quod potius dedecori quam gloriæ iudicetur.

Facti pal
liatio.

Mendacii
detestatio.

Saxonis Grammatici

ea videretur. Quippe vnū a duobus opprimi vt nullū negotiū, ita maximi ruboris loco ducebat. Tanta autē Athislū fiducia ceperat: vt ambos ad se pariter incessendū hortaretur: p̄fatus se tutioris pugne potestātē facturū, q̄bus pugnādi votū detrahere nequeat. Quā indulgētiā keto ita auersatus ē vt prius se fato q̄ ea vsurū testaretur oblatā certaminis conditionē vitio sibi vertendā existimans. Quē Athislus manū secum cupidius conferentē modesto pugnae genere excipere cupiens clypeū eius d̄staxat adactō leuī mucrone cōuerberat animosior salutis suae q̄ efficacior defensor. Quo diuulse gesto monet vti fratrem coepti consortē adiscat: nec alienae manus opē exposcere erubescat cū solitariā sui conatus experiētiā sine effectu esse videat. Abnuenti parcendū negat: minasq̄ opere prosecutus summis cum viribus tentat. A quo tā valido ferri ictu except⁹ est: vt ipsū diffissa casside capiti illabi cogerec̄. Quo vulnere irritatus: nā multus e vertice cruor profundebatur: Ketone crebris ac vegetis ictibus petirū genibus humū petere coegit. Qd̄ wigo intueri nō passus propior priuatē charitati q̄ publicae cōsuetudini ruborē pietati cedere coegit: inuasoq̄ Athislō fraternē imbecillitatis p̄tor q̄ spectator esse maluit. Quo facto plus obprobriū q̄ laudis contraxit: q̄ in iuuādo fratre statutas duelli leges soluisset, eidēq̄ vtilius q̄ honestius opem tulisse videretur. Siquidem ex altera lance dedecoris, Ex altera pietatis partibus indulsit. Itaq̄ promptius q̄ speciosius Athislī caedes ab ipsis peracta noscebatur. Quae ne vulgo clam esset corpus eius abscisso capite equo impensum extra nemus ferētes propinquois pagi incolis tradunt. Frovini filios paternae necis vltionem ab Athislō Suconū rege exegisse testantes. Talem prā se vīctoriam ferentes primis a Wermundo honoribus excipiūtur vtillissimū ab eis opus editum iudicante, sublatiq̄ emuli gloriam q̄ admitti obprobriū famā cupidius inuente: nec tyranni necem vllis ignominiae partibus affine censente. In proverbiū apud externos ductum: q̄ priscum dimicandi ius regius labefactasset interitus. Cūq̄ Wermundus aetatis vitio oculis orbaretur: Saxoniae rex Daniā duce vacuam ratus: eiq̄ per legatos mandat regnum quod praeter aetatis debitum teneat sibi p̄curandum committat: ne nimis longa imperiū auiditate patriam legibus, armisq̄ deficiat. Qualiter enim regem censerī posse: cui senectus animū, caecitas oculum pari caliginis horrore fuscauerit! Qd̄ si abnuat filiumq̄ habeat: qui cum suo ex prouocatione consistere audeat: victorem regno potiri permittat. Si neutrum probet: armis secum non monitis agendum cognoscat: vt tandem inuitus prabeat quod vltroque exhibere contemnat. Ad haec Wermundus altioribus suspiriis fractus impudentius se aetatis exprobratione lacrarī respondit: quem non ideo huc infelicitatis senectus protulerit: q̄ pugnae parcus timidius iuuentam exegerit. Nec aptius sibi caecitatis vitium obiectari: q̄ plarunq̄ talem aetatis habitum talis iactura consequi soleat: potiusq̄ condolendum calamitati q̄ insultandum videatur. Iustus autem Saxoniae regi impatientiae notam afferrī posse: quem potius senis fatum operiri q̄ imperium poscere decuisset: q̄ aliquanto praestet succedere, q̄ viuum spoliare. Se tamen ne tanq̄ delirus priscae libertatis titulos externo videatur mancipare dominio: propria manu prouocationi pariturum. Ad haec legati scire se inquirunt regem suum conferendae cum caeco manus ludibrium perhorret: q̄ tam ridiculū decernēdi genus ruberī q̄ honestati propinqui⁹ habeatur. Aptius vero per vtriusq̄ pignus & sanguinem amborum negotio consuli. Ad haec obstupescit animo Danis subitaq̄ responsi ignorantia percussis Vffo qui forte cū ceteris

Athislī
caedes.

Vffonis
indoles.

Historiæ Danicæ. Lib. III. Fo. XXXV

aderat responsionis a patre licentiâ flagitabat: subitoq; velut ex muto vocalis euasit. Ex muto fit Cûq; wermûdus quisnâ talē a se loquēdi copiā postularēt ingreret: ministrig; eū ab vocalis, Vffone rogari dixissent, satis eē phibuit vt infelicitatis suæ vulneribus alienorū factus illuderet, ne etiā a domesticis simili insultationis petulantiā vexaretur. Sed fatel litibus Vffonē hūc esse pertinaci affirmatione testatibus liberū ei sit, inqt, quisquis est cogitata p̄fari. Tū Vffo frustra ab eorū rege regnū appeti, inqt, qd̄ tā p̄priū reatoris officio q̄ fortissimorū procerū armis, industriaq; niteretur. Præterea nec regi filiū, nec regno successorē deesse sciātq; se nō solū regis eorū filiū: sed etiā quēcūq; ex gētis suæ fortissimis secū adsciuerit. simul pugna aggredi cōstituisse. Quo audito legatū risere vanā dicti animositatem existimātes. Nec mora, cōdicitur pugna locus eidēq; stata tēporis meta p̄figitur. Tantū autē stuporis Vffo loquēdi ac puocādī nouitate p̄sentibus iniecit: vt utrū voci eius an fidutiā plus admirationis tributū sit, incertū extiterit. Abeūtib; autē legatū wermûdus respōsionis auctore laudato q; virtutis fidutiā, nō in vnius: sed duorū puocatione statuerit potius se ei q; cūq; sit q̄ sup̄bo hosti regno celsurū phibuit. Vniuersis autē filiū eius esse testatibus qui legatorū fustū fidutiā sublimitate cōtēpserit: p̄pūs cū accedere iubet qd̄ oculis nequeat manibus expturus. Corpore deinde eius curiosius contrectato cū ex artuū grāditate lineamētisq; filiū esse cognosset: fidē assertoribus habere cœpit, p̄contariq; eū cur suauissimū vocis habitū summo dissimulationis studio regēdū curauerit, tantq; atatis spatio sine voce/ & cūctis loquēdi cōmerciis degere iustinuerit vt se linguæ p̄fusi officio defectū, natiueq; taciturnitatis vitio obsitū credi p̄mitteret. Qui respōdit se paterna hætenus defensione cōtentū nō prius vocis officio op̄ habuisse q̄ domesticā prudētiā externa loquacitate p̄ssām aīaduertet. Rogatus item ab eo cur duos q̄ vnū puocare maluit. Hūc iccirco dimicationis modū a se exoptatū respōdit: vt Athili regis opp̄ssio, quæ q; a duobus gesta fuerat Danis opprobriō extab viū facinore pensaret. Nouūq; virtutis specimē p̄sca ruboris monumēta cōuelleret. Ita antiquæ crimē infamiæ, recētis famæ litura resp̄gendū dicebat. Quē wermûdus iustā omniū astimationē fecisse testat; armorū vsum q; eis partū assueuisset p̄discere iubet. Quibus Vffo oblati magnitudine pectoris angustos loricarū nexus explicuit: nec erat vllā rep̄ire q̄ eū iusto capacitatis spatio cōtineret. Maiore siquidē corpore erat q̄ vt alienis armis vtī posset. Ad vltimū cū paternā quoq; lorī cā violēta corporis astrictiōne dissolueret: wermundus eā a lauo latera dissecari, fibulaq; sarciri p̄cepit: partē q̄ clypei p̄sidio muniat ferro patere parū existimās. Sed et gladiū quo tuto vtī possit sūma ab eo cura cōcissi iussit. Oblatis cōplurib; Vffo manu capulū stringēs: frustatim singulos agitādo cōminuit: nec erat q̄s̄q; ex eis tāti rigoris gladius, quē nō ad primā cōcussionis motū crebra priū fractione dissolueret. Erat autē regi inuisitati acuminis gladi; Skrep dictus: q̄ q̄libet obstaculi genus vno ferictis ic̄tu mediū penetrādo diffinderet: nec adeo q̄q; p̄durū foret: vt adactā eius acie remorari potuisset. Quē ne posteris fruēdū relinq̄ret p̄ sūmā aliene cōmoditatis inuidiā in p̄funda defodera: vtilitatē ferrī q; filiū, icremētis diffideret: careris negatur. Interrogatus autē an dignum Vffonis robore ferrū haberet: habere se dixit. Q; si pridē a se terre traditū recognito locoq; habitu rep̄ire potuisset, aprū corporis eius virib; exhiberet. In campū deinde p̄ducī se iubēs cū interrogatis per omnia comitib; defossionis locū acceptis signorū indicis compisset: extractū cauo gladiū filio porrigit. Quē Vffo nimia vetustate fragilē exesumq; cōspiciēs: feriens

Vffonis ro
bur.

Gladius
Skrep.

e iiii

Saxonis Grammatici.

*Non qd. uel. h. uel.
Romano. h. uel. h. uel.
u. h. uel. h. uel. h. uel.
men. h. uel. h. uel. h. uel.
h. uel. h. uel. h. uel.*

**Fridleuus
rex. xxxix.
Rusila supe
rauit.**



*Fridleu
a. c. 74.*

Ost Dan Fridleuus cognomento celer imperium sumit. Quo re-
gnante Huyr willus ^{Holandia p. 10} princeps icto cum Danis foedere
Noruagiam incessebat. Cuius operibus haud parua claritatis ac-
cessio fuit. q̄ Rusilam virginem militari voto res bellicas emula-
tam armis oppressit: virilemque gloriam ex muliebri hoste corri-
puit. Sed & quinque ei⁹ coplices: Broddonem, Bildum, Bugonem,
Faningum, & Gunholmū/ quorū pater Fyn extitit, ob res ab ipsi-
s præclare editas in societatem adsciuit. Quorum collegio fretus foedere quod cum
Danis contraxerat ferro dissiuit. Cuius irruptio hoc nociuor quo fallacior fuit.
Neque enim Dani tam repente eum ex amico hostem euasurum credebant. Adeo fa-
cilis quorundam ex gratia ad odium transitus existere consuevit. **Crediderim no-**
stri temporis mores huius viri auspiciis inchoatos qui mentiri ac fallere inter vi-
ria, sordeque non ducimus. Quem Fridleuus australes Syalandia partes adortum
in portu: qui postmodum eius est nomine vocitatus prælio tentat. In quo ob gloriæ
amulationem tanta militum fortitudine concursus est/ vt per paucis periculū fu-
ga vitantibus ambæ penitus acies consumerentur: nec in partem victoria concessit
vbi par utrosque vulnus implicuit. Adeo omnibus maior gloriæ quæ vitæ cupiditas fuit.
Igitur q̄ ex Huyr Willi agmine super fuerat seruandæ societatis gratia noctu classis
suae reliquias mutuis nexibus obligandas curabant. Eadem nocte Bildus & Bro-
do recessis, quibus rates cohaesere funiculis: tacite sua a caterorum complexu na-
uigia submouere fratrum desertione formidini consulentes, magisque timoris quæ cõ-
sanguinea pietatis ductibus obtemperantes. Luce reddita Fridleuus Huyr Willum/
Gunholmum, Bugonem & Fanningum ex tanta sociorum clade relictos comperti-
ens vnus cum omnibus decernere statuit, ne laceræ copiarum reliquia: denuo dis-
crimen subire cogerentur. Cui præter insitam animo fortitudinem etiam contem-
ptrix ferri tunica fiduciam ministrabat. hac in publicis priuatisque consuetibus tam
seruatore salutis cultu vtebatur: nec rem fortius quæ prosperius executus, felicem pug-
nae euertum habuit. Equidem Huyr Willo, Bugone, & Fanningo oppressis Gunhol-
lum hostile ferrum carminibus obtidere solitum crebro capuli icu exanimauit.
Dum autem mucroni manum cupidius inserit elisa neruorum officia reductos in
palma digitos perpetuo curuitatis vinculo perstrinxerunt. Idem cum Duflynū
Hyberniæ oppidum obsideret: murorumque firmitate expugnationis facultatē ne-
gari conspiceret: Hadingiani acuminis ingenium amulatus: hirundinum alis: in-
clusum fungis ignem affigi præcepit. Quibus propria nidificatione receptis: subito
flammis tecta luxerunt. Quas oppidanis restinguere concurrentibus, maioremque
sopendi ignis quæ cauendi hostis curam præstantibus Duflyno potitur. Post hæc apud
Britanniam amissis bello militibus: cum difficilem ad littus reditum habiturus vi-
deretur: intersectorum cadaueribus erectis, & in acie collocatis ita pristinum mul-
titudinis habitum representabat: vt nil ex eius specie tanto vulnere detractum vi-
deretur. Quo facto hosti non solum conferendæ manus fiduciam abstulit, sed etiam
carpendæ fugæ cupidinem incussit.

**Tunica
ferrea,**

**Stratage-
ma.**

Explicitus est Liber Quartus.

Baxonis Grammatici

voluptatem verecundia: franis coerceri oportuit: ita a populari prolem regiam concupisci temerarium fuit. Illa proci petulantiam perimescens: quo tutior ab iniuria foret, septum vallo conclauē petiuit. Adhibiti sunt ei triginta vernaculi: qui iugem corporis eius custodiam excubando praestarent. Igitur contubernales Frothonis circa indumentorum vsum feminea admodum ope defecti: quum non haberent vnde noua assuere / aut lacera reficere possent, Regem celebrandi coniu-
gii monitis adhortantur. Ille primum excusationis verba ab aetatis teneritudine mutuatus: ad postremum perseverantiori suorum rogatui cessit. Quo curiosus a monitoribus habilem connubio suo feminam perquirete, praecipue regis Hun-
norū filia collaudat. Adhuc Frotho repugnandi rōne p̄tinacius q̄sita / a patre didi-
cisse se refert, nō expedire regibus e longinquo copulam peti / nec venerem nisi a si-
nitimis posci. Qd̄ audiens Gōt wara, callide regē amicis reluctari cognouit. Cuius
vt vacillante firmaret animū / fiduciaq; pusillā mētis erigeret, Junioribus, ingt, nu-
ptiā cōperūt / senes sepulchrū manet. Adolescētia gressus votis fortunaq; p̄ficiunt
inops ad bustū senecta deurgit. Spes iuuentā cōsequitur / senii expes inclinat occal?
Adolescit fors puberū / nunq̄ infectū omīssura qd̄ coepit. Ob cuius dicti veneratio-
nē postulationis officiū suscipere rogata, refragandi rōnē senii praetentione cōponit:
nec se tā ardui mādati gerulā ob infirmū etatis habitū fore posse testat. Rex pretio
opus agnoscēs, aureo torque plato, legatiōis p̄miū pollicet. Habebat nāq; torques
nexilia bullarū cēlamina / intersitaq; regū simulacra: quae ad interioris fili ductum
nūc cōtrahi / nūc dirimi possent / ornāmētū luxui potius, q̄ vsui p̄patū. Westmarum
quoq; et Colonē cū eorū filiis in idē legationis opus accersiri placuit: q; eorū soler-
tia Frotho repulsa rubore caritura putaret. Ii simul cū Gōt wara p̄fecti, prius tri-
duano ab Hunnorū rege cōiuiū excepti sunt, q̄ legationis suae cōsultū exprimerēt:
is eū antiquitus recipiēdorū hospitū vsus extabat. Extracto in tridū epulo, virgo
regia pleno comitatis alloquio legatis blāditura p̄gredit: nec parū cōiualibus ho-
spitiū gaudiis p̄sentia eius iocūditas attulit. Cui Vvestmarus crebrē cētibus pocu-
lis p̄positi seriē iocosa admodū assertione detexit / puellā mētē familiarī colloquio
nis gñe tentaturus. Itaq; quo minus sibi repulsa cōcisceret, cōpositis in risum ver-
bis, legationis negotiū p̄currebat / inter cōiuales plausus ludicrū ausus sociare ser-
monē. Illa se Frothonē tāq; famae et claritudinis inopē fastidire dicebat. Nulli etenim
quondā illustriū feminarū cōnubiis idonei cēlebant: nisi q; sibi ingens famae pretiū
gestarū insigniter rerū fulgore struxissent. Sūmū i p̄co vitii desidia fuit. Nihil mā-
gis in nuptiarū petitore q̄ claritatis inopia dānabat. Sola gloria vbertas caterarū
rerū opulentiā exhibebat. Puellā quoq; nō tā p̄cantiū se formas, q̄ edita speciose fa-
cinora mirabant. Igit̄ legati voti desperatione torpētes / vltiorē rei conatū Gōt wa-
ra prudētia tradūt. Illa nō verbis mō, sed etiā succis in venerē mixtis virginē ener-
uare conata, asserere coepit Frothonem laeva tanq; dextra ventem nandi / dimican-
diq; promptissimam habere peritiam: oblata quoq; portione rigorem puellae cupi-
dine permutauit: veneremq; et voluptatem abolitae indignationis loco constituit.
Deinde westmarum / Colonemq; cum eorum liberis de industria adire regem / ite-
randaq; legationi insistere iubet. Postremo si difficilem accepissent pugnae prouo-
catione praeuenire repulsa. Igitur westmarus regiam cum armatis ingressus,
Iam aut precibus obsequi, inquit, aut pugna precantes aggredi necesse erit: elegia
mus speciose defungi, q̄ infecta legatione reuerti: ne repulsa foedi / propositio: p̄ va

Hunnorū
rex.

Oratio We
stmarī.

Historiæ Danicæ Lib. V. Fo. XXXVIII.

cui: vnde gloriam impetrare sperauimus, eius contrarium referamus. Si natam ne gas, admitte pugnam: alterum necesse est præstes. Mori aut exaudiri volumus. Apud te si non lata saltem tristitia percepturi sumus. Gratius nostram Frotho cladem, quæ repulsam excipiet. Nec plura elocutus, iugulum regis ferro se petiturum minatur. Contra rex non decere ait amplitudinem regiam quem honore præcelleret: æquare conflictu: nec oportere dignitate impares, pugnae paritate conferri. At Vestmarus nihil de certaminis exhortatione remittens, ad vltimum ipsam virginis mentem explorare iubetur: quæ antiqui in matrimoniorum delectu libera nupturas optatione donassent. Hærebat siquidem animo rex inter metum pugnae pudoremque trepida fluctuatione, suspensus. Ita Vestmarus ad præcordialem puellæ sententiam relegatus / sciens foeminam omnem vt volubilis animi / ita versalis esse propositi: tanto rem fidetius exequi cœpit, quanto virginum votis plus varietatis inesse compertum habuit: auxit curæ eius fiduciam / adiecitque studio spem simplicitas virginis proprio permissa consilio: libertasque foeminae politioribus blanditiarum delenimentis palpanda: non modo abduci facilis / verum etiam obsequi præceps. Pater vero quo certius filia mentem inspiceret, legatos subsequi cœpit. Illa prius in amorem proci latentis potionis operatione perducta plura se de Frothonis indole referebat spe præsumpsisse, quæ fama: quippe quum is ab illius stri genus parente duxerit / naturaque omnis suæ soleat origini respondere. Quam obrem iuuenem sibi non tam præsentis, quæ futuri splendoris intuitu placuisse. Quibus auditis mirabundus pater: sed ne permissam quidem puellæ licentiam rescindere passus, Frothonis eam coniugio pollicetur. Quam postmodum, prouisis abunde comitatibus tollens magnifico rerum apparatu, consequentibus se legatis Daniam adire deproperat / sciens neminem patre melius filiam nuptiis oblaturum. Frotho sicut iocundissime sponsam excepit: ita futuri quoque faceris maiestatem amplissimis honoribus celebravit: quem peractis tædis magna auri / argentique summa donatum dimisit. Igitur Hanunda vsus (Hunnorum hæc regis filia erat) florentissima pace triennium duxit. Cuius cõtubernales orio petulantiam nacti / partam quiete lasciuiam improbilissimis extulere sceleribus. Quosdam enim restibus in sublime pertractos more agitabilis pilæ pendula corporum impulsione vexabant. Aliis hedinum incedentibus corium substernentes / lubrici tergoris offendiculo per occultum fumis raptum incautos subegere gressus. Alios veste nudatos variis verberum suppliciiis lacerabant. Alios clauæ affixos laquei more suspensionis multauere ludibrio. Quorundam barbæ et verticis pilos faculis torruerunt. Aliis pubem atque inguina subiecto torre cremabant. Virginitibus nubere non licebat: nisi quarum castitas eis ante delibata fuisset. Ad uenas ossibus conuerberabant. Alios ad intemperantiam compulsos immoderata potione rumpebant. Nemini filiam nuptum dare licebat: nisi gratia ipsorum fauoreque mercato. Nulli matrimonium contrahendi fas erat: si eorum non prætio præmisset assensum. Præterea non in virgines modo: verum etiam in matronarum turbam passim dissolutissimæ libidinis suæ flagitia porrexerunt. Mixtam petulantiaæ rabiem duplex furoris species agitabat: conuenis hospitibusque receptum loco conuicia præbebantur. Tot ludibriorum irritamenta a petulantibus et lasciuis reperta sunt. Adeo sub rege puero temeritas libertate nutrita est.

Petulantia
obscœna
aulicorum.

Veh patriæ
cuius Rex
puer.

Saxonis Grammatici.

Nihil enim tantum peccandi licentiam protrahit, quantum ultionis/poenae dilatio. Tam effrenata militum procacitas non exteris tantum: sed etiam patriae iniuriam fecerat Regem. Dolenter siquidem ferebant Dani superbe sibi ac crudeliter imperari. Grep vero haud humili contentus Venere, eo se temeritatis effudit: ut cum Regina commercio libidinis habito tam Regi perfidus, quam ceteris violentus existeret. Adoleuit deinde paulatim infamia/tacitoque gradu criminis suspitio serpsit ante vulgo comperta quam Regi. Grep enim in omnes, qui vel modicam huius rei mentionem egissent animaduertere solitus, accusationem sui formidabilem fecerat. Opinio tamen sceleris primum susurris alita est: dehinc excepta rumoribus. Difficilis siquidem apud conscios alieni criminis occultatio est. Procos Gunwarae creber extabat. Igitur Grep repulsae ultionem clandestinis artibus impetrare conatus, astimandi procos arbitrium flagitat/exquisitissimam puellam nuptiis debaritesto. Obscurabat autem iram: ne virginis odio quasitum videretur officium. Oranti rex merita iuuenum inspectanda permittit. Primum itaque cunctos Gunwarae petitores conuiuui simulatione contraxit: ac deinde claue cui puella assueuerat defectus eorum capitibus cingens crudele ceteris spectaculum praebuit. Nihil tamen eius apud Frothonem gratiae detractum est: quo minus consueto familiaritatis officio fungeretur. Conueniendi siquidem Regis copiam pretio peti debere constituit: neminem alloquio eius usurum pronuntians/nim muneraderulisset. Neque enim tanti ducis aditum trito consuetudinis genere: sed plenitudinis ambitionis studiis impetrandum edixit: regiae charitatis simulatione crudelitatis infamiam leuaturus. Taliter lacessitum vulgus afflictationis suae querelam tacitis gemitibus agitabat. Nulli miseriam tempora culpandi palam animus erat. Nemini ingruentem calumniam apertis efferendi querimonis ausus incesserat. Internus omnium praecordia dolor hoc acrius, quo occultius laerabat. Quo cognito Gotherus Noruagiae Rex contractis concione militibus, refert proprium Danos fastidire Regem/exoptare alium si copiam accepissent: seque eo exercitum agere decreuisse: facile Daniam occupari posse, si armis adita foret. A Frothone enim tam auare, quam atrociter patriae imperitatum esse. Tum exurgens Ericus contraria rem allegatione prohibuit, Saepe inquit alieni appetitores proprio prauiari solere meminimus. Saepe amborum captator utriusque perditior fuit. Praeuidendum enim oportet alicem esse, qui praedam alius vnguibus extrahere cupiat. Animat te frustra internus regionis liuor: quem plarunq; hostilis explodit aduentus. Nam etsi nunc Dani diuiduis esse sententiis videantur, vnanimes tamen mox excipient hostem. Crebro corruxantes porcos conciliauere lupi. Patrium quisque ducem extero praefert. Prouincia omnis Regem domesticum quam aduenam impensius colit. Neque enim te Frotho domi praestolabitur: sed foris excipiet aduentantem. Extremis se aquilae scalpunt. Anterius alites certant. Nosti ipse poenitentia vacuum debere contuitum esse prudentis. Proceribus abunde stiparis. Tua tibi quies maneat: per alios gerendi sane belli facultatem propemodum exploratam habere poteris. Liceat militi regiam praetentare fortunam. Salutem tuam pacifice moderare/alieno negotium periculo moliturus. Satius est seruum deperire, quam herum. Quod fibro forceps, tuus tibi satelles agat. Ille ferramenti remedio manus cauterium cauet: atque a digitorum sibi incendio temperat. Tu quoque tibi tuo

Gotherus
rex Noruagiae.
Erici disertioratio.

Historiæ Danicæ Lib. V. Fo. XXXIX.

rum opera parcere et consulere disce. Hæc Ericus. Quem Götwarus ut imprudē
tem hæcenus habitum responsionis suæ contextum exquisita sententiarum gra-
uitate compressisse miratus, disertū donat agnomine excellentem eius prudentiam
appellationis honore iudicans prosequendam. Frater siquidem eius Rollerus opi-
nionem iuuenis eximio sui fulgore suppresserat. Ericus nominis beneficio rem adii-
ci petit vocabuli largitionem muneris additione commutandam testatus. Rex na-
uigium donat. Scroter remiges vocitabant. Erant autem Ericus et Rollerus Re-
gneri pugilis filii/patre eodem sati/diuersaq; editi matre. Matrē quippe Rollerī ean-
demq; Erici nouercam Cracam vocabant. Igitur Rafino cuiusdam permittente Gō-
taro lacessendi per piraticam Danos negotium cessit. Excipit illum Oddo cui tunc
temporis apud Danos maxima piraticæ deferebatur auctoritas: vir magicæ do-
ctus: ita ut absq; carina altum pererrans, hostilia sæpe nauigia concitatis carmine
procellis euerteret. Itaq; ne cum piratis in maritimarum virium certamen de-
scenderet, exasperatos maleficio fluctus/ad naufragia iisdem infligenda perdu-
cere solebat. Hic ut negotiatoribus atrox: ita clemens aggressibus extitit: non ea-
dem merces/qua stiuam æstimatione commensus, rustici operis munditias for-
didi quæstus laboribus anteponeus. Idem inito cum Normannis conflictu, ita
vi carminum hostilem hebetauit aspectum: ut districtos Danorum enses emi-
nus radios iacere: et tanq; flammabundos scintillare putarent. Cæterum adeo
retusis obrutibus erant: ut ne ferrum quidem vagina detractum visu excipere
possent: victa quippe fulgore acies præstigiōsæ coruscaminis impatiens erat.
Caso itaq; Rafino cum multa suorum parte/sex solæ naues Noruagiam relapsæ
documento fuere Regi haud facile Danos obteri posse. Ab his etiam Frotho-
nem sola pugilum ope subnixum inuito regnare populo vulgatum est, dominio
in tyrannidem verso. Cuius famæ experiendæ gratia Rollerus, ut erat extera-
rum lustrator rerum/ignotaq; visendi auidus/Frothonis se vouit contuber-
nio potiturum. Ericus illum (q̄q̄ habitu corporis eximius esset) temere vo-
tum nuncupasse firmabat. Ad vltimum pertinacissimam propositi eius perfe-
uerantiam conspicatus, se quoq; simili vori nuncupatione constringit. Hisdem
se Rex pollicitus est quoscunq; delectu probassent comites donaturum. Itaq; fra-
tribus primo patrem adiri placuit/commeatusq; et necessaria tam longinqui iti-
neris subsidia postulari. A quo paterne suscepti, die postera in nemus visendi
pecoris gratia perducuntur. Senex quippe armentis opulens erat. Aperiebantur
quoq; illis gazæ: quas diu clausæ telluris antra condiderant. E quibus siquæ
placuisent sublegi permittæ sunt. Nec cupidius oblatum beneficium, q̄ rece-
ptum. Itaq; egestis humo opibus, complacitas tollunt. Horum interea remi-
ges/aut curam egere corporis/aut iactis se molibus exercebant. Alii saltu: qui-
dam cursu concitauerunt corpus. Hi vires valida saxorum iaculatione tenta-
bant. Illi sagittæ vsu tenso experiebantur arcu. Ita roboris firmitatem va-
rio agitationis genere prosequerantur. Fuere et qui somnum/quietemq; potione
captaret. Mitriē deinde Rollerus a patre cognoscēdi causa domi interim acta. Is ut
maternum fumare tugurium vidit, foris accedens/paruulumq; foramen furtiua
luminis applicatione traiciens, introspecta æde, animaduertit matrem informi
cacabo coctilia pulmenta versantem. Suspexit præterea tres colubras superne te-

Ericus di-
sertus,

Normanni
victi a Da-
nis.

Rafino occi-
sus est.

Rollerus
frater Erici
diserti.

Saxonis Grammatici

Mirabilis
pulmēti na-
tura.

Craca ma-
ga.

Erici va-
ste dictū.

Ericus fera-
rum voces
iterptabat.

nui recte depensas: ex quarum ore profua tabes guttatim humorem epulo minis-
strabat. Duæ quippe colore picea erāt: tertia squammis albida videbatur/ reliquis
modico eminentius pensa. Hæc nexum in cauda gestabat: quum cetera inmissio
ventri funiculo tenerentur. Ille rem maleficio consentaneam ratus, silentio quod
viderat pressit: ne matrem veneficii ream astruere putaretur. Ignorabat enim in-
nocuam anguim extitisse naturam/ nescius quantum illo vigoris epulo pararetur
Superuenientes deinde Regnerus et Ericus vt humidum aspexere casam ingressi
discubitis petiuere. Quibus ad mensam sitis Craca priuigno, filioq; vna cibum
capturis carillum discoloris dapis admouit. Pars quippe picea: sed croceis guttis
interlita: pars albida videbatur. Quippe pro varia serpentum specie geminus pul-
tem color infecerat. Cuius quū solam vterq; particulam delibasset, Ericus non ex
colorum habitu/ sed interni vigoris effectu epulas astimans, nigramentem dapis par-
tem: sed succo potiore confectam catino q̄celerime verso, ad se transtulit: albidāq;
sibi admotā prius Rollerō applicās cenā feliciter gessit. Et ne mutationis industria
notaretur, Taliter, inquit, æstuante freto puppim in proram referri solitam. Nec
tenue viri ingenium fuit industrii operis dissimulationem a nauigii consuetudine
mutuatis. Ericus itaq; fausta iam dape refectus, interna ipsius opera ad summum
humanae sapientiae pondus euasit. Quippe epuli vigor supra q̄ credi poterat om-
nium illi scientiarum copiam ingenerauit: ita vt etiam ferinarum/ pecudaliumq;
vocum interpretationē calleret. Neq; enim solum humanarum rerum p̄tissimus
erat: verum etiam sensuales brutorum sonos ad certarum affectionum intelligen-
tiam referebat. Præterea tam comis atq; ornati eloqui erat: vt quicquid disserere
cuperet, continuo prouerbiorū lepore poliret. At vbi superueniens Craca concam
transpositam/ partemq; pultis potiore ab Erico comensam cognouit, fortunam fi-
lio præparatam priuigno cessisse condoluit. Cui mox gemebunda supplicare cœ-
pit: ne vnq̄ sua fratrem ope deficeret: quem ipsius mater tot nouæ felicitatis opi-
bus cumulasset. Quippe sapido vnus epuli gustu rationis atq; eloquentiæ summā
ne non gerendorum prospere consiliū gratiam assecutus videbatur. Adiecit
quoq; Rollerum propemodum consilii capacem, futurūq; vt destinari sibi obsonii
profus expers non esset. Monuit quoq; , si suprema necessitatis violentia postu-
laret, nominis sui nuncupatione remedium celerius esse quarendum/ affirmans
se diuina partim virtute subnixam: et quasi consortem coelitem insitam numinis
gestare potentiam. Ericus se ad astandum fratri natura pertrahi dixit: probrosū
referens alitem, qui propriū polluat nidum. At Cracam magis propria mole-
stabat incuria, q̄ fortuna filio grauaret aduersa. Artificem enim ingenio suo de-
ludi/ magnum olim ruboris incitamentum fuit. Deinde hæc ipsa comitante viro
fratres ad mare profecturos abducit. Qui vno egressi nauigio/ duo sibi mox alia
deuinxerunt. et iam Danicum attigere littus quum explorato loco haud longe
septem subisse nauigia discunt. Tum Ericus duos Danicæ facundos lingua: eo si-
ne veste proficisci iubet: qui rem certius specularuri nuditatis suæ tanq̄ per Ericum
facta: Oddoni querimoniam afferentes/ cautius explorata referrent. Illi apud
Oddonem familiarius habiti, omne ducis ppositum versutis auribus venati sunt.
Statuerat enim diluculo hostem improuidum aggredi: quo citius nocturnis impli-
catum tegminibus obruncaret/ affirmans eo lucis tempore corporibus humanis

Historiæ Danicæ. Lib. V. Fo. XL.

plus stuporis atq; grauedinis inesse solere. Præcepit quoq; naues saxis ad iaciendum habilibus onerari/futurâ exitii sui causam accelerans. Exploratores cōcubia nocte delapsi nuntiant Oddonem exquisitis ad iactum lapillis tota repleffe nauigia/cætera quæ acceperant intimantes. Ericus re admodum cognita, quâ classis suæ paucitatem attenderet, aquas in hostium perniciem euocâdas / earumq; sibi conciliandû putauit auxilium. Itaq; scapha exceptus ac tacita remorum nisu propius hostium carinis aduectus, vicinas aquæ tabulas sensim intorto terebro cauat: ac mox remigio vix auras pulsante, redituî cōsulit. Adeo autem circumspecte se gessit: vt excubitorum nemo aditum eius/abscissumue deprehenderet. Quo enauigante/paulatim Oddonis rates excepta rimatim vnda depressit. Eadem aqua latius intorsum stagnatè recondi gurgite videbantur: nec parum descensui addidit internum lapidû pōdus: et iam trāstra fluctibus diluebāt/forosq; exaquabat mare. Quî Oddo nauigia p̄modū vndis æquata cōspiciens/ receptû immodice fretum vrceis egeri iubet. Itaq; nauticis dōcēduas nauigii partes ab aquarum influxu defendere perferantibus cōminus hostis apparuit. Igitur arma capeffētibus actior imminebat gurges. Parātibus prælium enandi opus incidit: Erico bellum vnda/non arma gessere Pugnabat pro eo mare: cui ipse nocendi vires/aditumq; præbuerat. Itaq; Ericus fluctu scelicus q̄ ferro vsus, efficaciq; aquarum opera pugnam abiens gerere videbatur a pelago præsidium mutuatus. Victoria arti cōtributa est. Neq; enim offusum vndis nauigium pugna: patiens esse poterat. Taliter Oddone cum focis intercepto/captisq; qui in statione erant, neminem cladis nuntium euasisse compertum est. Ericus peracta iam strage, maturato recessu, Lessø insulam subit. Vbi non reperito quo famem lenire posset, duobus prædam nauigiis domum dirigit / commeatus in annū alterum relaturis. Ipse vno duntaxat adeundi regis copiam perit. Accessa itaq; Syelandia discurrentes plittora nautici pecus sternere aggressi sunt. Aut em̄ leuanda efuries/aut fame periclitandū erat. Armento caeso, nudata in nauim cadauera detractis coniecere tergoribus. Quod quî possessores pecoris comperissent, classe prædones insequi properarunt. Cūq; se Ericus ab armenti dominis impetico cognouisset, caesarum boum corpora signatis funibus alligata fluctibus occultanda prouidit. Deinde siquid apud se quæsitū cadaueris esset/ superuenientibus Syelandicis perlustrandū licentiam tribuit/affirmans occultandis rebus angustos nauium angulos esse. Illi cadauere nusq; reperto, suspicione in alios relata, reos prædæ innocuos arbitrati sunt. Dum nulla rapinae vestigia patuissent/ alios sibi nocuisse putantes fontibus ignouerunt. Quibus enauigantibus Ericus elatum vndis cadauer excepit. Interea Frotho Oddonem cum suis occubuisse cognoscit. Quippe ignoto facinoris auctore famosus cladem rumor exceperat. Erant tamen qui se terna vela littoribus appellentia: eademq; rursus in boream abeuntia conspexisse narrent. Tum Ericus portum a quo Frotho non longe diuersabatur accessit: statimq; vt e nauis vestigium extulit, inopinato casu correptus ruibūdo terram corpore perit. Ille sibi in lapsu faustum ominatus euentum tenui principio meliores augurabatur exitus affuturos. Cuius quum Grep comperit habuisset aduentum, festinus ad mare contendit/ quem cæteris disertiore accepit exquisitorum verborum acumine tentaturus. Quippe non tam præstantis, q̄ procacis facundia: peruicaci cunctos sermone vincebat. Igitur a conuicio litigium orfus, talibus Ericum dicitis aggreditur.

Stratagemata audax.

Erici victoria.

Art? nou? Erici.

Baxonis Grammatici

Grep.

Stulte quis es: quid inane petis: dic vnde iter aut quo:

Quæ via: quod studium: quis pater: vnde genus:
Præcipuus vigor iis: regumq; domesticus est lar:
Qui proprias nunq; deseruere domos.
Acceptatur enim paucis: quod pessimus edit:
Inuisi raro facta placere solent.

Ericus.

Regno mihi pater est habitus facundia linguæ:
Cui solum virtus semper amata fuit.
Optavi sapere tm̄ discrimina morum:
Lustraui varium per loca nactus iter.
In rebus mens stulta modum deprandere nescit:
Turpis et affectus immoderata sui.
Remorum ductus velorum vincitur vsu:
Aequora ventus agit: tristior aura solum.
Nam freta remigium penetrat: mendacia terras:
Istas ore premi constat: at illa manu.

Grep.

Vt gallus coeni sic litis plenus haberis:
Sorde grauis putes: nec nisi crimen oles.
Aduersum scurræ causam producere non est:
Qui vacua vocis mobilitate viger.

Ericus.

Hercule (ni fallor) ad eum qui protulit ipsum
Editus ignaue sermo redire solet.
Ad prolatorem iusto conamine diui
Fusa parum docte verba referre solent.
Quando lupi dubias primum discernimus aures,
Ipsam in vicino credimus esse lupum.
Nulla fides fidei vacuo præstanda putatur:
Quem rumor fontem proditiōis agit.

Grep.

Dictorum temere pœnas puer improbe solues
Bubo via vacuus: noctua luce carens.
Quæ nunc ruetaris demens, emissa dolebis.
Interitq; tui dicta profana lues.
Exanimis coruos exanguis corpore pasces:
Esca feris: auida præda futurus auis.

Ericus.

Augurium timidi: prauiq; assueta voluntas
Nunq; se digno continuere loco.
Qui dominum fallit: qui fœdas concipit artes,
Tam sibi q̄ sociis insidiosus erit.
Aede lupum quicumq; fouet: nutrire putatur

Historiæ Danicæ. Lib. V. Fo. XLI.

Prædonem proprio perniciemq; lari.

Grep.

Non ego reginam sicut tu rere fefelli:

Sed teneræ tutor conditionis eram.

Hæc mihi res auxit: huius mihi gratia primum

Munera/robur/opes/consiliumq; tulit.

Ericus.

En te cura premittit culpæ rea: tutior huic est

Libertas/cui mens intemerata manet.

Decipitur quisquis feruum sibi poscit amicum.

Sæpe solet domino verna nocere suo.

Ad hæc Grep responsionis aptitudine destitutus, admissis equis calcariibus excipit.

At ubi domum puenit, tumultuoso clamoris impetu regiã cõplet: verbisq; se victum

vociferãs, oëm in arma militè cõcitabat/tanq̃ manu infastum vocis certamè vltur?

Iurabat em̃ se aduenã acie aqlarũ vnguibus substraturũ. Cõtra rex docet delibera-

tionè furori dandã: improvida plarũq; nocere cõsilia: nihil caute simul ac celeriter

geri posse: plurimũ præcipites obesse nifus. ad vltimũ multitudine paucos incesse-

re nõ decere. Ceterũ solertè esse, q̃ furẽti animo fr̃nos inicitat: fauienteq; ad tps im-

petũ interpellat. Taliter rex præcipitè iuuenis irã cõsilio cedere coegit: nec tñ con-

citati animi rabiẽ adeo penitus ad modestiã euocauit: quin altercationũ athleta pa-

rũ p̃spera disceptatione cõfusus, negata armorũ vindicta, saltè vltionis loco venefi-

cia sibi patere deposceret. Quo impetrato cũ exgita magorũ turba litus repetere

parat. Primũ itaq; immolatis diis, equi abscisum caput conto excipies, subiectis sti-

pitibus distetos faucium rictus apuit/ sperãs se primos Erici conatus atrocis spectacu-

li formidine frustraturũ. Arbitrabat em̃ septas barbaroq; mères oblata: ceruicẽ ter-

riculamẽto cessuras. Et iã Ericus obuiũ illis iter agebat. Qui p̃specto eminẽ capite

obscœnitatis apparatũ intelligẽs, silere socios, cautiusq; se gerere iubet: nec quenq̃

temere p̃cipitare sermonẽ: ne incauto effamine vllũ maleficiũ instrueret locũ/ adiu-

ciẽs si sermone opus incideret, verbũ se p̃ oib; habiturũ. Iãq; medius illos amnis se

creuerat, quũ magi vt Ericũ p̃orb; aditu deturbarẽt: cõtrũ quo equi caput refixerãt

fluuiũ citimũ locat. Ille nihilomin; intrepide p̃orb; aggress; In latorẽ, ingt, gestami-

nis sui fortũa recidat: nos melior cõsequat euẽt; male maleficiũ cedat. iã faultẽ molis

gerulũ onus obruat. nobis potiora tribuat omĩna sospiratẽ. Nec secus q̃ optabatur

euenit. Cõtrino nãq; excussa ceruice ruens ferentẽ stipes oppressit. Ita omĩs ille ma-

lesecorũ paratus ad vnũ execrationis imperiũ spe sua vacuus, expirauit. Deinde

p̃cedentẽ paulisp̃ Ericũ subitè destinãda regi esse ab aduenis dona. Igitur reptũ for-

te glaciale frustũ veste diligenter obuoluens muneris loco regi deferendũ curauit.

At ubi ad regiã puentũ est, prior introitũ petens / fratrẽ pone cõsequi iubet: et iam

vernæ regis vt ludibrio venientẽ exciperet, lubricã limini substauere pellem: quã

ingrediẽte Erico celerĩ funis tractu corripientes, lapsũ insistenti fecissent: ni Rolle

rus pone subiens pectore nutabundũ excipet fratrẽ. Ericus itaq; semifusus, nudum

habere tergũ fraternitatis inopẽ referebat. Cũq; Gunuara talia regi pmittẽda ne-

garer, ille stoliditatis legatũ dãnabat, apud quẽ insidiarũ cautela nõ esset. Itaq; ludi-

brũ excusationẽ ludificari incuriã fecit. Ardebat intra ædẽ ignis vultũ tps haud

indebitus. Quippe iã mediũ hycmis fluxerat: hinc distinctis cõfessibus/ hinc rex/in

Cõmentũ
magici de
capite equi
no.
*Rehabitur balu
imho. vol. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.*

Erici cõmẽ
tũ in dono
simulato.

Historiæ Danicæ Lib. V. Fo. XLII.

trio decernēdū. Quæ quū creditū sibi iudiciū reatui suo affine cognosceret, ideoq; astinationem criminis aliquādiu sententiæ dubiæ volutaret, dissiliens Greppus: ut Ericum telo traiceret, procurrat/criminantis eade suā redimere cupiens. Quē Røllerus districto ense occupans, molitionis suæ prædannaui exemplo. Atq; Ericus: optima est affinium opera opis indigo. Et Rollerus. Inter asperos casus officio se adsciscendi sunt boni, Tum Frotho. Credo euenturū vobis, quod vulgo dici affollet: Ferientī interdum breue percussionis gaudium fore: nec diu manum ictu exhilarari solere. Et Ericus. Non est arguendus, cuius operi excusamentum iustitia tribuit. Tantum enim inter meam atq; Greppi operam distat, quantum inter defendentis se, atq; alium imperentis interest actionem. Deinde fratres Greppi fremebundi dissilire coeperunt/ iurātes se, aut in totam Erici classē ultores/ aut pugna ei/ denisq; cū ipso pugilibus illaturos. Quibus Ericus. Aegris iter arte puidēdū est. Hebetē tenenti aciē, mollia ac tenera lustrare cōuenit. Retusum habētī cultrū, aruatim sectionis pquirenda est via. Quū ergo laboranti optima est malī mora: nec quē in aduersis necessitatis dilatione scelicius, triduum apparatus peto: dummodo assequi possim a rege recens macatā pecudis tergius. Cui Frotho. Coriū meretur, g corio cōcidit/ aperte superiorē petitori exprobrans casum. At ille exhibita pelle, crepidas creat: quas abietino gūmi interfusis mixtim harenis obliniēs: quo firmitus vestigia poneret, suis suorūq; pedibus adaprauit. Cōsiderato tādē quē certamini locū legeret, terrestri pugna et totius militaris opæ rudē se referēs capū gelati maris exposcit. In hūc vtrūq; cōsensum est. Rex apparatus inducias tribuēs, Westmari filios secedere iubet/ incōgruum asserens/ etiā male meritū hospicio aduenā pelli. Deinde ad inuestigandū supplicii modū: cuius exigendū arbitrium reginæ mandauerat, redit. Quæ quū omīssa censura veniā lapsui precaretur, adiecit Ericus: Muliebriter erratis sapius ignoscendum esse: nec pœnam infligendum esse, nisi correctio culpā nequiuisset auertere. Ignouitq; Hānundæ rex. Appetere crepusculo apud Gōtariū, inq; Ericus, epulaturi in conuiuiū militis non solum coenacula procurantur: sed etiam per ascriptos confessus certi distinguuntur accubitus, Rex loca, quibus athletæ sui infederāt, occupāda cōcedit. Deinde verna epulū affert. At Ericus comitatis regiæ nō ignarus: qua prædiorū vti reliquiis verabatur, frustū cuius particulam delibasset, abiecit: integras escas/ lacera ciborū fragmēta nominās. Ita rare scentibus epulis, ministri alias inopia atq; verecundiæ suggerūt/ puula coenæ impendētes, qd grandī cōuiuiū sufficere potuisset. At ergo rex. Affollet ne Gōtari miles tactā semel dapē tanq; amolita ciborū crusta disperdere? primaq; ferula vltimum ritu fragminum aspernari! Ad hæc Ericus. Nihil sibi de Gōtari moribus incōdita vendicauit affectio: nihil assuetudo incōposita possidet. At Frotho. Ergo domini tui moribus discors nō oēm argueris prudentiā attendisse. Qui eū maiorum exēplis obuiat, trasfugā ac defectorē se pbat. Tū Ericus. Sapiens a sapientiori erudiri debet: discendo eū doctrina pficit: dogmate disciplina puehitur. Cōtra Frotho. Quid mihi exemplaris documentī hæc tuæ superfluitatis imitatio dabit? Ad hæc Ericus. Tutius regem fides paruula, q̄ ingens vallat perfidiā. Cui Frotho. Ergo tu nos accuratiore ceteris obsequio complecteris? Tum Ericus. Nemo non natum stabulo/ aut ingenitū præsepio applicat. Necdum omniū experiētiā accepisti. Præter ea, apud Gōtariū potioni vsus epulo permixtus esse solet: liquor cibo cōiūctim sup additus comessabūdos iuuat. Cōtra Frotho. Impudēriorē potus aut epulū petitorē

Nota.

Nota.

Nota.

Baxonis Grammatici.

**Cauti ero-
tema.**

non reperiri. Ad hæc Ericus. Pauci tacentis egestatem aestimant: aut silentis necessi-
tudinem metiuntur. Tum soror regis ingenti patera potionem proferre iussa: cuius
ius Ericus dexteram cum oblato simul cratere corripit. An hoc, inquit, regum
optime munus tua mihi delegavit humanitas? Num mihi quod teneo irrevocabi-
lis doni loco cessurum esse confirmas? Rex pateram tamen postulari ratus, pronuntiat do-
num. At Ericus virginem sibi veluti cum patera datam applicat. Quo viso rex. Fa-
tuum, inquit, opera prodit. Apud nos intacta virginum libertas haberi solet. Tunc
Ericus puella: manum perinde ac poculi nomine traditam, ferro defecturum se si-
mulans: et si, inquit, plura quam dederis ceperim/aut si totum temere teneo, saltem par-
te potiri liceat. Rex promissi errore recognito, puellam tradidit/nolens incuria: vi-
rium leuitate rescindere: quo grauior pollicentis videretur auctoritas: quam inania pa-
eta reuocare/maturitati potius, quam inconstantia: deputeretur. Deinde illum ad naues
accepta reuertendi sponione, dimittit: tempore quod pugna: debebatur instante.
Ericus cum suis crustatum glacie aquor aggressus, lubricum/instabilemque gradu
hostem solearum nixus firmitate, prostravit. Statuerat enim Frotho, nequis inclina-
tis/aut laborantibus auxilio foret. Deinde victor repetit regem. Igitur Götvara com-
sumptæ infeliciter sobolis exitio mœsta/simulque eam vlcisci auida, pronuntiat aduersus
Ericum altercandi collibitum sibi fore certamen: ita ut ipsa torquæ magni poderis/ille vitam
in pignore poneret: aut aurum vincendo/aut letum succubendo laturus. Cōprobante
certamen Erico, penes Gunuarā pignus deponitur. Igitur Götvara prior sic orsa.
Quando tuam limas admissa cote bipennem
Nonne terit tremulas mentula quassa nates?

Ericus sic contra.

Vt cuius natura pilos in corpore seuit:

Omnis nempe suo barba ferenda loco est.

Remigiis homines artus agitare necesse est:

Motus quippe suos nam labor omnis habet.

Cum natis excipitur nate, vel quum subdita penem

Vulua capit: quid ad hæc addere maius erit?

Ad hæc illa tanquam elocutionis inops cui necem destinauerat, aurum tradere coacta
est: filio ruminterfectori poenæ loco eximium erogans munus. Cumulata siquidem in-
felicitas est/non vindicata malignitas. Primum enim orbitati adacta: ac deinde vera
borum violentia confutata: cum opibus simul eloquentia: premium perdidit. Beauit
liberorum sublatorem/auctorem orbitatis suæ: premio munerata. Nihil pro re-
pensanda filiorum clade, præter inscitia: probrum/ac rerum inopiam referens.
Quo viso, Vestmarus verbis superiorem, viribus incessere statuit/ vincens præ-
mium in victi nece constituens: ut vtriusque salus in pignore posita videretur. Nec
Ericus conditione vti abnuit: ne lingua, quam manu promptior existimari posset. Erat
autem tale certaminis genus. Circulus vimine vel fune contextus magno pedum ma-
nuumque conatu decertaturis raptim distrahedus exhiberi solebat / fortiori tribuens
palmam: quem colluctantium si quis alteri detraxisset, victoria donabatur. In quem
modum agonis Ericus/correpta acrius restem manibus concertantis excussit.
Quod Frotho videns, Arduum, inquit, reor contra forte fune contendere. Et Ericus. Ar-
duum vti que: cum corpi struma insidet/aut tergum occupat gibb? Statimque ppulso pede se-
ne colli senilis ac dorsi fractione contriuit. Ita Vestmarus inefficax vltionis molitor

**Luctæ no-
ua species.**

Historiæ Danicæ. Lib. V. Fo. XLIII.

dum vindicæ agere studuit, in vlciscendorū sortē incidit: quorū vlcisci cupierat eadē imagine p̄ligatus. At Frothone Ericū iactu sicā traicere meditante, conscia fraternæ mētis Gunuara sponsum piculi præmonitura/ Neminē, inquit, sapientem fore, q̄ sui prouisor nō sit. Quo dicto Ericus propulsandæ fraudis ammonitus, fugā gestam sibi cautelam argutus excepit. Continuo nanq; exiliens, triumphalem ait fore gloriam sapientis dolū suimet vltorem existere: modesto vocationis genere in sidiantis ingenium lacerans. Quem quū rex repentino cultri iactu declinantē occupare non posset, aduerso parieti errabundū incidit ferrum. Tunc sic Ericus. Porrigenda sunt amicis munera/nō iactanda: pbabile fecisses donū, si comitem ferro vaginam dedisses. Quam rex cōtinuo cingulo detractam perenti tradidit/moderatione hostis odium deponere coactus. Ita alienæ simulationis industria delinitus, emissum maligne telum/benigne possidendum concessit. Sic Ericus exceptam dissimulanter iniuriam ad beneficium transtulit/destinatum cladī suæ ferrum eximii muneris loco complexus. Quod enim Frotho nocendi studio gesserat, hic liberalitatis nomine colorabat. Deinde corporum curæ indultum est. Noctu Gunuara tacite excitato eo, fuga opus esse proponit, per q̄ vtile referens/rebus integris incolumi redire curru. Qua comite litus ingressus, classem regiam illic forte subductam, diffisa laterum parte, nauigationi inhabilem reddidit: inseritq; rursus asserculis sarfit: quo minus ab intuentibus lasio nosceretur. Deinde nauigium: quo se/comitesq; receperat, haud procul littore depelli curat. Quem rex laceratis insequi nauibus parans, mox fluctu foras æquante, q̄q; armis admodum onustus existeret, enare inter alios cœpit/propria salutis seruanda, q̄ alienæ lacerandæ cupidior effectus. Præcipitatis in altum proris, sedibus suis remiges stagnās introrsum æstus excussit. Quo Rollerus Ericusq; conspecto, cum contemptu periculi incunctanter se profundo dedere/natabundiq; fluctuantem excepere Regem. Iamq; eum superfusa ter vnda subruerat quum Ericus cæsarie compræhensum pelago leuat. Cætera naufragorum turba/aut aquis obruta/aut agre littori restituta est. Rex humido nudatus cultu/sicca circumactus veste contegitur. multus illi ab ore liquor crebra pectoris rustatione manabat: vox quoq; eum continuis lassata singulibus deficere videbatur. Tandem redditus calor frigore hebetatos artus spiritu vegetiore firmabat. Residere siquidem/nec assurgere poterat. Haud iuste virium compos. Paulatim pristini roboris potentia subiit. Interrogatus tandem, an vitam/pacemq; deposceret, admora oculis manu, delectam luminum aciem attollere nitēbatur. At vbi sensim corpori virtus reddita est: et voci fiducia maior incessit: Per hanc (inquit) lucem, quam inuitus excipio: per cælum, quod parum libenter haurio/suspicioq; obsecro vos/obtestorq;: ne mihi vltiorem eius vsum præstare animum inducatis. Frustra volentem perire seruastis. Aquis mihi interire negatum est, ferri saltem officio moriar. A nemine victus, tuo primum Ericæ ingenio cessi. Hoc infœlicior: q̄ qui illustribus viris inuictus extiti, plebeio de me victoriam præbui. Ingens hoc regii pudoris irritamentum est. Sufficit hæc sola duci ad moriendum causa: cui nihil gloria magis placere conuenit. Qua si careat, cæterorum inopem pures. Nihil enim in Rege celebrius fama. Credita mihi erat rationis/atq; eloquentiæ summa: Sed quorum vtroq; pollere videbar, vtroq; destitutus sum. Eo calamitosior: q̄ regum victor, ab agresti victus videor. Quid vita donas, quem gloria spoliasti: Sororem/regnum/gazam/supellectilem/ et quod

Erici facerū dictum.

Stratagemata Erici.

Frothonis casus.

Oratio Frothonis.

Nota.

Saxonis Grammatici.

Nota.

Responsio
Erici argu-
ta.

Nota.
Replicatio
color rheto-
ricus.

Nota.

is maius est/claritudinem pdidi: tot infelix casibus, quot tu fortunatus agnosce-
ris. Quid tanto superstes dedecori referuabor! Quae mihi libertas tam foelix erit:
vt captiuitatis ignominiam demat! Quid mihi sequentia conferent tempora: quae ni-
hil nisi praeteritorum miseriam redolentia/longa animo poenitentiam generabit! Quid
vitae productio prouderit/solam tristitiae memoriam relatura! Nihil calamitosis io-
cundius morte. Foelix est obitus, qui succedit optatus. Hic non temporum dulcedi-
nem tollit: sed rerum fastidium consumit. In prosperis salus: in aduersis melius fa-
tum peritur. Nulla me meliorum spes ad viuendi cupiditatem adducit. Quis ad
solidum laceratam fortuna: meam sortem refarciet casus! Et iam horum nisi periculi
tantum excepissetis, immemor essem. Reddidit regnum: fororem reduxeris: instaurau-
eris gazam, claritatem reparare non poteris. Nihil quod refartum est / integri splendo-
rem habebit. Captiuum fuisse Frothone longaua recenset fama. Caterum si inflicta
vobis ex me calumnias muneratis, vris occidere manibus merui. Si damna recolitis
beneficium poenitebit. Pudebit subuertum fuisse hosti, si atrocitatis eius in vos magnitu-
do taxet. Quid reo peccatis: quod manu a persecutoris vris iugulo cohiberis! Par est: vt in me
fors quam vobis parauerat/recidat. Fateor si mihi in vos ea: quam in me geritis potestas
incideret, nihil a me pietati deferendum esse. Quod si vobis facto innocens sum, volunta-
te saltem reus teneor. Redundet in me quae so nocens animi culpa: qui interdum operis
loco censeris solet. Si fato ferrum negatis, propria mihi manu cladem conciscendam cu-
rabo. Contra sic Ericus. Dii a te quae so auertant stolidam mentem: auertant inquam: ne clarissima
vitae fine flagitio quaeras. Sane quidem ab ipsis prohibitu est: benignum in alios, in se
parricidam fore. Tentatus es a fortuna/quo mentis habitu aduersa exciperes/explorata
te. Probamentum tibi dedere fata/non casum. Nihil tibi moeroris inflictu est: quod fors
melior abolere non possit. Cautela etiam praebita est/non mutata foelicitas. Nemo mode-
ste se in prosperis agit, quod aduersa tolerare non didicit. Praeterea omnium bonorum usus post
agnita gratius mala percipitur. Locundior est voluptas, quae rerum amaritudinis succeda-
dit. Salutem tuam auerfaberis: si superfluo semel aequore maduisti! Quod si aquis fran-
geris: quando ferrum aequanimiter tolerabis! Enasse armatum quod non gloriae magis tribuat
quam rubori! Quot se foelices reputaret: si tua sorte infelices essent! Summa te rerum ma-
net: floret animus: pubescit aetas: plura spe complecti poteris, quam gesseris rebus. Nunquam
hoc tibi leuitatis inesse vellem: vt non modo fugere aspa: sed etiam ob eorum impatiencia vi-
tam abicere cupias. Quouis effoeminatior est, quod aduersorum metu viuendi fiducia perdit.
Nemo sapientum morte res aduersas redimere solet. Stulta est in alium indignatio: te
meraria in se. Ignauus est furor: qui suum condemnat auctorem. Quod si vltro ob iniu-
riam/aut leuem animi commotionem fatum appetis, quem tui vindicem derelinquis! Quis tam
amens: vt dubium fortunae habitum proprio vlcisci interitu velit! Quis adeo foelix vixit
quam tristior illum quandoque fortuna pulsaret! Inconculsa duxisti tempora: conti-
nua foelicitate usus: et nunc ad modicam tristitiam salebram: vt dolori parcas, vi-
tam deserere paras! Quo modo leuiorum impatiens, grauiora deinde supercilia fer-
re poteris! Insuperbus est, quod nunquam moeroris poculum degustauit. Nemo dura non passus
temperanter facilibus vris. Qui fortitudinis columen esse debueras, eneruis animi spe-
cimen exhibebis! Fortissimo parente editus, vltima imbecillitatis spectaculum da-
bis! Sic a maioribus discrepabis, vt foeminis mollior fias! Necdum adolefcere coe-
pisti, et iam te vitae fatietas cepit! Quis hanc prior imaginem praebuit! Clarissimi
mi aui nepos inuicem parte editus, leuem contrariorum auram perpeti non valebit!

Historiæ Danicæ Lib. V. Fo. XLIIII.

Indoles tua auitæ virtutis habitū representat. A nemine victus es: tua tibi solum incuria nocuit. Periculo p nos erutus es/nō subactus. Amicitia iniuriæ deputabis: odium p gratia relaturus/obsequio placari debueras/nō moueri. Nunq̄ te dii eo furoris excedere velint: vt seruatorē insidiatoris loco notare sustineas. An eo tibi rei erim⁹, quo benefici sumus/indignationē officiis cōtracturi? Reputabis hostē, cui salutis tuæ p̄miū debes? Neq̄ em̄ re liberū captiuauimus, sed ope prauenimus laborā tē. Et ecce gazā/opes/supellectilem reddo. Soror tua si mihi temere despōsara creditur, cui decreueris nubat: emuero intacta illi pudicitia manet. Ceterū militare tibi, si acceptaueris volo. Caue ne ab ira animū obstines. Nulla te rerū iactura cōcussit. Nihil libertati tuæ detractū est. Obsequentē me tibi/nō impantē agnosces. Qualemq̄ de capite meo sn̄am decreueris cōprobo. Idē te hic, quod in regia posse cōfide. Eandē hic, quā in aula, imperitandi potentiam tenes. Hoc de nobis in loco quicquid apud regiam placuisset/institue. Proni ad parendū sumus. Hactenus Ericus. At regem hæc tā in se, q̄ in hostē mansuefecit oratio. Deinde cōpositis/pacatisq̄ oibus reditur in littus. Rex Erici ac nauticos vehiculis extipi iubet. At vbi in regiam est ventum, concionē aduocari facit: in quā accersito Erico sub sponsaliū fide fororem ac centurionatum dedit. Adiecit deinde fastidio sibi fore reginā/filiā placuisse Gōtari. Ideoq̄ nouū illi legationis opus deberi: optime ab ip̄o negotiū expleri posse: cuius nihil arduū conatui videret fore. Præterea se Gōtuaram ob celati criminis consciam silicib⁹ obruturū. Hanundam vero redditurā patri: ne in Dania cōuersantē capitis sui insidiatricē haberet. Ericus cōsiliū pbat/ suam impatis operā pollicēs: excepto q̄ reginam repudio actā Rollero melius maritandā astrueret: a quo nulla maiestati suspicio foret. Quam sententiam Frotho perinde ac diuinitus datum documentum venerabundus excepit. Regina quoq̄ ne violentia astringi videretur, muliebriter obtemperauit/affirmans a natura dolendi necessitate non esse: oēmq̄ animi agritudinē ab opinione p̄fici solere. Ceterū plangēdā nō esse pœnā, q̄ meritis accidisset. Ita ergo fratres cōiūctas egere nuptias: altero fororē regis: altero repudiatā reginā ducere. Dein sup̄tis secū cōiugib⁹, nauigationē i Noruagiā referūt. Neq̄ em̄ illas a viroꝝ latere/aut via: lōgingtas, aut futuri piculi met⁹ diuellere poterat/affirmātes vt plumā hirto, sic se maritis cohæsuras fore. Et iā Cracā demortuo Regno Brac cui dā nupsisse cōpiūt. Dein p̄næ gazæ memores, egestā humo pecuniā tollūt. At Gōtar⁹ oēm Erici fortunā, fama virū p̄eunte, didicerat. Vt autē ip̄m aduenisse cognouit, verit⁹ vltia q̄q̄ in Noruagiēses eximia sui fiducia moliturū/vxore priuare/suamq̄ illi filiā ademptæ cōiugis loco copulare studebat. Regina nāq̄ nup demortua nullas magis, q̄ germanæ Frothōis nuptias affectabat. Cui⁹ Ericus intēriore cōpta, cōuocatis sociis refert suā necdū cautib⁹ abstulisse fortunā. Ceterū sperare se fascē labilē esse q̄ vinculo nō firmet: pindeq̄ oēm pœnæ pondus repēte decidere quod culpæ catena non fixerit. Id eos apud Frothonē nup expertos esse cernentes innocentia suam inter egerrimos casus diis opitulantibus fuisse defensam: eademq̄ vltērius conseruata, consimilem in aduersis opem sperare debere. Deinde fugam eos paulisper fingere oportere, si primum a Gōtaro lacerati forent/ iustitiam belli titulum habituros. Manum sigdem capitis periculo obici, omni iure permissum esse. Raro autē quenq̄ cōmissam cū innoxis pugnā feliciter exequi posse. Prius ergo hostē aduersum se puocandū esse: quo iustior eundē impetendū causa succederet. Nec plura elocutus, domum Bracū inuisere pergit, Deinde ad Gun-

fiiii

Frotho factus
stidit regina:
et Gōtari
filiā perit

Ericus fororem
Regis
Rollerus
reginā repudiatā
duxit
Gōtarus
rex Noruagiæ

Saxonis Grammatici

Fiducia
Gunuaræ.

uarã cõuersus experiendæ eius fidei grã pcontatur, an Gõtarũ cordi haberet: indignum docēs regiã stirpis puellam thoro popularis astringi. Quem illa p deorũ numina impensius obtestari aggressã, fictim ne an veraciter excogitata haberet. eo pseriũ se locutũ dicere: ergo, inq̃t, extremum mihi ruborẽ iniicere paras: quam virginem adamasti, viduam relicurus. Sæpe rebus contrariũ fama prædicat popularis: me de te sefellit opinio/constanti nupuisse putabã: et nunc vêtis leuiorem experior, quem indubitata fidei fuisse sperabã. Hęc fata, abunde lachrymas dedit. Grata Erico vxoris indignatio fuit: cui mox amplexum iniiciēs, scire ait volebam, quantum tibi in me fidei esset: mors sola dirẽptionis nostræ ius possidet. Te tamẽ Gõtarus raptui destinat/amorem latrociniõ quẽsiturus. Quẽ quũ pegerit, tua gestũ simula voluntate: nihilominus nuptias dilatura/quousq; filiã mihi cui loco tradiderit. Qua impetrata, vno ego ac Gõtarus die nuptias acturi sumus. Itaq; disparata nobis ad conuiuandum triclinia, sed mediũ parietem cõmunicantia præbere curato: ne me forte corã oculis habito, languidiore regẽ cõreplatione pstringas. Hoc em̃ ad eludẽdũ raptoris studiũ p̃q̃ efficacẽ cõmẽtũ erit. Deinde Bracũ cũ delectã p̃mptissimorũ manu haud pcul regia delitere præcepit/sibi quum res posceret auxilio futurum. Post hæc ad cito Roltero prouocandi regis gratia cum nupta ac supellecile, simula to metu, fugã nauigio petiuit. Igĩ Gõtari sibi classẽ instare cõspiciēs, En, ait, arcus doli insidiarum spiculum iacit: statimq; cõcitatũ clamore nauris clauo puppim cõuertit. Quẽ Gõtarus propemodũ aduectus, quis rector esset nauigiũ pcontat: Ericum esse cognoscit. Item exclamans, an ipse sit q̃ mirifico verborũ habitu caterorũ faciendã frustraret, inq̃rit. Quibus auditis Ericus olim ab ipso se disertũ cognomĩne donatum esse/nec frustra appellationis augurium excepisse subiunxit. Dehinc ab vtrĩsq; pximũ in littus cõcessum est: vbi Gõtarus Erici legatione cognita Frothonis se refert sororẽ cupere: legato vero filiã exhibere malle: quo minus eum aliã suam cessisse cõiugem pœniteret. Itaq; nõ incõgruũ fore/si legatõis fructus in suũ recidisset latorem. Ericũ igĩ sibi generũ cõplacere: dummodo p Gunuarã Frothonis affinitatẽ impetrare potuisset. Ericus regis beniuolentiã exosculatus, sententiã pbat: vltro sibi offerri asserens, quo maius a diis immortalibus exoptare nõ posset. Ab ipso tñ Gunuarã mentẽ arbitriumq; p̃nosci debere. Illa adulantẽ se regem simulato fauore excepit: petentiq; promptũ deferre videbatur assensum/obsecrãs vt Erici nuptiis suas p̃currĩ pateretur: qbus primũ admittis, aprior regalibus suppeteret loc⁹: ob hoc qdem maxime: ne denuo nuptura nouũ cõnubiũ pactũ reducta veteris memoria fastidiret. Prẽterea nõ expedire firmabat binos paratus vna celebratione cõfundi. Rex responsis euectus affatim, postulata collaudat. Qui quũ ex crebris Erici colloquiis clarissima sententiãrũ schemata: qbus aĩo delectari ac reficĩ possit/hausisset, nõ cõtentus ei filiã in matrimoniũ dedisse, Litharfulki quoq; puinciã tradit, beneficiũ affinitati impiendũ existimãs. Craca vero, quẽ Erico ob incãtationũ solertiã itineris comes adcita fuerat, aduersam oculorũ valitudinẽ simulans/ita faciẽ peplo obstrinxerat: vt ne sola quidẽ cognoscẽdi capitis particula prominere. Rogata quãnam esset, Gunuarã se sororem perhibuit/ eadem matre: diuerso vero patre pgenitã. At vbi in Gõtari penates peruentũ, tãdarũ Aluilda: (id filiã eius nomẽ erat) conuiuũ exhibetur. Diuersis Ericus ac rex ædibus accumbebant: quarum tecta paries cõis exceperat. eadẽ deintus pensibilibus p totũ obductã aulais erant. Assedit Gõtaro Gunuara: sed Ericũ altrĩsecus Craca cũ Aluilda strigabat

*Stephanus Lybaufolck,
hodie h. p. x. l. f. p. 118*

Historiæ Danicæ. Lib. V. Fo. XLV.

seruiret. Fuere autem iuuenes hi acres animis: robusti iuuenta: praestabiles habitu corporis: giganteis clari triumphis: trophæis gentium celebres: spoliis locupletes. Quorundam vero ex ipsis nomina (nam cetera vetustas abstulit) subnotavi: Gerbiorn/ Gumbiorn/ Armbiorn/ Stenbiorn/ Esbiorn/ Thorbiorn/ et Biorn. Hic equum habuisse traditur praestantem corpore/ praepetentem velocitate, adeo: ut ceteris amnem traicere nequeuntibus, hic solus obstrepentem indefessus vorticem superaret. Cuius aquae lapsus tam incito ac praecipiti volumine defertur: ut animalia nandi vigore defecta plarumque perfundare soleat. Ex summis enim montium cacuminibus manans, dum per cliuorum praerupta saxis exceptus eliditur, in profunda vallium multiplicato aquarum strepitu, cadit: verum continuo saxorum obstaculo repercussus, celeritatem impetus eadem semper aequabilitate conseruat. Itaque toto alvei tractu undis vniiformiter turbidatis, spumeus ubique candor exuberat. At ubi scopulorum angustiis euolutus laxius stagnando diffunditur, ex obiecta rupe insulam fingit. Praeruptum hinc inde iugum eminet/ variis arborum generibus frequens: quarum obiectus amnem eminus puideri non sinat. Praeterea Biornoni inusitatae ferocitatis canis extabat: horrendam quidem acerbitatis belluam/ atque humanae conuictui formidolosam: quae saepius bis senos sola viros oppresserat. Sed quam tradita magis quam cognita referunt, fidem arbitri penes. Haec si quidem, ut accepi, deliriarum quondam loco habita, Oifoti gigantis inter pascua tuebat armentum. At iuuenes latrocinio viciniam incessere soliti, magnas saepe strages edebant: populari penates: armenta sternere: diripere omnia: ingentem agere praedam: spoliatis rebus aedes exurere: mares passim cum feminis obruncare/ pbitatis loco curatum est. Quorum improvidam Fridleuus irruptionem excipiens, omnes ad munimentum refugos egit, occupato eximiarum virium equo: quem praereps metu fessor maturanda fugae gratia citra amnem relictum, pontem secum traicere non audebat. Deinde si quis fratrum illorum quempiam interemisset, interfecti corpus auro se repensurum edixit. Qua spe quidam regionum pugilum incitatis: nec tam auaritia quam virtutis ardore correpti, conuento tacite Fridleuo operam se facinori duros promittunt/ salutem admodum deuouentes nisi trunca praedonum capita retulissent. Quorum Fridleuus virtute & promissione laudata, arbitris expectare iussis solo contentus comite, noctu fluuium petit. Ne enim alienis quam propriis viribus instructior videretur, auxilium virtute praercurrere statuit. Post haec comitem crebro contusum silice exanimauit, iniecitque exangue undis corpus: cui etiam detractum sibi cultum applicuit/ eiusdem exuuias mutauit: ut inuito cadauere, periclitationis regia species daretur. Iumentum quoque quod eum vixerat elicitum de industria cruore/ consperfit: eodem castra repetente necis suae facturus. Deinde calcaribus subditis mediis equum vorticibus adegit: eoque superato amne delapsus, praerentum munimento vallum per subiectas aggeri scalas transcendere conabatur. At ubi superne euectus propugnacula manu conplecti poterat, illato tacite pede eadem quam comestabundi praedones infederant: ignaris vigilibus leui/ suspensio vestigio petit. Cuius conclauem nactus sub imminente foribus testudine consistebat. Iuuenes siquidem a munimenti firmitate profecta securitas ad crapulam praecipitabat: arbitrantes incitatissimi lapsus fluuium inaccessum fecisse praesidium: qui nec nando traicere, nec ratibus superari posse videretur. Neque enim vlla amnis pars peruiam vadum copia dabat. Tum Biorno coniuuali hilaritate suffusus: egressam undis belluam: per quietem sibi conspectam affirmat: quae tristes ore flammam egerens: contenti cuncta incendio daret. Quamobrem indaganda insulae latebram esse: adeo nec

Historiæ Danicæ Lib. VI. Fo. LIII.

locorum habitui confidendum ut nimia securitatis præsumptione extrema incautis perniciës afferatur. Nihil enim ita situ munitum esse, cui si humana desit opera simplex naturæ tutela sufficiat. Præterea summopere cauendum ne somni sui denuntiationem tristior cladis euentus excipiat. Igitur omnes munimentis egressi, totiusque insule ambitum curiosius speculati: reperto caballo: Fridleuum fluuijalibus aquis obrutum coniectabant. Equum vero præcipitato sessore transfusse rati perinde ac regië mortis nuntium portis gratulanter excipiunt. At Biorno nocturnarum adhuc imaginum memoria territus: excubiis utendum hortatur: quod periculi suspicionem nondum tuto deposituri viderentur. Ipse deinde capiendæ quietis gratia cubiculum perit: visionem meate altius repositam habens. Inter hæc equus quem Fridleuus ob vulgandam interitus sui fidem intercutis tantum cruoris effusione respererat: militum eius castra maculosus irrupit. Qui illico animum petentes repertum serui cadauerem: regium existimauere corpus: quod nitida veste cultum stridulus ripe vortem adegerat. Quorum maxime errorem conuerberati corporis turgor adiuuit cum lacerata, contulæque silicibus cutis informes oris notas exanguis pallore confunderet. Huius rei indignatione permoti pugiles, qui Fridleuo nuper delendorum prædonum curam sponderant, præruptum aqua periculum accedebant: ne promissionis gloriam timidiore voti negligentia respergere viderentur. Quorum ceteri fiduciam imitati: pari cupidine fluuium petunt ne regem viderentur extrema passuri. Quibus visis Fridleuus pontem cõninenti committere præperauit: receptisque pugilibus: prima vigiles irruptione prosternit. Residuos quoque consequenter adortus Biornone excepto ferro consumpsit. Quæ impensiori curatio: ne e vulneribus recreatum sub sacre obtestationis pignore collegam adiuuit: operaque eius uti quæ exitio gloriari satius duxit. Indignum quoque assererat tantæ fortitudinis florẽ prima pubertate decerpitum intepestiuam nimis clade consumi. Dani vero Fridleuum aduertentem experti cuius iam pridem obitum falso didicerant nuntio, missis qui cum accerserent: Hiarnonem regno cedere iubent: quod ipsum precario, ac perfunctorie gerere videretur. Qui tanto honore defungi non passus spiritum pro gloria erogare: quod in obscuram vulgi sortem concedere præoptauit. Quamobrem ne regis honoribus exutus pristinum fortunæ habitum recipere cogeretur: præsentem armis constituit. Itaque diuidua regio præruptis consternationis motibus agebatur. Alii siquidem ab Hiarnonis partibus stabant. Alii Fridleui titulis ob egregia Frothonis merita ascripti sunt: hærebantque vulgi discors suffragium: his præsentium habitum: illis præteritorum memoriam venerantibus. præponderauit tamen Frothonianæ recordationis intuitus, cuiusque suauitas maiorem Fridleuo fauoris partem conciliauit. Plurique enim quibus altior sensus extabat rusticæ conditionis hominem quod ad insperatum rerum culmen præter generis ius solo fortunæ beneficio peruenisset: regno submouendum censebant: ne verum honoris hæredem adulterinus possessor elideret. Fridleuus vero Danorum legatos redire iubet: Hiarnonem: aut regnum deponere: aut acie secum confingere rogatos. At Hiarno lucis auiditatem honori anteferre: salutemque gloria dispendio quarere morte tristius ratus: dum bello Fridleuum excipit: in lutum obruitus aufugit: victoribus denuo reparata manu aggressus, haustus ferro sociis, suam abique comite habuit. quæ insula, vocabulum ex eius nuncupatione sortita, restatur. Igitur humiliores animo fortunam expertus cum se gemina strage omnibus propemodum copiis exutus videret: traiecit in dolum studio, obscurato oris habitu, Fridleuum accedit: ipsum quesitis per familiaritatem insidiis necaturus. A quo

3. Pindus l. 2. 37.
 Fridleuus II. Frotho filius
 regis Danorum. l. 1.
 Frotho regis Danorum. l. 35.
 Frotho regis Danorum. l. 24.
 Regnum anno 12.
 decessit Frotho. l. 27.
 Frotho regis Danorum. l. 27.
 Frotho regis Danorum. l. 27.
 Frotho regis Danorum. l. 27.

Biorno in societatem additus.

Hiarno regno cedere cogitur.

Frotho regis Danorum. l. 132.
 Hiarnonis fraus.

Wing.

Frotho. l. 2. l. 3.

Fridleuus
 p. 27.

Saxonis Grammatici

susceptus aliquādiū seruitiū simulatione propositū occultabat. Siqui dē decoquendi
salis opificem professus inter sordidioris ministerii famulos ignobilia exequabatur
officia. Cibi quoq; capiendi tēpore discubitu vltimus existere solebat. Præterea bal
neis abstinebat: ne nudato corpore crebris vulnerū vestigiis proderetur. Quo rex
absoluēdæ suspicionis gratia lauari compulso: vt hostem ex cicatricibus cognouit:
age (inquit) improbissime latro qualiter in me cōsulturus fores: si interficiēdi tui
cupidū liquido comperisses. Ad hæc stupefactus Hiarno ex prouocatione te ait de
prehensum aggredere: quo maiore demendæ criminacionis copia potireris. Quē

Hiarnonis
exitus.

mox Fridleuus sententiæ suæ exemplo: prouocatū oppressit: tumulo cadauer obru
ens interfecti vocabulū referente. Qui postmodū a suis propagandæ sobolis gratia:
coniugio sibi consulere monitus: calibē præstare vitā: paterno contendebat exēplo.
q; Frothoni coniugis perulātia: graue probrū affixerit. Ad vltimū perseverantissimā
mis omniū precibus victus: per legatos aggressus est Noruagia: regis Amundi filiā
postulare. Quorū vnus Frōco nomine fluctibus inter nauigandū absumptus: inuisa
tātū moriens prodigiū dedit. Quippe vbi illū cōstūus vndarū æstus implicauit: san
guis medio enatus gurgite: ita totā ponti faciē peregrino quodā rubore perfudit:
vt spumeum paulo ante palagus procellisq; albidum, mox puniceis fluctibus intus
mescens: alienū a natura sua color em induere videretur. Amundus vero regie pe
titionis inexorabiliter vota frustratus: legatis indecentius habitis tyrānidem Fro
thonis olim Noruagiæ grauius imminentē causam spernendæ legationis asseruit.
Frogertha vero (filia hæc Amundi erat) nō modo Fridleui genus intuita: sed etiā
factorū claritudinem venerata: cōiuitio patrē insequi coepit: q; generū habere spre
uisset: cuius consummata nobilitas nec virtute deficeret, nec sanguine claudicaret.
Adiecit quoq; prodigiale illā maris faciē vndis repēte in sanguinē versis. Quid aliud
q; Noruagiæ cladis interpretē: Danicæ vero victoria: liquidum extitisse portētū?
Quā cū Fridleuus iteratæ legationis officio postularer: perseverantia repulsam vin
cere cupiens: indignatus Amundus: rē a se semel negatā pertinacius flagitari: raptis
ad necē legatis improbi petitoris studio crudelius obuiādū curauit. Cuius iniuriæ
Fridleuus famā expertus: Haldano ac Bionone adicitis: Noruagiā nauigatione cō
plectitur. Contra Amundus patrio instructus præsidio: obuiā exerit classē Fro
casund appellat sinū in quem classis vtraq; coierat: vbi Fridleuus noctu speculādi
gratia castris egressus: cū inuisitātū quendā sc̄ti aeris fontū cominus percepisset: fixo
gradu suspiciens triū olorū superne clangentiū hoc aure carmen exceptit.

Dum mare verrit Hythin rabidosq; interfecat æstus.

Auro verna bibit: & lactea pocla ligurit.

Optima conditio serui cui rege creatus

Obsequitur: temere mutatis fortibus hæres.

Deniq; post ipsas alitūū voces lapsū ab alto cingulū literas carminis interpretēs
præferbat. Regis quippe Thialamarchiæ filiū: pueriliter oblutētem: gigas Hy
thin nomine vlitatum mortalium habitum mutatus abduxerat. eoq; vltus remige
cimba in proximū littus traiecta Fridleuū tunc forte speculationis officio fungē
tem nauigio præteribat. Quem rex captiui adolescentis opera vt non passus: præ
da raptorem exuere gestiebat. Aduersum quem adolescens primū acriori inuectio
nis genere vtendum esse præmonuit: facilius oppugnādum promittens: dum ante
cynico fuisset carmine laceratus, Tunc Fridleuus sic orsus,

Historiæ Danicæ. Lib. VI. Fo. LIIII.

Cum sis gigas tricorpor inuictissimus:
Tuoq; cœlum pene exaques vertice:
Cur hoc ridendus ensis fœmen obligat?
Latusq; grande curta cingit framea?
Quid forte munis pectus ense debili?
Habitusq; corporalis instar negligis?
Sicæ breuis paruo fretus gestamine?
Iam iam tuum frustrabor audax impetum
Ferro retuso molientem prælia
Meticulosa cum sis ipse belua:
Molesq; digno destitura robore
Vmbra fugacis more præceps tolleris.
Spectabili clarosq; nactus corpore
Imbelle pectus & pauore lubricum
Membrisq; summe dissidentem spiritum.
Ex hoc tuæ compago nutat fabrica.
Cum forma scelix strage mentis claudicet
Suisq; sit natura discor partibus.
Te laudis ex hoc munus omne deferet:
Nec fortium clarus loco censeberis:
Obscura computandus inter agmina.
Quo dicto gigantē pede manuq; curtatū liberato captiuo coegit in fugā. Cui⁹ conse
quēter p̄mōtorū petēs, egestā antro pecuniā asportauit. Quib⁹ spoliis ouās erepti
q; adolecētis in traiciēdo mari nauigatiōe vsus, hoc alacri carmē voce subterxit,
Sanguine suffulos enses ferrumq; cruore
Puniceum rapidi versauimus in nece monstri
Dum te Noruagica cladis moderator Anunde
Excipit alta quies: quem cum sine lumine mentis
Nox ignara premar: virtus dilapsa fefellit.
At nos defunctum membrīs, opibusq; gigantem,
Contudimus: vastiq; chaos penetrauimus antri.
Illic congestum raptu, violauimus aurum.
Et iam fluctuagum tunsis euerrimus æquor
Confertamq; ratem spoliis ad littus ouantes
Remigio reduces agimus: percurrimus vnda
Per mensore maris carabo: fulcemus alacres
Hoc pelagus: ne nos hosti lux obuia prodat.
Ergo leues, totoq; manus conamine nisi
Rimemur mare: castra prius, classemq; petentes
Q; roseum liquidis titan caput exerat vndis,
Vt cum rem rumor vulgauerit atq; Frogertha
Nouerit egregio partam conamine prædam
Blandior in nostrum moueat præcordia votum.
Die postera Fridleuo aduersus Anundū magno copiarū concursu cruentum inci
dit bellum: qd partim terrestri, partim maritimo certamine gerebatur. Nam & in

Saxonis Grammatici

campis acies explicabantur: & classi nihilominus bellator inceserat. Cūq; res plu-
rimo sanguinis impēdio gereretur: Biorno demū inclinata suorum acie solutum ne-
xibus Molossum cōcitauit in hostē: quā ferro obtinere nō poterat: canino morfu vi-
ctoriā adepturus. Quae res aduersariis probrosam peperit stragē cū fortiū phalanx
mordicus laceffita p̄fugeret: Quorū fuga tristior an turpior fuerit: nescias. Erubel-
cēdus siquē Normānorū exercitus erat: quē hostis opē a bellua mutuatus obtinuit:
nec fraudi Fridleuo fuit labere militū virtutē canino reparare p̄sidio. Occidit hoc
bello Anūdo cui⁹ assecla Auo cognomēto sagittarius: Fridleuū ad secū dimicādū
horratu: a Biornone sequestris ordinis viro regē cū plabeio cōgredi phibēte lacef-
situr. Cūq; Biorno sinuato arcu neruo sagittam aptaret: subito emissum ab Auone
spiculū cordis summa trāssixit. Cuius altera mox sagitta comes mediis digitorū cō-
clusis impacta successit. His tercia supueniēs: in applicatā neruo sagittā icidit. Auo
quippe p̄optissima sagittādi opa eminus vtēs: de industria gestamē tātū hostis of-
fenderat: vt idē in ip̄m sibi licere demōstrās: pugilē a p̄posito reuocaret. Biorno ve-
ro nihil ob hoc animi minues: spreto corporis periculo cōstātī mēte & vultu: dixerit
men inuit: ita vt nec Auonis q̄q; ingenio deferre: neq; ex cōsuetā aliq̄ fortitudine
deponere videret. Itaq; nulla ex pte p̄posito deturbatus: intrepidus duello se credi-
dit. Quo cū vterq; sautius excessisset: aliud itē apud Addarnes mutua laudis amu-
latione gesserūt. Interfecto Anūdo: Fridleuus acerrimo hoste liberat⁹, summūq; &
securū ociū nactus: ferocissimū ingenū suū voluptati cedere coegit: traiecitq; i ve-
nerē studio: classem instaurat: negatas olim nuptias petiturus. Deniq; nauigationē
ingressus tū defecta vētris classe: vicos alimēta petiturus irrūperet: A Grubbo quo-
dā hospitaliter habitus: tādēq; filia eius cōnubio potitus: Olauū vocabulo filiū p̄-
creauit. Interfecto quoq; tēpore Frōgerthā adeptus, dū patriā parū p̄spera nauiga-
tione repeteret, ignotē insulā littoribus appulsus: thesaurū humi cōclusum effode-
re, custodēq; eius draconē vitandi veneni gratia bouino tergore tectus appetere cu-
iusdā per quietē cōspecti monitū p̄doceat. Intentūq; scuto coriū venenatis dentium
morsibus obiectare p̄cipit. Igif experiēdā visionis causa anguē vndis emergētē ad-
ortus: diu in squameū latus irrita tela cōiecit. Quippe spiculatorū ip̄sum frustrata
corporis duricies frustrabat. Ipse vero coluber crebras admodū spiras agitās orbis
culato caudē flexu tactas obiter arbores stirpit⁹ euertebat. Ceterū crebro corporis
tractu cauata ad solidū humo p̄ruptū hinc inde latus effecerat: vt q̄busdā in locis
aduersos colles media valle sequestrari cōspicim⁹. Igif Fridleuus iuicta belluē sup̄-
ma cōsiderās: ima gladio tētat: p̄fossaq; inguinis parte sanie palpitātis elicit. Qua
extincta pecuniā Hypogeo erutā nauigiis deportādā curauit. Euoluto anno: Bior-
nonē atq; Auonē sapius ex puocatione cōgressos: maxima cura in gratiā reduxit:
amicitiisq; odia mutare cōpulit: q̄bus etiā filiū Olauū tres annos natū nutricandū
cōcessit. Pellicē vero Iurithā, eandēq; Olauī matrē recepto in cōmilitiū Auoni ma-
trimonio copulauit: a quorū animo repudiū laturā existimās: si tāto pugile marita-
ta p̄ regio: strenuū sortiret amplexū. Mos erat antiquis sup̄ futuris liberorū eueti-
bus Parcartū oracula cōsultare. Quo ritu Fridleuus Olauī filiū fortunā exploratur⁹
nuncupatis solēniter votis: deortū aedes precabūdus accedit: vbi intrōspecto sacello
ternas sedes toridē nymphis occupari cognoscit. Quarū prima indulgentioris ani-
mi liberalem puero formā, vberēq; humani fauoris copiā erogabat. Eidem secunda
beneficiū loco liberalitatis excellentiā cōdonauit. Tertia vero proteruioris ingenii

f. 52. v.

de quoniam Sept. p. 131.
**Anundi
exitus.
Auo sagit-
tarius puo-
cat regem.**

*hæc ad Anundum
fridleui de his fili-
is in hinc ad p̄-
inde q̄bus ad p̄-
sup̄ p̄- ad anno
hinc.*
**Grubbus fi-
liū Fridle-
uo despon-
det.
De draco-
ne.**

*hæc de Anundum
ex Anundum c. 14.
P̄- hinc ad p̄-
sup̄ p̄- ad anno
hinc.*
**Biornonis
Auonisq;
cōciliatio.
Olauī edu-
catio. =
De tribus
Parcis.**

**Olauī dea
tres fatales.**

Historie Danice Lib. VI. Fo. LVI.

Handwritten marginal notes in Latin script, including a list of names and dates at the top right.

bus regmina sub mirtetes subiectos plantis aculeos innocuis pressere veligis. Est autem ferru hoc quatuor dispersitu stilis: iisdemq; taliter constitutis: ut in quacumq; illud partem casu se euiciat, triu inuicem ter pedu aequalitate subsistat. Tum saltus inuios ac nemoru densissima quaq; penetrantes Ruthenoru principu Floccu montanis quibus ereperat latebris eiecerit. Quo in loco tanto preda potiri sunt: ut ne vnus quidem extaret: qui non auro argenteoq; onustus classem repperet. Mortuo autem Bemone Starcatherus ab athletis Biarmesibus ob virtute aditus cu plurima apud eos memoratu digna edidisset facinora: Sueonu fines ingreditur: ubi cu filiis Fro septenio feriatu, ab his tandem ad Hacone Dania tyrannu se contulit: q; apud Vpsalam sacrificioru tempore constitutus effeminatos corporu motus, Scenicosq; mimoru plausus ac mollia nolaru crepitacula fastidiret. Vnde patet q; remotu a lasciuia animu habuerit: q; ne eius quide spectator esse sustinuit. Adeo virtus luxu resistit. Itaq; cum Hacone classem in Hibernia extulit: ne vel vltima reru humanaru imperia Danicis armis intacta consisteret. Ea tpestat rex insula Hugletus extabat. Qui cu freques opibus erariu haberet: adeo tame auaritia obnoxius extitit: ut datis aliquado calceis: quos studiosi manus comedasset opificis, ligameta detraheret: submotisq; loco suo corrigis: donu ad iniuria transferret. Cuius rei deformitate tantu muneru criminis afferebat: ut odiu p gratia percipere videret. Itaq; nemine ex honestis liberalitate prosequi solitu circa mimos ac ioculatores munificetia studiis vri cosuevit. Oportebat naq; vt turpis turpibus comercia familiaritatis impederet: & vitiorum tabo obitus culpa socios blandimeturu lenocinio demulceret. Fuere tame ei spectata virtutis pceres. Gegathus & Suibdaus q; inter effeminatoru confortia veluti gemastercoribus insita: conspicuo militariu operu fulgore pollebant. Itaq; soli regiaru opti defensores extabant. Igit plio inter Hugletu & Hacone cepto mimoru greges qbus instabilitate corporu leuitas peperit animoru trepidis acie soluere decur sib; tataq; regis beneficia sola fugae deformitate pferunt. Tunc Gegathus & Suibdaus soli tot hostiu milibus obiecti: incredibili bellu virtute gesserunt: vt non duoru modo militu: sed vniuersi agminis pres agere viderent. Sed & Gegathus Hacone sibi pertinacius imminete tato pectoris vulnere affecit: vt iocinoris supma detergeret. Illic Starcatherus du ferro Gegathu perit: acerbissimu capite vulnus excepit: vnde post modu in quoda carmine: non alias tristiore sibi plagu incidisse perhibuit: qd licet discissi capitis ptes exteriore pellis ambitu neceretur: latens tame in vulnere liuor clausum putredinis cotagiu occultabat. Vincto occisoq; Hugleto: sed & Hibernis sib; in fugam actis: Starcatherus, quoscumq; ex histronib; captioni casu obtulit: ea dedos curauit satius ratus in scurraru agme cuticulae damno ridiculu dicere suppliciu: q; poena capitis funestu impetrare discrimen. Ita iocularis ministerii, sordideq; conditiois caterua pbroso aduersionis genere infecutus: obsceno verberu ludibrio mulctare contentus exiit. Tum Dani apud vrbe Duffina regias opes erario egestas publico raptu conuelli iusserunt. Tanta siquid magnitudinis pecunia reperta fuerat: vt minor partitionis cura cum eis existeret. Post hac Starcatherus ad inhibeda orientaliu defensionem vna cu Wino Sclauoru principe delegatur. Qui simul aduersum Curetum, Semboru, Sangaloru, omniumq; postremo orientaliu exercitus/preliati, claras late vietorias edidere. Eximia opinionis gladiator noie Wisinn; apud Rusciam rupes: qua Anafial dicit sede & masione complex; vicinas, logiquasq; puincias oi iniuria genere vexauit. Hic omnem teloru acie ad hebetudinis habitu solo conspectu redigere solebat.

Hugletus Hibernia rex.

Nota de continentia gantum.

Starcatheri vulnus.

Hugleti caedes. Hibernoru subactio terra.

Acies oculorum morsa.

Small handwritten note in the left margin.

Saxonis Grammatici

Quamobrē tātam viribus eius audaciam peperit exclusus vulnerū metus: vt etiam illustrū virorum coniuges maritis spectantibus raptas ad stuprum pertraheret. Cuius sceleris Starcatherus rumore excitus: tollendū auctoris gratia Rusciā petiit. Qui quoniā nihil expugnari difficile habuit: petiit ex prouocatione Wisinnū etiā artis suae beneficio spoliatū oppressit. Ferrū quippe ne praestigiatori conspicuū foret: tenui admodū pelle cōtextit: neq; Wisinno, aut praestigiū virtus, aut viriū magnitudo, quo minus Starcathero cederet, auxilio fuit. Deinde apud Bizantium inuictē opinionis gigantē, Tānā nomine corporis viribus fretus colluctando deuicit: ignotasq; terrarū partes proscripi titulo petere coegit. Igitur cum nulla fortuna: saui-
tia vires eius victoriā fraudare potuisset: Poloniā partes aggressus: athletam quem nostri Wasce Theuthones vero diuerso literarum schemate Wilzce nomināt: duelli certamine superauit. Interea Saxones defectionē moliri: idq; maxime in animo habere cōeperunt: qualiter inuictū bello Frothonē praeter publici confictus morē opprimerent. Qd̄ optime duello gerendū ratū mittūt qui regē ex prouocatione lacesserent. scientes eū discrimen omne prompta semper mēte cōplecti: animiq; eius magnitudinē nulli prorsus exhortationi cessuram. Quē tunc tēporis maxime ad orientem putabant: cū Starcatherū cuius plarīsq; formidolosa virtus extabat: negotiosum abesse cognoscerēt. Cunctāte vero Frothone: seq; cū amicis super dando respōso collocuturū dicente: superuenit Starcatherus piratica iam regressus: qui ex hoc maxime prouocationis habitū rephendit: q; diceret regibus nō nisi in compares arma congruere: eadēq; aduersum populares capienda non esse: per se vero tāq; obscuriore loco natum, pugnā rectius administrandā existere. Igitur Saxones Hamam qui apud eos gymniciis palmis clarissimus habebatur multis aggressi pollicitationibus si duello operam cōmodaret: molem corporis eius auro se repensuros esse praemittūt: illectūq; pecunia pugilem ad campū confictui deputatū militaris pompae tripudio prosequuntur: hinc Dani Starcatherū regis sui partes exequenturū ad certaminis locū militiā insignibus ornati perducūt. Quē Hama atate marcidum iuuentae fiducia despiciatus: defunctū viribus senem lueta q̄ armis excipere poptauit. Eundē ad ortus terrae nutabundū adegerat nī fortuna quae vinci vetulū nō sinebat iniuriā restitisset. Ita enim impellentis Hamae pugno obrutus memoratur: vt genibus nixus humū mento contingeret. Quā corporis nutationē egregia vltione pensauit. Nam vbi refuscitato poplite manū expedire, ferrūq; dstringere licuit: mediū Hamae corpus dissecuit. Complures agri sexagenaq; mancipia victoriā praemiuū extitere. In Saxones vero post Hamae cadē adeo Danorū insoleuit imperiū: vt pro cubitaliū membrorū quolibet indicē seruitutis stipem quotannis pendere cogerētur. Qd̄ agre ferens Hanef: bellū demendae pensionis cupidine cum animo volurabat. Cūq; pertinax amor patriae mentē in dies oppressorū miseratione perfunderet: spiritum pro libertate ciuiū erogare cupiēs: rebellionis studiū patefecit. Quē Frotho traiectis per Albiam copiis apud vicū Hanōsra taliter ab eo nuncupatum occidit Sueringus vero q̄ non minus ciuiū afflictatione moueretur: dissimulato patriae malo per uiciorū q̄ Hanef ingenio libertatis propositum agitabat. Quod quidem studiū dubitari solet virtuti an vitio pprius fuerit. Ego vero plane id sceleris arguo qd̄ insidiosa defectionis cupiditas edidit. Nam etsi patriae libertatē querere perutile videbatur: ad hanc tamē dolo ac proditione contēdere non licebat. Cū ergo Sueringi facinus plane ab honesto deciuerit ne vtile id quidē extitisse constabit. Nam

Wisinnus ce-
ditur.

Tanna vin-
citur.

Wasce athle-
ta.

Hama.

Subactō Sa-
xonū sexta.

Hanef cae-
ditur.

Sueringi
facinur-
e.

*apud hic de Sueringo hndine
hinc hndine 11. p. Magale, hndine hndine filio conuamū. 2. vide supra fol. 55*

Historiæ Danicæ Lib. VI. Fo. LVII.

Speciosius est aperte quem velis incesse odiumque in propatulo exercere: quam adulterina familiaritate veram nocendi cupidinem obscurare. Sed quicquid scelere paritur gloria vacuum est, breuesque & occiduos fructus habet. Nam sicut lubricus animus est qui fallendi supercilium clandestinis artibus regit: ita quicquid dolo affine est fluxum ac fragile esse conuenit. Plerumque enim crimen in auctorem recidere cognitum est, quod & Suertingo euenisse fama compertum habetur. Qui cum conuiuui simulatione exceptum regem incendio consumere statuisset: ab eodem occupatus tamen ipsum mutuo peremisit occiditur. Quo euenit ut alterius scelus amborum interitus foret. Itaque etsi dolus in hostem efficax fuerit auctor tamen impunitatis prestantio non donauit.

Rothoni filius Ingellus succedit. Cuius transuersus ab honesto animo relictis maiorum exemplis: totum se petulantissimi luxus illecebris mancipauit. Igitur a bono restoque discolor, vitiaque pro virtute complexus, discissis continentie neruis, intermissisque regie maiestatis officiis: sordidum luxurie mancipium euasit. Sane quicquid compositis moribus obuium: aut inconcinnum erat/excoluit: paterna auitaque decora sedissimarum libidinum assuetudine polluebat. Clarissimos maiorum titulos improbissimis obscurabat operibus. Adeo namque libidini ventris obnoxius erat: ut nec patris ultorem agere: nec hostium iniurias propulsare gestiret: nihilque dum gule pareret/modeste ac continenter habendum putaret. Egregium stemma ocio inertiaque corrupit, fluxamque ac voluptariam vitam degens: degenerem spiritum: atque a parentum vestigiis obliquo longe calle distortum in obscenissimas sceditatum voragines precipitare gaudebat: farctores: lixas: frixoria: gule multiplices officinas variolque torrendae aut condiendae dapis artifices legere: claritatis loco ducebat. Arma vero, militiam, bella: nec ipse quidem vsu discere: nec alios exercitio celebrare sustinuit. Ita abiecto virili studio/femineum emulatus est: quem in omnem culinæ nidorem irrestrictus palati pruritus accederat. Semper crapulam profans cunctisque sobrietatis partibus exutus: indigestam ventris saniem scetido oris anhelitu ructabatur. Nec minus luxuria scodus quam Frotho militia clarus extabat. Adeo deliciis nimium intempestiua gule corruptela molliuerat. Cuius intemperantiae fastidio Starcatherus ad deserendam Ingelli familiaritatem adductus: per tanto Sueonum regis Haldani contubernio: ocio negocium pretulit. Adeo ne nimiam quidem luxuriam assensorem esse sustinuit. Filii vero Suertingi veritatem Ingello poenas paterni facinoris daret: sororem eius in matrimonium contulerunt ultionem beneficio precursuri. Ex qua filios susceptos Frothonem, Fridleuum, Ingellum atque Olauum, quem quidem ipsius sorore editum asseueranter iniquitas perhibet. Cuius sororem Helgam quidam auri opifex obscuræ stirpis blanditiis compositus ac variis instructus munusculis quibus muliebris maxime cupiditas capitur in mutuas faces amatoria comitate pertraxerat. Quippe post obitum regis non existentibus qui paterna in prole merita colerent: custodie inops tutoribusque defecta fuerat. Quod cum Starcatherus ex assidua viatorum relatione cognosceret: impunitum fabri luxum praeterire non sustinens. Quippe ut memorum beneficiorum cultorem, ita proptum insolentiam vindicem agere consueuerat. tam inusitate presumptionis audacia ultum ire deproperat orphanam alumnae vetusta Frothonis merita repensurus. Denique peragrata Suetia fabri penates ingressus vicinam limini locum occupat pilleolo ne proderet obscuræ. Quem

Frothonis
quarti cae
des.
Ingellus
rex xxxiiii.



13. Frotho IV. f. 52. b.
14. Ingialdus, Starcathi filius
n. 588. n. 707. genuit Starce
Hingonarlaus. 777. regnavit
annos 79. f. 450. et. 63.
15. Starplan II. f. 49. b. 2320 p. 234
Ingialdum patri Frotho IV. succedente. Saxo vero perhibet, et ipsum regnasse, reliquis fratribus impuberibus, eoque nomine a Starcatho inrogatum, quod vendita patri ei soli per statum liceret, hereditate esse. Sed nec absurdum, regnum Frothi per partem divisionem fuisse. Ingialdus, et hunc obtinisse. In huius vita Saxo amisse Sueonum horum historia de manu ali quatenus reperit. V. f. 67. b. 36. 5. p. 234. 5.

f. 69. b.
De Helga
Aurifabri
petulantia:

Alina Star
catheri.

Saxonis Grammatici.

faber nō satis doctus vili interdum amiculo validas subesse manus: obiurgatum eade
 ocyus excedere iubet: inter egētiū gregem vltimis escarū reliquiis poriturū. At se-
 nex ab inolita sibi moderatione patientiā mutuatus nihilominus ibidem acquiesce-
 re paulatimq; petulantia hospitis experiri studebat. Procursum nāq; furoris supe-
 rior impetu ratio refrenabat. Tum faber aperta puellam procacitate aggressus: in
 eius forte sinū iactauerat corpus: capitis comā virgineis manibus offerens depectē-
 dam. Exerto quoq; lumbari operā eius demendis culcibus expetebat. Extorsitq; vt
 splendidissime familię foemina pollentes amoenitate digitos fordidissimis femoralia-
 bus inserere nō erubesceret. deinde credita voluptatis licētia interiori ipsius toga
 prurientes inferre palmas, instabilesq; manus pectori propius admouere sustinuit.
 At illa notū quondā senis intuitu curiosiore presentia capiens: concepto pudore libi-
 dinosę cōtrectationis petulantiam spreuit, manusq; repulit impudicas: quinetiam
 armis opus habendū edocens, lasciuiori lusu desistendum hortatur. Quo viso Star-
 catherus qui propter fores pileo caput obscurante confederat, iam tantū hauserat
 irę: vt vltius cohibendę manus impatiens: deposito velamine dextram distringen-
 do iniiceret ferro. Tum faber qui nil nisi lasciuū nouerat improviso fluctuans metu
 vbi rem ad manus peruenisse cognouit: abiecta defensionis spe in fuga vnicum neces-
 sitatis presidium circūspexit. Itaq; tā foribus: quarū hostis aditum tuebatur: erum-
 pere arduum erat: q̄ intra penates percussorem opperiri graue. Tandem obstri-
 ctus necessitate animus, finem cunctationi posuit: censuitq; certo atq; euidenti peri-
 culo appetibilius esse discrimen cui vel modica salutis spes subesse poterat. Fugam
 quoq; q̄q; periculi affinitate prear duam, tamen quia ministra opis salutiq; propior
 videbatur appetiit: morā que tanq̄ experti subsidii malū inuitabilisq; iacturę capax
 videbatur abiiciens. Sed dum limen occupat a presidente foribus sene medias cęlus
 nates, lapsa seminecis vestigio concidit. Quippe percussor magnopere cauendū du-
 xerat ne clarissimas manus turpissimi cinifonis exitio commodaret. improbi amo-
 ris faces grauius ignominia q̄ morte mulctatas existimans. Ita a quibusdam calami-
 rosus extincto punitior existimatur. Quo effectum est vt puella parentū officiis de-
 secta eruditissimam morib; foeminam ageret: inq; semetipsam quasi seduli tutoris
 officium exerceret. Cumq; Starcatherus circūspectam vndiq; familiam recentis ho-
 spitis iactura indoluisset cognosceret: ignominiam sautiū inuectius exaggerēdam cu-
 rauit insultandoq; sic cepit.

Vnde stupet taciturna domus: que causa dolentū
 Integrat: aut vbi nūc vxerius ille quiescit:
 Nuper ob indignū ferro mulctatus amor ē:
 Nūquid adhuc fastū luxūq; referuat inertē?
 Aut tenet icceptū, primaq; libidine feruet?
 Extrahat alternis mecum sermonibus horā
 Hesternūq; odium verbis cōponat amicis.
 Lētior emergat facies. nec plāgor in eade
 Personet, aut mcestos sinat obtorpescere vultus.
 Scire volens quis virgineo flagraret amore:
 Dilectęq; mihi facibus premeretur alumne:
 Pilleolum sumpsisti ne noto proderet ore.
 Cum faber ille procax lasciuus gressibus intrat:

Quomodo plāgor dicitur in d. l. c. 1. p. 117.

Historiæ Danicæ Lib. VI. Fo. LVIII.

Hac illacq; agitans instructo formina gestu
Nec minus ad varios intendens lumina nutus:
Castorio cui tegmen erat chlamys obsita limbo: #
Instrate gemmis crepidę, toga cultior auro: #
Splendida nexuerant tortum redimicula crinem
Et varicata vagum stringebat vitta capillum.
Hinc adoleuit iners animi tumor, ingeniumq;
Diuitias genus esse putans: aut era parentes.
Fortunamq; magis opibus q̄ sanguine pensans,
Hinc subiit fastus, habitumq; superbia traxit.
Nam miser ob cultum magni se credere cepit.
Ingenuisq; parem cinislo, qui pellibus auras
Venatur, crebroq; ciet spiramina tractu.
Qui digitis cineres verrit: qui saepe reductis
Aera folliculis captat: tenuiq; flabello
Spiramenta creat: torpentescq; excitat ignes.
Inde puellare gremium petit, appositulq;
Virgo inquit mihi pecte comã tactusq; salaces
Compressa pulices: & quo cutis vritur aufer.
Hinc residens auro sudantia brachia pandit
Puluino annexus tereti: cubitoq; reclinis
Ornatum iactare volens, ceu belua latrans,
Explicat obtortę contracta volumina caudę.
Illa mei noscens compescere cepit amantem:
Lasciuasq; fugare manus, meq; esse professa.
Parce precor digitis (inquit) stimulumq; coercens
Contiguum valuis verulum placare memento.
In luctum recidet lusus, Starcherus adesse
Creditur, & lento quid agas disquirat ocello,
Cui faber, imbellem noli pallefcere coruum
Pannosumq; senem, nunq; validissimus ille,
Quem metuis tam vulgato vilefcere cultu
Sustinuit, gaudet nitido vir fortis amictu,
Et vestem pro mente petit, tunc tegmine dempto
Eripui ferrum fabriq; pudenda fugacis
Perfecui, patuer e nates & ab osse resectę
Viscera nudabant, surgo mox, atq; puellę
Ora premens pugno; contusa nare cruorem
Elicio, tunc labra malis assueta cachinnis
Sanguine permixto lachrymis maduere: luitq;
Stultus amor quicquid blandis commisit ocellis,
Luserit infœlix, que cęca libidine fertur
More furentis eque, sepelitq; cupidine formam,
Gentibus externis precio venire mereris:
Digna mola: ni te falso probet insimulatam

h ii.

Saxonis Grammatici.

Elicitus mām̄is cruor, expugnetq; reatum
 Vber inops lactis: at ego te criminis huius
 Arbitror immunē, sed noli suspitionis
 Ferre notas, aut te falsis permittere linguis:
 Et male carpendam populo prestare loquaci.
 Rumor obest multis, nocuitq; infamia mendax,
 Fallitur exiguo vulgaris opinio dicto,
 Defer auis, venerare patres, memor esto parētum,
 Et proavos metire tuos: stet gloria carni.
 Quis furor incessit? quod te faber improbe fatum
 Impulit ingenuam tentare cupidine stirpem?
 Aut quis te virgo claris dignissima fulcris:
 Egit in obscuram venerem / dic quo potes ausu
 Os cinerem redolens roseis gustare labellis:
 Vel scædas carbone manus in pectore ferre?
 Ac lateri sociare tuo versantia prunas
 Brachia, & assidua duratas forcipe palmas
 Sinceris adhibere genis, spar sumq; fauilla
 Complecti caput: & nitidis mandare lacertis!
 # Quanta sit in cunctis memini distantia fabris
 Ictus ab his quondam: nomen quippe omnibus vni
 Officii commune manet, sed pectora subsunt
 Ingeniis discreta suis: me iudice prestant:
 Qui gladios & tela viris ad prelia cudunt:
 Ingenioq; animos produunt: & corda rigore
 Officii signant: ausumq; labore fatentur.

Sunt & nonnulli quibus es caua testula promit
 Diuersas fuso species imitantibus auro:
 Qui torrent venas recoquuntq; metalla, sed ipsis
 Mollius ingenium finxit natura: manusq;
 Eximia quas arte dedit formidine pressit,
 Tales sepe dolo dum flatilis eliquat ardor
 Aes teste immisum, subducunt aurea massis
 Crustula, fur tium concha sitiente metallum.

His dictis Starcatherus non minorem ex voce: q̄ opere voluptatem sortitus: Halda
 num repetit, eiusq; militiam proxima familiaritate cōplexus, nunq̄ bellorum exerci
 tio abstirrit, ita vt abstractū delitiis animū continua armorum intētionē torqueret,
 Fuere aut Ingello sorores Helga & Asa: ex qbus Helga thoris admodū matura: Asa
 vero annis minor / cōnubiōq; ihabilis erat. Tūc Helgo Noruagiēsis postulādē Helgē
 cupidine cōcitatus: nauē cōscēdit. Ceterū nauigationē tanto instruxerat luxu: vt ex
 cultorū auro velorū apparatu vteret: q̄ etiā inauratis malis subnixa / purpureis res
 stibus tenebātur, venienti Ingellus votū impetrandū promittit, si modo oblatos pu
 giles ad testandam opinionis suę experientiā pugna sustinere presumeret. Nec cōdi
 tione pmotus Helgo, q̄ libētissime se pacto operā daturū respōdit. Itaq; solēni spon
 salium titulo futurę copulę pacto cōsecratur, Per idē tēpus apud insulā Sialandiam

*Capitulum de Helgo
 Noruagiēsis*
 Helgo
 Noruagiē
 sis.

Historiæ Danicæ Lib. VI. Fo. LIX.

noem ducis cuiusdam filios inoleuisse memorię proditum est: apprime viribus: & audacia p̄ditos quorū maximus Angaterus exstabat. Qui cū eiusdē puellę cōpetitorē ageret, negataq; sibi nuptias Helgoni p̄missas videret: palestricā illū prouocatione sollicitat: ferro molestiā propulsurus. Approbat Helgo propositas pugnæ partes & nuptiarū die dimicandi tēpus amborū votis cōdicitur. Confundebatur em̄ apud omnes quisquis certamē ad dimicandū prouocatus abnueret, Quāobrem Helgonē hinc detrectandę pugnę rubor / inde gerendę metus angebat. Siquidē pręter cōmune prouocatiōis ius impari manu se laceffitum credebat, q̄ solus aduersum nouem pugnā spondisse videretur. Hęc volentem sponsa auxilio opus habiturū docet, hortaturq; pugna abstineat: qua nihil pręter mortē aut ignominiam periturus vi- deatur: præsertim cum eorum aduersum quos dimicaturus esset numerum: nulla diffinitionis certitudine clausisset. Quāobrem periculo parcat Starcatherūq; apud Sueones agentem salutē consulturus exposcat: qui indigentibus adesse, & tristes plarūq; casus felici interuētū redimere soleat. Gratum Helgoni consilium fuit. Qui cū paruulo comitatu sumpto Suetiam ingressus ad nobilissimam eius urbem Vpsalam peruenisset: ingressu abstinens pręmittit qui Starcatherum salutationis officio prętēratum ad Frothonis filiā nuptias inuitaret. Qua comitate Starcatherus: perinde ac iniuriā laceffitus: acrius inspectū iuuenem tam ineptę legatiōis pœnas daturum respondit, nisi charissimi sui Frothonis mentionem mandatis inseritam haberet: q̄ se scurræ vel parasiti more lautioris alimonię gratia ad alienæ culinę nidorem decurrere solitum existimauerit. Quod postq̄ Helgo ex satellite cognouit: regiam ingressus Frothonis filię titulo consalutatū senem conditæ ex prouocatione pugnę socium deposcit: cui ob hoc se minus sufficere dixit q̄ cōficiatū secum partis numerum conditionis modus incertum reliquerit. Quem Starcatherus loco certaminis ac tempore cognito non solum supplicem recepit: verumetiam auxiliū promissione firmatum Daniam cum comitibus repetere iussit: affirmans se eius aditum occulto callis compendio quęsiturum. Quo discedente interiectis diebus profectiōē orsus: si famę credi fas est, velocitate gressus tantum locorum diali itinere emensus proditur, quantum præcedētes diebus duodecim peragrassę dicuntur: ita vtriq; fortuito vestigiōrum concursu vno eodemq; tempore destinatos: Ingelli penates attingerant vbi cū Starcatherus ministrorum more mensas conuiuuiis obitas præteriret: præmemorati. ix. plenis deformitatis gestibus toruos ore fremitus dantes ac more scanico decursantes in pugnam se mutua adhortatione firmabant. Sunt qui eos venienti athletæ fauientium canum exemplo oblatrasse perhibeant. Quibus Starcatherus increpatis q̄ adulterino oris habitu ridiculam sibi formam conciscerent, patulisq; buccarum rictibus lasciuirent: taliter effœminatorum dissolutam molli- tiem intemperantiæ suæ luxum deducere prædicabat. Interrogatus igitur an ei dimicandi virtus suppeteret: non vnum tantum verum quolibet admissos excipiendi certissimas sibi vires exstare respondit. Quod audientes nouem: animaduertunt hunc esse quem in subsidium Helgonis elonginquo venturum acceperant. Idem vt sponsæ thalamum attentioribus vallaret excubiis: voluntariam vigiliarum curam amplexus: reductas cubiculi fores obicis loco gladio obserat, stationis suæ beneficio securam nuptiis quietem daturus. Experrectus Helgo cum somni stupore discusso: promissum memoriæ subiecisset: armis corpus induendum curauit. Animaduertens autem paruulam noctis adhuc supereffe caligi

Saxonis Grammatici.

nē cum prestolari veller diluculi tēpus: cū animo propinqui discriminis negociū volutaret: obrepentis furtim somni suauitate puentus grauatū stupore corpus lecto restituit. Quē vt Starcatherus prima luce superueniens dormientē vxoris amplexibus inhaerere cognouit importunę concussionis molestia a quietis ocio reuocare passus non est: ne per ignauiam excitandi officiū presumere & tam recentis copula dulcedinē interpellare videretur. Solus itaq; periculum petere q̄ aliena voluptatis offensione comitem quarere speciosius duxit. Tacitus igitur vestigium retulit, cā pumq; qui lingua nostra Roliung dicitur cum contemptu aduersariorū ingressus: sub montis cuiusdā cliuo sessione quęsita aduersum ventis ac niuib; corpus pbuit. Tunc ac si verna coeli tēperies aspiraret, deposita veste demendis operam pulicibus dabat. Purpureū quoq; quo nuper ab Helga donatus fuerat sentib; amiculū iniecit: ne contra saeuientia grandinis tela indumentorū vmbacula mutuatus videretur. Tunc venientes athletę: montē ex opposito subeunt: auersumq; ventis sedēdi locum petentes accenso frigus igne depellunt. Deniq; nō viso Starcathero, quendā montis fastigio immittunt: qui tanq̄ e specula liquidius eius contēplaretur aduentū. Is post q̄ montanę celsitudinis verticē conscendit: in deuera eius parte senē prospicit: scapulis tenus niuali desuper resperione contactū. Percontatur itaq; an is sit qui promissas pugne partes agere debeat. Cumq; se hunc esse Starcatherus astrueret: superuenientes cateri pariter ne omnes an singillatim excipere statuisset interrogāt. At ille quoties mihi (inquit) triste canū agmen oblatrat, simul nō vicissim eos abigere soleo. Ita se cū vniuersis q̄ singulis cōfligere malle significās: aduersarios prius dictis q̄ armis contēnedos putabat. Inito cōflictu sex eorū absq; mutuo vulnerū receptu prostrauit: tres vero residuos q̄q; decem ac septem vulneribus ita ab eis affectus esset: vt maior viscerū pars ventre elaberetur, nihilominus fratrum exemplo consumpsit. Cumq; extis vacuus: labefactis viribus graui sitis angustia premeretur: petendę portionis cupiditate per genuans: labētis cominus riuū lympham exposcit. Quē vt cruore tabidum animaduertit: a polluto eius haustu fastidita aque specie tēperauit. Anganturus siquidē inter amnis fluenta prostratus: ita alueum eius sanguinis sui rubore conspexerat: vt iam nō aquis: sed roseo quodam liquore manare videretur. Ita Starcatherus corporis viribus defici q̄ eas a tam foeda portione mutuari speciosius duxit. Igitur consumpto pene robore saxo quod in vicino forte situm erat genibus aduolutus: paulisper eidē accliuīs incubuit. Cuius caua adhuc superficies cernitur: ac si illam decubantis moles conspicua corporis impressione signasset. Ego autē hęc imaginem humana arte elaboratam reor cum veri fidem excedere videatur inflexibilem petre duritiam ita cere molliciem imitari potuisse, vt solo innitentis contactu humane sessionis speciem repręsentaret, habitumq; perpetuę concauitatis indueret. Cumq; Starcatherum quidam forte curru pterit: toto pene corpore sautiatum vidisset, horrore rei pariter atq; admiratione per morus, propius lora defleuit quarens quid sibi prāmū foret si plagas eius medendū officio prosequeretur. Sed Starcatherus vulnerum acerbitate cruciari q̄ sordidę conditionis hominum ministerio vt pceptans: officium eius ac genus cognoscere institit. Quem cum praconis partibus fungi didicisset: spernere non contentus: etiam conuitio proculcauit: q̄ cunctis honestatis partibus neglectis: scurrilitatis officia seclaretur: omnemq; vitę cursum nefanda semper opinione resperferit: & quęstus loco pauperum duxerit detrimenta: nemini innocentiam tribuere: cunctis accusacionis iniuriā irrogare para

Starcatherus ix. fratres athletas necat.

Starcatheri forma saxo impressa.

Historiæ Danicæ Lib. VI. Fo. LX.

tus. tunc precipue letus: cum quid alienis luctuosum reb⁹ incideret. dum in hoc maxime sua defudet intentione: ut omnium actus insidiosæ explorationis arte cognoscat. & innocuos mores questu fraudis occasione perstringat. Abeunte eo: superuenit alius opis medelæq; promissor: qui prioris exëplo conditione fateri iussus: Ancillam se cuiusdam in matrimonio habere, eiusq; domino emancipandæ coniugis gratia rusticum opus depedere testabatur. Cuius opera Starcatherus idcirco se uti nolle perhibuit q̄ erubescendo connubii genere seruiles sibi conciuisset amplexus. Cui si quid virtutis suppeteret: fastidita alieni saltem familiaritate mancipii libera thori particeps frueretur. Quantam porro huius viri magnitudinem existimemus qui summis vitæ periculis implicatus: tantum se in repellendis auxiliis gessit quantum in excipiendis vulneribus gesserat. Itaq; discedente eo subiens scemina fortuito senem præteribat incessu. Quæ cum pertergendorum eius vulnerum gratia propius accessisset: in primis quo genere aut officio esset experire iussa: ancillam se molendi officio assuetam perhibuit. Quam rursus Starcatherus an prole haberet percõratus, postq; scemineam ei sobole esse cognouit: domum abiit: & vagienti filiam mamas præbere iussit: per q̄ deforme existimans: ab extreme fortis muliercula subsidium mutuari. Quinetiam melius eam proprium sanguinem lactis nutrimentis q̄ aliena vulnera remediis prosecutura sciebat. Hanc quoq; discedentem iuuenis curru delatus insequitur. Qui cum conspecti senis vulneribus opem laturus accederet: quisnam esset rogatus. agricola se patre natum rusticumq; laboris operibus assuetum subiunxit. Cuius Starcatherus natalibus collaudatis: officium quoq; ueneratione dignissimum iudicauit. q̄ talibus vitæ subsidia iusto laboris commercio peterentur qui nimirum questum non nossent: nisi quem fusi sudoris impendio peperissent. Nec immerito ruralis vitæ habitum etiam excellentissimis opibus præferendum putauit, cuius integerrimi fructus inter splendidam abiectamq; fortunam mediocritatis gremio, orti educatq; videretur. Ne autem indonatum iuuenis humanitatem relinqueret: chlamydem a se vepribus interiectam oblate dignationis præmiu effecit. Accedens itaq; rusticole filius: euulsas stomachi partes pristino loco restituit: elapsamq; extorum congeriem nexili viminum complexionem perstrinxit. Deinde exceptu vehiculo senem ad regiones usq; penates pleno uenerationis studio deportandum curauit. Interea Helga verbis magnam præ se cautelam ferentibus: virum instruere aggressa: scire se inquit Starcatherum mox ut victis pugilibus remearet: absentie poenas ab eo sumpturum: a quo plus ignauie & libidini q̄ conditi certaminis fidei indultum existimet. Cui ideo acrius resistendum fore: q̄ fortibus parcere: ignauos odisse solet. Cuius prædicatione Helgo eque ac consilium veneratus: corpus animuq; capeffendæ virtutis ardore firmavit. Cuius Starcatherus ad regias esset edes delatus: vulnerum dolore neglecto: ocyus curru defiliit: ac veluti toto integer corpore nuptialem irrupens thalamum: pugno valuas perfregit. Tunc lecto exiliens Helgo: ut coniugis erat consilio doctus: aduersæ eius fronti ferrum immerfit. Cuius secundum vulneris meditatione denuo ferrum adacturus videretur: Helga thoro ocyssime euolans senem ab imminente exitio correpti vmbonis interiectu defendit. Quod tamen ab Helgone validiore ferrum impulsu medio tenuis vmbone dissectum est. Ita laudabilis scemina ingenii amicum auxilio prosecuta, quem consilio læserat, manu seruauit: utq; monitis maritum: ita factis senem protexit. Quæ res Starcatherum ad incolumitatem Helgoni tribuendam adduxit. præfactum parci oportere cui certum virtutis indicium præsens fortitudinis fides exhibeat. Morte siquidem indignissimum prædicabat: quem tanta resistendi fiducia

Starcatheri magnanimitas.

Agriculturæ laus.

Helgæ consilium impiu.

Baronis Grammatici.

Starcathe-
ri factū di-
ctum.

ppius accersito quidita ceteri luctuosa facie essent/ingrit. Quo sororis suae pudicitiam ni cuiuspiam defensio ocyus intercederet pxime per acerrimos pugiles pro fanandam dicente, pcontatur rursus qd prami recepturus foret q salutem suam pro virgine deuoueret. Super quo Olauus per filium interrogatus, filiam ppugnatori cessuram respondit. Quae vox praeipua Oloni subeundi discriminis cupidine attulit. Consueerat autem virgo hospitum vultus propius accedendo qcuriosissime praelato lumine cōtemplari: quo certius susceptorum mores cultumq; perspiceret. Eandem quoq; creditur ex notis atq; lineamentis oris conspiciendū ppendisse pro sapiam/solaq; visus sagacitate cuiuslibet sanguinis habitum discreuisse. Quae quū Olonem scrutabundis aggressa luminibus cōstitisset inusitato oculorum eius horrore perstricta, pene exanimis concidit. At vbi sensim redditus vigor/spiritusq; liberius in ea te coeperat rursus iuuenē cōspicari conata, lapsa repente corpore ceu mente capta p̄cubuit. Tertio quoq; dum clausam deiectamq; aciem attollere nitit̄, non modo oculorū motu/certe etiā pedum regimine defecta, subito lapsu decidit. Adeo vigorē stupor heberat. Quo viso Olauus cur toties casum corpe prabuisset interrogat. Qua se truculento hospitis vsu p̄cussam testante / eundemq; et regibus ortum/ et si raptorem vota refelleret suis p̄q; dignum amplexibus asserente, rogat a cunctis Olo: nam os pilleo obnuptū habebat: discusso velamine cognoscendi captis notas praebere. Tum ille cunctis mcerorem deponere/ animiq; procul a dolore habere iussis, detecta fronte auidius omnium in se oculos eximīa pulchritudinis ammiratione deflexit. Flaua quippe cōsaries/nitentiq; capillitio erat. Ceterum pupillae ne visentibus formidini forent, palpebris arētius obstringendas curabat. Crede res repente animis spe meliorum erectis tripudiarē cōiuuas/dissultare aulicos/suum mamq; agritudinem effusa mentium hilaritate conuelli. Igitur spe metum leuante altera cōiuuii facies: nec quicq; initio par aut persimile fuit. Ita benignum vnus hospitis promissum cōmunem omnium formidinem propulabat. Inter haec Hiallus et Scatus cum decem vernaculis supuenientes tanq; puellam illico sublaturi tumultuoso cuncta clamore miscebant/ regem ni filiam in expedito sisteret, euocantes in pugnam. Quorum debacchationem prinus Olo spōsione certaminis excipit, cōditione adiecta, neq; furtim tergum dimicantis incesset: sed aduersis tm̄ pugna cōgressibus staret. Deinde gladio Iogthi dicto solus duodecim p̄stratis maius adulescente opus edidit. Ceterum pugnae locum insula dabat stagni mediū tenens: vnde non longe vicus abest, qui cladis huiuscemodi monumentum Hialli et Scati fratrum vocabula coniunctim referens/prabet. Igitur puella sibi in praeium victorie data quum filium ex ea sustulisset, Omundum reperendi patris licentiam a socero naetus postq; patriam a Thorone regulo per Tostonem Victimarium et Leoratum cognomine praeditum oppugnari cognouit, ad conferendam cum eis manum solo satellite muliebriter culto contentus/perrexit. Cumq; non longe Thoronis adibus abesset, suum/comit̄sq; ferrum cauatis baculis cōdendum curauit. At vbi regiam subiit verum oris habitum adulterina specie suppressens, obtritum annis hominē simulabat. Apud Syuardū vero se Egentium regem fuisse/ filiq; eius Olonis odio pertinacius actum exulare dicebat. Quem mox aulicorū plariq; regis nomine con salutantes genibus nixi manus ei per ludibrium offerre coeperunt. Quibus ille qd ioco gesserant ratum habere iussis/ferro quod baculis inclusum gestabat erepto, re gem inuadit. Itaq; pars Olonem iuuare/ iocum pro serio ducere: nec fidem per ludi

l. meare. 4. p. 100.

De gladio Olonis.

*Monaster. vni. anti. qui. l. d. r. ad.
scr. p. t. m. supplet. 4. p. 100.*

Historiæ Danicæ. Li. VII. F. LXXVI.

brum præstita violare. Complures voci vanitate rescissa a Thoronis partibus stare. Igitur anceps intestinumque prælium oritur. Denique Thorone non minus suorum quam hospitis armis oppresso, Liotarus letaliter saucius victorem Olonem tam ingenio viuudum quam acrem operibus iudicans, Vegeti cognomento donauit: eundem fraudis exemplo qua circa Thoronem usus fuerat periturum uaticinans: Indubitanter quippe domesticis occasurum insidiis. Et cum dicto repete exanimatus est. Itaque suprema morientis vox futurum victoris exitum augurii sagacitate complexa dinoscitur. His gestis Olo non prius se patri restituit, quam pacem eius penatibus reportauit. A quo recepta pelagi dominatione. lxx. maritimos reges nauticarum virium certamine consumpsit. Inter quos Biruillus et Huiruillus: Thoruillus quoque Nefi et Onef/Reduarthus/Randus atque Erandus præcipui noscebantur. Cuius rei fama ac titulo pugiles, quorum omne fortitudinis studium inhiabat accensos ad firmendam secum societatem frequentes adduxit. Quin etiam effrenati ingenii iuuenes claritatis cupidine concitatos stipatores adciuit. Inter quos Starcharerum summa dignatione susceptum familiarius quam vtilius colebat. His viribus instructus ita finitimorum regum petulantiam opinionis suae magnitudine castigauit: ut iisdem gerendorum inuicem bellorum manus curam audaciamque detraheret. Post hæc ad Haraldum profectus ab ipsoque maritima prælatione donatus, tandem Ringoni in commilitium delegatur. Eodem tempore Bruno quidam omnium Haraldii consiliorum vnicè particeps ac conscius habebatur. Huic ipse et Ringo quoties secretiore nuntio opus habebant/mandata credere consueuerat. Quem familiaritatis gradum educationis et crepundiorum consortione adeptus fuerat. Quo fluminis cuiusdam aquis inter assiduos profectuum labores assumpto: Orthinus eius nomine et habitu subornatus insidiosæ legationis cura arctissimam regum concordiam labefactauit: tantaque inimicitias ferentis fallacia fuit, ut amicitia ac necessitudine vinctis mutuum odii rigorem ingeneraret: quod absque bello satuari non posse videtur. Primum apud eos tacita adoleuere dissidia: donec vulgaris vtrinque studiis/arcanus in publicum liuor erumperet. Denuntiatis itaque inimicitias colligendis belli instrumentis septem anni cessere. Sunt qui Haraldum non liuoris impulsu/aut regni æmulatione: sed industrio quodam/spontaneoque conatu clandestinas exitii causas quæsiuisse testantur. Quum enim ob senectam/seueritatemque ciuibus etiam onustus existeret, ferum morbi cruciatibus anteponens, spiritum in acie quam lectulo deponere præoptauit/consentaneum præteritæ vitæ operibus exitum habiturus. Itaque quo mortem suam clariorem efficeret/inferosque comitator peteret, complures fati confortes adsciscere gestiebat/futuræ cladis materiam vltro nea belli instructione molitus. His ergo de causis tam propriæ, quam alienæ necis auiditate correptus ut par vtrouique strages incideret, pares vtrinque copias instaurauit/aliquanto fortius Ringoni robur applicans, quem victorem superesse maluerat.

Olo. lxx. maritimos reges extinxit.

Explicitus est Liber Septimus.

k iiii

Historiæ Danicæ. Li. VIII. Fo. LXXVII.

concefferat: Hømi & Høsa. Thulhim Hastinusq; & Hythin gracilis: Dahar quoq;
 cognomento Grenski. Sed & Haraldus Olauo genitus patre. Ex Hatica vero pro-
 uincia Har atq; Herlewar cum Hothbroddo: cui Effreni cognomen erat: Danicis
 militauere castris. At ex Imica regione Humnehy, & Haraldus adueniunt. Quis
 bus applicant a septentrione Haki Bemonisq; filii Sygmundus & Serker.
 Horum omniū clientelam rex liberali familiaritate coluerat. Nam primis apud ip-
 sum honoribus habitis: cultos auro gladios, opimaq; bellorum præmia perceperunt.
 Aduenerant & editi Gandal sene: quos Haraldus familiares clientela vetus effe-
 rat. Igitur frequens Danica classe pelagus Sialadiam Scania: veluti inter sito ponte
 committere videbatur. Quas quidem prouincias intermeare cupientibus conser-
 tissimo nauium globo pedestre compendium exhibebat. Sed ne improuidis bellum
 Sueonibus pararetur: mittuntur ab Haraldo, qui Ringoni palam inimicitiam
 mandata perferrent: ipsamq; sequestre pacis direptionem vulgarent. Hisdem pu-
 gnæ locum præstituerent iustum. Igitur qui Haraldo militauerant hi fuere quos edi-
 di. At ex parte Ringonis computantur Vlf, Abgi, Windar, Eyil luscus, Gorar,
 Hildi, Gutí, Alf patre genitus. Stur robustus, Sten, Wienica paludis accola. Ap-
 plicantur hisdem Gerth Alacer, Gromer, Wermicus. Post quos septentrionales
 Albia finitimi supputantur. Saxa, Fletir & Saligothus, Thord nutabudus, Thron-
 dar nasutus, Grundí, Othi, Grinder, Toui, Coll, Byarchi, Hogni ingeniosus Rokar
 fuscus. Hi siquidem multitudinis collegium aspernati in vnam se aciem a cætera
 cohorte seceuerant. Præter hos Rani: cui Hyld pater erat: & Lyuth Guthi: Sueo
 quoq; superne tonsus: Rethyr accipiter, & Rolf vxorius numerantur. Quibus con-
 globantur Ring Athylæ filius Haraldusq; Thothni editus vico. His annectuntur
 walfenwicensis Thorulf spissus, Thengil procerus, Hunsolwe, Bir wil pallidus,
 Burgar, & Scumbar. At e Thelemarchia fortissimi venerant: quibus animi pluri-
 mum: fastus minimū erat. Thorleuar pertinax, Thorkill Guticus, Gretir iniquus
 irruptionumq; audax. His succedūt Haddir durus, & Roldar articulus. E Norua
 gia vero memorantur Thronder, Thronski, Thoki moricus, Rafu candidus, Haf-
 war, Biarni, Blihar cognomento simus, Biorn e vico Soghni, Findar maritimo ge-
 nitus sinu: Bersi quoq; apud Falu oppidum creatus. Syuardus verris caput. Ericus
 fibulator, Alsten, Harki, Ruthar, Rawi, Erlingar, cui Colubra cognomentum erat
 At e Yathrica prouincia prodire Od Anglus, Alf multiuagus, Enar protuberans
 Ywarusq; cognominatus Thruwar. A Tyle autem venere Mar Ruffus: eo videlicet
 et pago, qui Mithfrithi dicitur ortus, educatusq; Grombar annosus. Gram Brun-
 delucus. Grim ex oppido Skierum. Apud Seaha Fyrchi quidem prouinciam satus
 Deinde Berhgar vates aduertitur: cui Brahi & Rankil comites adhibentur. At
 Sueonū fortissimi hi fuere. Ar, Backi, keclu, Rarll, Croc agrestis: Guthfast, Gum-
 mi e Gyllmarchia. Qui quidem Frø dei necessarii erant, & fidissimi numinū arbi-
 tri. Ingi quoq; & Oly, Aluuer, Folkí patre Elrico nati: Ringonis militiam ample-
 ctuntur viri quidem manu prompti: consilio vegeti: proximaq; Ringonem fami-
 liaritate complexi. Idem quoq; ad Frø deum generis sui principium referebant.
 Inter quos & Simundus aderat ex Sigtim oppido forensis quidem athleta emptio-
 numq; ac venditionum contractibus asuetus. Huic additur Frosty cognomento
 crucibulum. Cui sociatur Alf elatus e vico Vpsala. Idem & iaculari promptus & in-
 acie præire solitus erat. At Olonem. vii. reges manu, consilioq; promptissimi stipa-

*manuscriptus in hacten in hacten
 qui pater d'f'uldes, Aquide
 Ringi uxoris. fol. 79. b.*

**Bellatores
 Ringonis,**

Athyla.

*quod Gothorum nomen
 ad Thengil etiam vult
 per hinc in
 est. fol. 79. c. 1.*

fol. 76. b.

**Olonē. vii.
 reges secuti**

Historiæ Danicæ. Li. VIII. F. LXXVIII.

facili sustineant: nec imperium quod sibi iuuenta florenti pepererat senectute cōfecto
 demi permittant. Deinde canentibus lituis summa vtrinque vis cōseritur bellū. Cre-
 deres repete terris ingruere cœlū, sylvas cāposque subidere, misceri omnia, antiquū **Acce plū.**
 rediisse chaos, diuina pariter & humana tumultuosa tēpestate cōfundi, cunctaque si-
 mul in perniciem trahi. Nam ubi ad teli iactum peruertū, intolerabilis armorū stris-
 dor incredibili cūcta fragore compleuit. Vapor vulnerū repentinā cœlo nebulam
 intēdebat, dies effusa telorū grandine tegebatur. Nec parū in acie funditorū opera
 valuit. At ubi pila manu aut tormētis excussa cōminus gladiis, ferratisque clauis de-
 cernitur. Tum vero plurimū sanguinis periclitatum est. Igitur festis manare sudor
 corporibus cœpit, mucronūque crepitacula eminus exaudiebātur. Illic **Starcathe-**
 qui belli huius seriē sermone patrio primus edidit, prior in acie dimicans **Haraldi rus.**
 proceres Hun & Elli, Hort, ac Burgha a se prostratos, abscissamque Wisne dexteram
 cōmemorat. Ceterū Roa quendam cū duobus aliis Gnepia & Garthar a se in acie
 vulneratos occubuisse declarat. Hisdem Scalki patrē tacito nomine applicat. Idem
 fortissimū Danorum Haconem a se in terrā prorutū: sequē ab eo ita mutuo vulnera-
 tum testatur: vt exfertū thorace pulmonem ceruicēque mediotenus scissam, manum
 quoque vno truncam digito gerens excederet bello: diuque hiscens plaga nec cicatricis
 capax, nec medellæ habilis videretur. Eodē teste puella. **Wegthbiorg** in hostē dimi-
 cans Soth pugilem acie strauit. Eandem athletarum cædibus imminentem **Thor-**
killus Thelemarchiæ ortus emissio per chordam spiculo traiecit. Tanta enim vi pe-
 ritū arcuū Guttones neruos intenderant: vt clypeos quoque iaculis transfuerberarēt:
 nec alio efficacior cædis extitit causa: Loricas, Galeasque perinde ac inermia corpora
 sagittarū acumina penetrabant. Interea **Vbbi Freficus** prōptissimus **Haraldi miles**
 ac præ aliis habitu corporis insignis præter. xi. quos in acie vulnerauerat, xxv. dele-
 ctorum pugilum interfecit. Hi omnes Sueti sanguine fuere, vel Gothi. Deinde primā
 aggressus acie cōseratissimos hostes insilit, palantesque metu Sueones hac illac hasta
 gladioque dispellit. Et iam pene res in fugam cesserat: cum Hagder, Rolder, & Gretr
 æmulatione virtutis Athletam adorti publicā perniciē priuato redimere periculo
 statuerunt. Verum cōminus instare veriti spiculis procul agendū curabant. Sicque
 crebre sentibus iaculis eminus **Vbbo** confoditur nemine propius cum ipso manū
 conferere præsumēte. Centū quadraginta quatuor sagittæ prius pectus præliantis
 obsederant quā lapsis corporis viribus solo poplite daret. Tum demū per **Thrandos,**
 eosque qui **Dala** prouinciam colunt ingens de Danis clades accepta est. Nam summa
 sagittariorū vi reuadit bellū: nec alia res nostris perniciosior fuit. At **Haraldus**
 cum defectam lumine senectam ageret triste suorum murmur exaudiens intellexit
 superiorē hostibus arrisisse fortunā. Igitur vt erat falcato curru vectus **Brunonem**
 aurigæ per insidias officio fungentem qualem **Ringo** in centurianda acie tenorem
 habuerit cognoscere iubet. Qui paulum soluto in risum vultu corniculata illum
 acie præliatum respōdit. Quo audito rex trepidare animo cœpit, ac per summam
 admirationem percontari quo **Ringo** talem ordinandæ agminis doctrinam aucto-
 re cōtraxerit. maxime cum **Othynus** disciplinæ huius traditor ac repertor exti-
 terit: nec ab ipso quispiam præter se nouum hoc rei bellicæ documentū per ceperit.
 Ad quod silente **Brunone** subiit regem **Othynum** hunc esse olimque familiare sibi
 numen impræsentiarum dandæ vel subtrahendæ opis gratia versiformi corporis
 habitu regi. Cui mox supplicare obnixius cœpit vti **Danis**, quibus ante clementer

Starcathe-
rus.

Wegth-
biorg.

Vbbi.

De morte
Vbbonis.

Dala.

*De posteris Haraldæ hæc dicit. Add. p. 205.
 Haraldus Hilditan Danicæ Rex n. 885.
 + 735 at. h. 180. a quingentis*

*Einsteinus, Hildita v. Althit.
 hoc post patrem in iuicia reuocari,
 non aliam rem in iuicia reuocari,
 saga Bötius alium nominatum. De pro-
 gena quo nihil constat, nisi quæ ra-
 tione in iuicia reuocari. Et nescio,
 qui Haraldus iuicia. Igitur de
 huius non potest. Sed eam in
 an sagittarum inuenerunt, curia a
 minus fuit. Natus 700, pater 1130
 annum ætatis 773, Haraldus
 quicquid, sagittarum fuit, huius
 iuicia. De iuicia reuocari.*

*Haraldus Hilditan Danicæ Rex n. 885.
 + 735 at. h. 180. a quingentis*

*Haraldus Hilditan Danicæ Rex n. 885.
 + 735 at. h. 180. a quingentis*

Historie Danice. Li. VIII. Fo. LXXIX.

*Et primus regna, quibus in regibus prosperam ditionem habuerat, huc non pertinet, sed ex duobus duobus com-
positus est, ex Clavo. Anali, de quo hic fol. 75 b. et ex Alro regno vnde ludo III filio. K. fol. 74 b. v. p. 324. + 325 b.*

Ille ut rem ferro exequeretur adductus vrentē balneis regem susceptis cruenti mia-
nisterii partibus attentare constituit. Quo lauante ingressus mox acri ipsius visu lu-
minūq; continua mobilitate vibrantium fulgore perstrictus occulto metu hebetas-
tis artubus vestigium pressit, relatoq; pede manū propositūq; suspendit. Itaq; qui
tot ducum tot pugilum arma protruerat vnus inermis viri aciem ferre non po-
tuit. At Olo sane vultus sui conscius oblecto ore accedere eum propius & quid af-
ferat edere iubet: quippe quem vetustas conuictus & longa familiaritatis experien-
tia ab insidiarum suspitione alienissimū faciebant. At ille distracto mucrone profu-
liens transfuerberat regem, nitentisq; assurgere iugulum ferit. Centum & viginti
auri libræ in præmio reponebantur. Post modum poenitentia ac pudore percul-
sus tanta animi acerbitate commissum facinus luxit vt si mentionem eius incide-
re contigisset a lachrymis temperare non posset. Adeo culpæ atrocitatem resis-
piscens animus erubescibat. Præterea aliquot ex his quorum instinctu vsus fue-
rat in sceleris a se commissi vindictam occidit: & cui factio manum tribuerat præ-
buit vltionem.

Olonis ocu-
lorū acies.

Olonis cae-
des.

Poenitentia
Starcathe-
ri.

f. 116



Aeterum Omundum Dani Olone ortum creauere regem: plus
parentis eius nobilitati q̄ meritis deferendum putantes. Hic post
q̄ maturuit in nullo paternis operib; defectior exiit. Siquidem
res ab Olone gestas, aut aquare, aut transcendere cura habuit.
Præerat eo tempore aliquantæ Normannorum genti Ringo: cu-
ius filiam Elsam Omūdo matrimoniū circūspicienti insignis cō-
mendaerat fama. Verum poscendæ eius spem singulare, Ringonis studium minu-
ebat. Is quippe solum spectare fortitudinis generum affectabat: rārum gloriæ in ar-
mis reponens quantum ceteri in opibus situm autumant. Igitur Omundus vt eo
claritudinis genere illustri euaderet: laudemq; sibi fortitudinis conciliaret viri-
bus votum impetrare conatus classe Noruagiam accedit, Ringonis regnum hære-
ditatis nomine tentaturus. Excipit amice illum lathriē Regulus Oddo qui Ringo-
nem certissimū patrimonii eius inuasorem assereret: seq; sapius ab eodem iniuriis
laccessitum deseret. Itaq; Ringone interim apud Hyberniam piraticam exercente
prouinciam propugnatorē vacuam adortus: præteritis popularium rebus peculia-
ria Ringonis bona rapinæ tradidit: eiusq; necessarios interfecit. Nam Oddo quoq;
Omundo manum iūxerat. Inter omnia autem facinora quæ varie ac multipliciter
gesserat nūq; quibus multitudine copiarū præstaret, vim inferre sustinuit: memor
se fortissimo parēte editum virtute nō numero bella gerere oportere. Interea Ringo-
nem a piratica reuertentē adesse cōtigit. De cuius reditu edoctus prægrāde mo-
liri nauigium cepit. Vnde tanq̄ e munimēto superne hostem telis appeteret. Huic
Atylonis Scanicī filii Homothus ac Thola remiges adiscūtur. Quorū alter guber-
natorē agere: alter prore præesse iussus. Nec Ringoni in his excipiēdis ingeniū aut
solertiā defuit. Quippe exiguā copiarū partē ostendēs: a tergo hostē incurlandū cu-
rauit: decuius astutia Omundus per Oddonē certior factus: qui in insidiis cōstitu-
tos opprimerēt mittit: Atylone Scanico Ringonē excipere iusso. Is imperio proni-
us q̄ felicitas obsecutus fractis bello rebus, acceptaq; strage victus refugit in Scaniā.
Igitur Omundus reparatis per Oddonem viribus pugnaturam pelago classē ex-
plicat. Quo tempore Atylo bellum Noruagicum ex somniorum visis haud dubie

Omundus
rex. xviii.

*Olone Omundus
hæc filius nec hære-
ditis potest. p. x. h. alia
h. f. 74 b. v. p. 325.
cf. fol. 82.*

Ringo.

*Vol fractus in Noruagia qui ad huc
appellatur Gudenon. G. ad. h. p. 70.*

Traniny.
*Incunabula
p. p. chris
231.*
*Law
p. 21.*
231.
231.

Saxonis Grammatici

speculatus redimēdæ fugæ gratia q̄ celerime nauigationē orsus Omūdū plio pro
pinquū grata societate psequitur. Cuius Omūdus opera frētus pugnā tā feliciter q̄
fidēter ingreditur. Nā habito per se cōfictu victoriā quā in suis amiserat recupera
uit. Quē Ringo mortifico vulnere perstrictus exanguibus contēplatus oculis ma
nu vt poterat mota (nā vox liguā defecerat) accersitū fore sibi generū obsecrat, ioc
cunde se fatū excipere asserens: si tali filiā cōnubio reliquisset. Nec respōso exceptus
extinguitur. Cuius excessum Omūdus lachrymīs psecutus Omothū: cuius fidā in
bello operā expertus fuerat: alterius filiarū Ringonis cōnubio donat. Alterā ipse cō

De Thrōdo
et Rusla,

plectitur. Eodē tēpore Rusla virgo strenuis militiæ operib⁹ muliebrē animū sup
gressa apud Noruagiā cū fratre Throndo crebros de rerū summa cōfictus habue
rat. Hac Omūdū Noruagiēsisbus præesse nō sustinēs in omnes Danorū deditirios
decreuerat bellū. Qd Omūdus nūtio expertus ad hūc tumultū cōprimēdū prōptif
simos destinat. Quibus superatis Rusla superbā ex victoriā nacta animū spe immo
dica raptū ad ipsam rerū Danicarū summā potēdā intēdit. Primū igit Hallandiæ
partes adorta ab Omotho & Thola a rege trāsmisiss excipit, victaq; bello refuga cō
cessit ad classē. Cuius. xxx. solæ rates ceteris ab hoste captis fugā nauigatione car
pserunt. Euitantē Danos sorore armis excipit Thronodus: a qua victus totq; exerci
tu spoliatus Dostrinas alpes permetiēdo neminē fugæ comitē habuit. Ita quē paulo
ante Danis cesserat mox fratre superior: fugā victoriā mutauit. Quo cognito Omū
dus ingenti Noruagiā classe reperit: primūq; Thelemarchiæ populū per Omothū
et Tholā clandestino cōpendio missos aduersum Ruslæ dominationem erexit. Quo
euenit vt Rusla regno per populares exacta, apud insulas: quas spe salutis accesserat
superuenientibus Danis terga sine pralio daret. Cuius fugā rex impensius persecu
tus inter ceptā pelago classē internicione deleuit: incruentq; victoriā ac speciosa
spolia cū summo hostiū discrimine retulit. At Rusla per paucis elapsa nauigiis inci
tatori fluctus remigio persulcabat. Quæ dum Danos declinat frater no trucidatur

Ruslæ exi
tus,

Thorias &
Bero pira
ta,

occurru. Adeo efficaciorē vim nocēdi incircūspecta solēt habere pericula: & quē mi
nus metuūt mala plerūq; instātibus grauiora gradus efficit. At rex Throndo ob
interfectionē sororis pfectura donato: ceteris vero sub pensione coercitis in patriā
redit. Ea tēpestate Thorias ac Bero prōptissimi Ruslæ milites apud Hyberniā pira
ticū munus edebant. Hī cognita dominæ nece quā se olim vlturos iurēiurando p
miserant Ringonē auide petitū duelli prouocatione sollicitāt. Qd abnuere quondā
probrosū regibus habebatur. Veterū enim claritudo principū ex armis potius q̄
opibus aestimabatur. Subeunt igitur Omothus & Thola q se puocatores regis pu
gna excepturos offerēt. Quibus Omundus impēse laudatis primū eorū operā ad
mittere vitādi ruboris gratia recusauit. Ad vltimū crebris suorū p̄cibus exoratus
aliena manu fortunā experiri sustinuit. Quo certamine Beronē occubuisse: Thoriā
grauiter affectū pugna excessisse pditū est. Quē rex primo e vulneribus recreatum
mox in fidē acceptū, ducē Noruagiæ creat. Deinde cū cōsuetū a Sclauis per legatos
tributū exigeret: nō solū legatorū cadibus: sed etiā vi Sclauica apud Iutiā laceffit⁹
vii. reges vno certamine superauit: solitūq; tributū ius victoriā cōfirmavit. Interea
Starcatherus prolīxa iam atate defessus cum castrorum stipendiis, ac gladiatorio
munere emeritus haberetur: ne senii vitio pristinum gloriæ decus amitteret: egre
gium fore putauit si voluntarium sibi concisceret exitum, fatumq; propriū ma
turasset arbitrio. Itaq; qui toties excellentes ediderat pugnas incruenta morte

Sclauorum
subiugatio
viii.
Starcathe
ri exitus,

Historiæ Danicæ. Li. VIII. Fo. LXXX.

defungi ignobile ratus: vt specioso obitu p̄terita vitæ claritatē auget maluit ab ingenio quouis interfici q̄ serū naturæ iaculū operiri. A deo quondā rei bellicæ deditis morbo oppetere probrosum existimatū est. Itaq; cū & corpore inualido & defectis perspicuitate luminibus esset, diuturnioris vitæ morā perosus emēdi in se percussoris gratia, aurum qd̄ pro Olonis interfectione meruerat collo appēsūm gerebat: non ap̄tius se violatæ maiestatis iniuriā expiaturū ratus q̄ si idem suæ qd̄ Olonianæ necis extiterat præmiū effecisset: aurūq; qd̄ pro aliena clade tulerat damno propriæ salutis impenderet. Hunc quippe vsum scelestissimi p̄t̄ii pulcherrimū credidit. Itaq; gemino cinctus ense totidē baculorū amminiculo vacua viriū vestigia tutabatur. Quo viso populariū quidā geminū gladiatorum vsum seni superuaculū ratus, donari sibi alterū per ludibriū periuit. Quē Starcatherus spe petitionis facta p̄t̄ius accedere iussum detracto lateri mucrone transuerberat. Qd̄ Hatherus quidē cuius patrē Lennonē Starcatherus olim parricidii p̄nitētia adductus occiderat: dum canibus feras insequeretur aspiciens omisso venationis officio duos e comitibus iniiciendū metus gratia concitatis vehemēter equis in senē impetū dirigere iubet. Qui dū procurus edito refugere cupiūt Starcatheri baculis intercepti morte supplicia luerunt. Quo spectaculo Hatherus admodū perterrefactus propius equo aduolat: agnitūq; senē, sed ab eo minime recognitus: An gladiū vehiculo permutare vellet iterrogat. Refert Starcatherus quondā p̄enas se ab irrisoribus exigere solitum: nec vnq̄ impune sibi a procacibus insultatū. Sed neq; iuuenem ex oris notis defuncta visu acies deprēdere poterat. Itaq; carmen qd̄ indignationis suæ magnitudinem patefaceret in hunc subtexuit modum.

Vt sine regressu pronas agit alueus vndas
Sic atas hominū cursim labentibus annis
Irreditura fluit, præceps ruit orbita fati:
Quam generat finem rerum factura senectus,
Illa oculos hominū pariter gressusq; relidit,
Eripit os animūq; viris famæq; nitorem
Paulatim premit, & claros obliterat actus:
Occupat occiduos artus: frustratur anhelę
Vocis opus, vegetaq; premit torpedine mentē
Dum paritur tussis: dum pellis scabida prurit:
Dens stupet exesus: stomachus fastidia gignit:
Euacuat iuuenile decus: marcore colorem
Oblinit: & picea crebras ferit in cute rugas.
Obturit egregias artes: monimenta priorum
Obruit & titulos antiquæ laudis adurit.
Demolitur opes: pretium virtutis & vsum
Carpit edax trāsuertit res & ab ordine turbat.
Ipse ego q̄ noceat didici damnosa vetustas:
Visu ager vocis modulis, & pectore rauci:
Cūctaq; in aduersam fluxerūt cōmoda sortem.
Iamq; minus vegetum corpus fulcimine tutor
Flaccida subiectis innixus membra bacillis,
Lucis inops moderor vestigia fuste gemello

Saxonis Grammatici

Et virga monstrante sequor compendia callis
Stipitis auspicio potius q̄ lumine fissus,
Nemo mei curam celebrat, nec in agmine quisq̄
Solamen veterano adhibet nisi forsitan Hatherus
Assit & infracti rebus succurrat amici.
Ille semel quécūq̄ pio dignatur amore
Integer incepti studio constanter eodem
Prosequitur primosq̄ timet peruellere nexus,
Ille etiam bello meritis bene premia crebro
Digna refert: animosq̄ colit: largitur honorem
Fortibus: & claros donis veneratur amicos.
Spargit opes, laudisq̄ suae cumulare nitorem
Dapsilitate studet multos superare potentes.
Nec minor ad Martem pietatem viribus æquat
Belligerare celer, labi piger, edere pugnam
Promptus/ & vrgenti tergum dare nescius hosti.
At mihi si recolo nascenti fata dedere
Bella sequi, belloq̄ mori: miscere tumultus:
Inuigilare armis: vitam exercere cruentam.
Castra quietis inops colui, pacemq̄ perosus
Sub signis Gradiue tuis discrimine summo,
Consenui: victoq̄ metu pugnare decorum:
Turpe vacare ratus: crebras committere cades
Egregium duxi, & strages celebrare frequentes,
Sæpe graues bello reges concurrere vidi
Et clypeos, galeasq̄ teri, crudescere campos
Sanguine, loricas affixa cuspi de rumpi.
Vndiq̄ thoraces admissio cedere ferro.
Luxuriare feras inhumato milite pastas,
Hic aliquis forte egregii conaminis auctor
Marte manuq̄ potens medium dñi pugnat in hostem
Intentam capiti lorica diffidit: alter
Casside perfossa, ferrumq̄ in vertice merfit.
Hic gladius sæpe dextra bellantis adactus
Tegmine discisso capiti destrictus inhesit.
C Contra Hatherus huiusmodi carmen habuit.
Vnde venis patrias solitus scriptare poeses
Infirmitate dubium suspendens stipite gressum
Quoue ruis Danicæ vates promptissime musæ:
Roboris eximii cassus decor excidit omnis,
Exulat ore color animoq̄ amota voluptas,
Destituit fauces vox & rauedine torpet.
Deseruit corpus habitus prior, vltima cepit
Illuies, formæq̄ notas cum robore carpsit.
Vt ratis assiduo fluctu quassata fatiscit.

Historiæ Danicæ. Li. VIII. F. LXXXI.

Sic longo annorum cursu generata senectus
Triste parit funus: defunctaq; viribus ætas
Occidit/et primæ patitur dispendia fortis.
Quis vetuit te note senex iuuenilibus vti
Rite iocis/agitare pilam/morsa nuce vesci!
Iam satius reor vt rhedam qua sæpe veharis
Venditor ensis emas/facilemve in frena caballum;
Aut pretio leue curriculum merceris eodem.
A prius inualidos sua quos vestigia fallunt
Excipient iumeta senes: rota proficit illi
Orbibus acta suis, cui planta vacillat inanis.
At si forte caues cassum venundare ferrum,
Ereptus tibi te perimet ni vaneat ensis.

¶ Ad hæc Starcatherus.

Improba verba seris facili temeraria labro
Auribus inconcinna piis: quid præmia ductus
Qui gratis præstandus erat per munera quaris!
Nempe pedes gradiar: nec rupiter ense relicto
Externam mercabor opem: natura meanti
Ius dedit/et propriis iussit confidere plantis.
Cur cui debueras vltro dux esse vianti
Ludibrio infultas/sermone procaciter vsus!
Quaq; olim gessi memori dignissima fama
Dedecori tribuis: meritum quoq; crimine pensas!
Quid risu insequeris vetulum pugnare potentem/
Inuictosq; meos titulos et splendida facta
Probro adigis/samosa terens et fortia carpens!
Qua probitate petis indignum viribus enses:
Haud latus hic imbelles decet, dextramve bubulci
Agrestem soliti calamo deducere musam:
Procurare pecus/aruis armenta tueri.
Nempe inter vernas olla vicinus obunctæ
Cruetula spumantis patinæ bulligine tingis/
Crassi adipis macrum perfundens vngvine panem:
Iusq; tepens furrim digito sitiente liguris,
Doctior assuetam cineri prostrernere Gallam/
Indormire lari somnos celebrare diurnos.
Sedulul officium nidantis obire culinæ:
Q; bello fortem iaculis aperire cruorem
Auerans lucem latebræ sordentis amator/
Mancipium ventris miserabile: parq; putaris
Sordida cum siliquis lambenti farra catello.
Hercule non tunc me ferro spoliare petebas:
Quando ter Olonis summo discrimine nati
Expugnator eram. Namq; agmine prorsus in illo

Saxonis Grammatici

Aut gladium fregit manus/aut obstantia fudit.
Hæc grauitas ferientis erat. Quid quando Curetum
Littus/et innumera constratum cuspide callem
Primus ligniferis docui decurrere plantis?
Nâq; aditurus agros confertos murice ferreo
Armabam laceros subiecto stipite gressus.
Hinc mecum egregiis congressum viribus Hamam
Enecui:mox cum Rino duce Flebace nato
Obtruii Kyrios/vel quas alit Estia gentes/
Et populos Sengala tuos. Post hæc Thelemarchos
Aggressus, caput inde tuli liuore cruentum
Quassum malleolis/armisq; fabrilibus ictum.
Hic primum didici quid ferramenta valerent
Incudis/quantumve animi popularibus esset.
Theutonici quoq; me poenas auctore dedere
Quum natos Suertinge tuos Frothonis iniqua
Cæde reos domini vindex ad pocula strauit.
Nec minus hoc facinus, quando pro virgine chara
Vno septenos necui certamine fratres
Teste loco: qui me stomacho linquente peresus
Non parit arenti rediuuium cespite gramen.
Moxq; ducis Kerri bellum nauale parantis
Vicimus egregio confertam milite puppim.
Inde dedi leto Wazam/Fabrumq; procacem
Multauit natibus caesis/ferroq; peremi
Rupibus a niueis hebetantem tela Wisinnum.
Quatuor hinc Leri natos/pugilesq; peremi
Biermenses/gentis Hibernæ principe capto,
Duffinæ populabar opes/semperq; manebit
Nostra Bra Wellinis virtus cõspecta trophæis.
Quid moror? excedunt numerum quæ fortiter egit/
Quodq; manu gessi ad solidum celebrare recensens
Deficio: sunt cuncta meo maiora relatu:
Vincit opus famam: nec sermo suppetit actis.

Starcathe
rus sibi cæ
de pcurat.

f. 70^b. 79^a

Hæc Starcatherus. Tandem quum Hatherum Lenno patre ortum mutuo sermone exptus fuisset/aiaduertens iuuenē splendido loco natū, feriendū ei iugulum præbuit/hortatus ne a parentis sui interfectore poenas exigere vereretur. Hæc facientem auro, qd a Lennone recepat, potiturū esse pmittit. Et vt eiusdem in se vehemētius animum efferaret, huiusmodi exhortatione vsus esse traditur.
Præterea Hathere priuauit te patre Lenno.
Hanc mihi quaeso vicem referas/et obire volentem
Sterne senem/iugulumq; meum pete vindice ferro.
Quippe operam clari mens percussoris adoptat:
Horret ab ignaua fatum deposcere dextra:
Sponte pia legem fati præcurrere fas est:

Baxonis Grammatici

culo occurrisse cognoscunt. A quo prius impetiti sanguine poenas dederunt. Ebbo quoque suis per mutuam stragem amissis, frequenter crustulis glacialibus annem inueto forte nauigio supat: Götaroque cladis suae potius, quam legationis euentum declarat. Quam rem Götarus a Syuardi instinctu perfectam iudicatis, iniuriarum vindictam armis exequi parat. Quo Syuardus apud Hallandiam expugnatus, sorore ab hostibus capta, concessit in Iutiam. Vbi Sclauorum vulgus pugnam sine principe ausum acie superauit: tantum gloriae ex victoria nactus quantum ex fuga dedecoris traxerat. Verum hisdem quos ductu vacuos debellauerat paulopost ducem nactus pugna apud Fioniam cessit. Aduersum quos idem tempore in Iutia praeriatu infelicem pugnae euentum habuit. Quo euenit ut Scania/Iutiaque exutus, media ditaxat regni veluti quaedam exesi corporis partes sine capite retineret. Iarmericus ex eo genitus cum sororibus admodum puulis praeda hostibus fuit: quarum altera Noruagienfibus, altera Germanis, quae venalia quodam solebant esse conubia, pretio venditata est. Itaque Danorum regnum fortissime propagatum tantis etiam maiorum titulis illustratum, tot victoriis auctum, ob unius viri inertiam ex summo nitore fortuna et florentissimo rerum statu eo ignominiam peruenit: ut pensionem quam prius exigebat, exolveret. Syuardus autem sapiens victoria cassus, ac deformium fugarum reus, post tot maiorum decora in tanta erubescendo patriae statu confusa regni gubernacula gestare non sustinens: ne diuturnior vita ad extremam gloriae iacturam pertingeret, speciosum sibi fatum pugna parere properauit. Quippe memorum calamitatis animo deponenda agritudinis cupiditate salutis fastidio cruciabat. A deo demum ruboris studium lucem ei inuisam effecerat. Igitur conpatis pugnae copiis, Simonem quendam sub Götaro Scania procurantem bellum aperte denuntiat. Quod obstinatis temeritatis viribus executus, occiso Simone, per summa hostium stragem vitam finiuit. Patria tamen praestanda pensionis onere liberari nequit. Interea Iarmericus apud regem Sclauorum Ismarum cum coauro sibi collatoque Gunnone coniectus in carcerem captiuus degebat. Quo demum erutus atque exercendi ruris culturae applicatus rusticum opus exequit. Ob cuius promptissimam administrationem ad regaliu mancipiorum magistratum transferret. Eo quoque syncerissime gesto, in necessarios regis gregem assumpsit. Vbi quum se iuxta aulicorum ritum egregia morum amoenitate gessisset, breui in amicorum numerum translatus primum familiaritatis locum obtinuit. Ac veluti quibusdam meritorum gradibus fretus ab infima sorte ad spectatum honoris fastigium concessit: et ne segne eneruere iuuentam ageret, militaribus se studiis assuefecit: naturae dotes industria cumulans. Grata omnibus Iarmerici indoles erat: soli reginae suspectum adolescentis ingenium fuit. Fratrem quoque regis fato functum repentinus rumor edocuit. Cuius corpus Ismarus amplissimo funere elaturus quo maior exequiarum pompa fieret, regia comitate conuiuium instruit. At Iarmericus alias cum regina familiaris curam sortitus ad fugam, cuius facultatem regalis absentia permittere videbatur, circumspiciendam accessit. Animaduerebat enim se etiam inter opes positum miserabile regis maceratum fore: et quasi alieno beneficio precarium spiritum possidere. Praeterea quum primis apud regem honoribus uteretur, libertatem delictis praerendam existimans, visendam patriam noscedique generis eximia cupiditate flagrabat. Scies autem quod regina neque captiuorum elabi posset conpetentibus prouidisset excubiis: quo viribus peruenire nequibat, arte assurgendum procurat. Fiscellam itaque byblos ac vimine textam, qua agrestes instar hominis formata aues arctis deturbare consueuerat, viuo cane conpleuit. Quam etiam detracto sibi cultu quo verisimilius humani representaret imaginem, textit. Deinde priuatum regis ararium demolitus, egestam inde pecuniam notis sibi tantum recondidit locis. Interea

Iarmericus
captus. #

Dania fit
vectigalis.

Iarmericus
rem rusticam
exercet.

Iarmerici
succensus.

#

Historiæ Danicæ. Li. VIII. F. LXXXIII.

Gunno absentiam socii simulare iussus, illata in regiam fiscella/impulsoq; ad latran-
 dum cane; percontanti qdnam hoc esset regina, mente captū clamitare retulit lar-
 mericum. Illa ad aspectum statuæ similitudinis errore delusa/insanum aede eiici iu-
 bet. Tunc Gunno platum foras statuam perinde ac furem sociū lectulo tradit.
 Sub noctem vero vigilis epularū hilaritate ac vino puehit largiore / abscessaq; dor-
 miētium capita quo turpiore eos morte cōsumeret/inguini sociavit. Excitata stre-
 pitu regina causamq; eius discere cupiens/concita fores petiuit. Sed dum caput in-
 cautius exerit, improviso Gūnonis ense confoditur. Quæ quū mortificū vulnus
 expta corrueret, reflexis in occiforem luminibus/Nullius, inqt, obrentū fraudis si
 incolumi mihi viuere licuisset, his finibus impunitus excederes. Ad hūc modū cre-
 bras in pccusorem minas moribunda profudit. Post hæc larmericus vna cum Gun-
 none præclari facinoris socio tabernaculū in quo rex fraternas cōiuuiū celebrabat
 exequias, cunctis temulentia victis admoto furtim incendio/cōplet. Quo latius sua
 fo quidā ebrietatis stupore discusso, immixtis equis depræhensos periculi insequan-
 tur auctores. At iuuenes primum iumentis quæ receperant vecti: ad vltimum his-
 dem prolixiori cursū debilitatis pedites dedere fugam. lamq; pene occupatis ama-
 nis remedio fuit. Pontem enim quem ante morādī persecutoris gratia præcisus ad
 medium trabibus non modo onerum impatientem: sed etiam ruinae ppinquū effe-
 cerant: prætergressi in opacam de industria voraginē concesserunt. Quibus immi-
 nētes Sclauū dū parū p̄specto piculo equis improvidi pontē onerāt, desidētibus ta-
 bulatis excussis, præcipitant in flumē. Sed dū enando ripā appetunt, a Gunnone et
 larmerico obstantibus intercepti merfi aut interfecti sunt. Ita iuuenes egregia cal-
 liditate vsi non vt fugitiua mancipia: sed quasi præditi consilio senes, maius ætate
 sua facinus ediderunt/ quod acute conceperāt efficaciter adimplendo. At vbi in lit-
 tus ventum, raptō quod fors obtulerat nauigio, in altum procedunt. Quos qui in-
 sequebantur barbari nauigare cōspēctos vociferando reuocare conati regnatos
 si redeant spondent: q; publico veterum instituto regum percussoribus regnorum
 successio decreta fuerit. Diu recedentium aures pertinax Sclauorum clamor pro-
 missis pellacibus exurdabat. Ea tempestate Buthlus Syuardi frater Danis perfun-
 ctorie præerat. A quibus venienti larmerico regnum tradere coactus ex rege pri-
 uatus euasit. Eodem tempore Gōtarus Sybbonem stupratæ sororis infimulatū oc-
 cidit. Cuius nece affines permoti ad larmericum eiulabundi decurrūt: seq; in vltio
 nem ppinqui Gōtarū cum eo oppugnatos pmittūt. Nec parū pmissa soluerunt
 Nam eorū auxiliis oppresso Gōtaro larmericū Suetia potiri contigit. Qui quum
 duarū gentiū impio fungeret, ante dñationis fidutiā Sclauos prælio tentat. Quoꝝ
 xl. captos applicatis totidem lupis laqueo adegit. Quē supplicii modū olim parrici-
 dis debitu ob hoc circa hostes pagere voluit: vt quantæ in Danos rapacitatis ex-
 titerint, ex ipsa atrocitate belluarū cōmunionē videntibus cōspicuum foret. Subacta
 quoq; regione præsidia locis opportuna disponit. Inde p̄fectus Sembonū/ Curetū/
 cōpluriumq; Orientis gentiū cladē exercuit. Qua regis occupatione Sclauū datā si
 bi defectionis materiā iudicantes/interfectis q; ab ipso præsidēs cōstituti fuerāt/ Da-
 niam depopulati sunt. Quorū classē larmericus forte e piratica rediens interce-
 ptam deleuit: eoq; facinore priores victoriarum titulos decorauit. Carterum opti-
 mates eorū primo tibias lotis traiectos/moxq; immanū taurorū yngulis alligatis
 molossiq; incessentibus raptim in cœnū/voraginesq; ptractos lachrymabili spectas

Regina cæ
des.

Buthlus
rex. l. f. 82

larmericus Cf. fol. 82. 83.
rex. li. 89. et sic de sign 4

Suetia sub
actio ^{quinta} ~~sesta~~
f. 80. a.

Sclauorum
subactio no-
na.
Decima.

Buthlus
r. p. ch.
376.

larmericus
r. p. ch.
357.

¶ Jarmericus, qui ad Dania Regem suum me pertinet, Duceo, et hanc uideat non. in uulgo, hanc uiam Vita
 pagans, Lohrbach, et Lamundi eada hoc modo exequitur. Sigurd, ab occiso, serpente sapinore, in uulgo
 dictus, ex Brynhilde, Gudruna, caronia, thego, Gyre, Arildugom, waqnarus, Lohrbach, postea de uulgo
 susceperat. Deinde Gudrunam, Guukū, regis ad dñonem, filiam ducens, epus frater Gudruna, Brynhilde
 repudiatam nubere fecerat, quoniam Sigurdum per uindictas tollit, in uulgo Brynhilde, quæ simul
 uoluntas sibi manus intulit, epusdem cum prore marito regi parti cepit futuræ, Gudruna postea
 nupta Brynhilde fratri, Gudruna regis filio Atleo, qui cum Guuklenges, Gudruna, matris, Gunna
 reu et Hagnum, per uanis cruciatibus necasset, Gudruna proprios filios, et Atleo suæpion, patri epulan-
 dos appetuit, Duceo deinde marito, aulam epus incendit, se quo in mare præcipitem dedit, sed hinda-
 rum adu ad peregrinum litus in coluina delata, regnanti eodem Duceo nupta, et ex eo hestikos
 Hamdrem, Lohrbach, et erpum suscepit. Jarmericus eadem hanc uiam hanc uiam Gudruna

Historiæ Danicæ. Li. VIII. F. LXXXIII.

posset a circumstantibus tabulati ope alleuandum curauit. Igitur innoxium vinculum parum compressis faucibus solam poena speciem præ se ferebat. Reginam vero firmissimo nexu humo astrictam æquis obterendam calcibus præbuit. Hanc tantam fuisse pulchritudinis fama est: ut ipsi quoque iumentis horrore foret artus eximio decore præditos fordidis lacerare vestigiis. Quo argumento rex innocentiam coniugis declarari coniectans: accedente erroris poenitentia falso notata festinat absolueret. Aduolat interea Bico qui supinam iumentis deturbare carminibus, nec nisi pronam obtineri posse firmaret. Quippe eam formæ suæ beneficio seruata sciebat. In hunc modum collatum reginæ corpus adactus iumentorum grex crebris alte vestigiis fodit. Hic Swauidæ exitus fuit. Interea canis cui Broderus assueuerat seu quibusdam questibus aggressus regem desistere domini supplicium videbatur. Eiusdemque illatus accipiter intimas corpori plumas rostro detrahere coepit. Ex cuius nuditate rex sumptis orbitatis auspiciis omen intercepturus præpropere qui filium laqueo detraherent mitterit. Perimplumem enim auiculam futurum se nisi cauisset absque liberis augurabatur. Liberato clade Brodero, Bico delationis poenas exolueret metuens, nuntiare Helleponticis pergit Swauidam a viro nefaria strage consumptam. Quibus viscenda sororis gratia nauigantibus ad Iarmericum reuersus parari bellum ab Helleponticis indicat. Rex incensibus que acie tutius dimicandum existimans, in eam quam ex adificauerat munitionem confugit. Vbi ad ferendam obsidionem comæatibus penitiora propugnacula armatis implebat. fulgentes auro cetera circumspensque clypei supremum adis ambitum adornabant. Contigit autem ut Hellepontici prædæ peritionem acturi magnam suorum manum peculatus insimulatam occiderent. Igitur que tantam copiarum pretem intestina clade consumplerant, aula expugnationem suis altiorum viribus rati venefica, cui Guthrone erat vocabulum, consulunt. Qua efficiente regis parte propugnatores subito oculis capti in se ipsos arma conuertunt. Quo viso Hellepontici applicata testudine primos portarum aditus occupant. Deinde conuulsis postibus irruptaque ad cæcas hostium phalanges obtruncant. Eo tumultu supueniens Othinus mediolique pliantium globos appetens, Danis quos paterna spiritus pietate coluerat ademptum præstigiis visum supera virtute restituit. Helleponticos vero corpora aduersum tela carminibus durare solitos crebro silice conuerberados esse prodicit. Ita utrumque agmen tua cæde consumptum interit. Iarmericus utroque pede ac manibus spoliatus truco inter exanimis corpe rotabatur. Cui Broderus parum idoneus successit in regnum.



OST hunc regnat Syualdus: cuius filius Snio senescente patre strenuum piraticum opus complexus patriæ res non solum seruauit: sed et diminutas in pristinum habitum reuocauit. Idem tyrannide suscepta Eskilli atque Alkilli pugilum insolentiam comprimendo Scaniam a Danicæ iurisdictionis integritate submotam ad societatem patriæ victoria reduxit. Tandem filia Gothorum regis mutuo amore perstrictus, conuenienda eius copiam clandestinis nuntiis tentat. Qui a patre puelle intercepti suspendioque consumpti improvida legationis poenas dederunt. Quorum Snio ultionem exigere cupiens quem Gothiam hostiliter aggressus fuisset, rege eius cum copiis occurrente, prædictorum pugilum puocatione rem per athletas gere re iustus hanc duelli legem edidit: ut alteruter regum pro varia athletarum fortuna aut proprium perderet, aut alienum lucraretur imperium, victique regnum in victoria præmio reponeret. Quo euenit ut Gothorum rex propugnatorum suorum infortunio supe

l iiii

*Swauilda
Species et
cædes.*

Canis & accipitris dolores.

*Conf. Puhm. Hist. Danicæ
L. 8. c. 12. p. 126.*

Guthrone venefica.

Othinus optulatio.

p. 126.

Broderus rex. lii.
Syualdus rex. liii.
Snio rex. liiii.

*Broderus
r. p. 126.
366.
Syualdus
r. p. 127.
371.
Snio
r. p. 128.
378.*

Saxonis Grammatici

Mendicus
procatur.

Annonæ
caritas.

Ceruisiæ
vsu interditi-
etum.
Bibacis
astus.

ratus regno Danis cedere cogeretur. Cuius filiam Snio quū in Sueonū regis cōnu-
bium paterno impulsu cōperisset adductam, quendā obsoleto habitu p̄ itinera pu-
blica stīpem petere solitum ad eam vsq; tentādā transmīsit. Qui quū egentū mo-
re pp̄nquum liminibus discubitum habuisset, visa forte regina exili vocula succi-
nens/Amat, inquit/te Snio. Illa allapsum auribus sonū dissimulanter excipiens nec
visu nec gradu relato p̄cedit in regiā, atq; euestigio regressa obscuro et vix aures
offendente sibilo/Amantem, inquit, me redamo. Eo dicto vestigium extulit. Quam
egenus mutuū amoris vocem edidisse gauisus die postera foribus assidens præsen-
te domina consueta sermonis breuitate, locum ait voto suppetere cōuenit. Illa rur-
sum argutæ vocis industriam colligēs summa cum dissimulatione discessit. Paruo
post percontatorem præteriens Bøcherør breui se puenturam asseruit. Hunc quip-
pe locum fuga petere destinauit. Qua de re egenus certior redditus solito percon-
tationis acumine competens promisso tempus cognoscere perseuerat. Illa vero nec
astu inferior / nec sermone lucidior q̄breuissime potuit, hyemis initium nuncu-
pauit. Caterum stīpatores eius qui leuem amatoria vocis iactum exceperant, ple-
num calliditatis ingenium extremæ stoliditatis delitamentū esse credebant. Quæ
quū Snio certius ex egeno cognosceret, reginā sublati mariti opibus lauandī simu-
latione digressam nauigio deportandā curauit. Postea vero septennumero inter ip̄m
ac Suethiæ regem/altero iustas repetente faces/altero illicitas tueri p̄seuerante, an-
cipiti euentu variaq; victoria dimicatum est. Ea tempestate per summam cæli intē-
perantiā agrorum vbertate corrupta ingens annonæ caritas incidit. Cumq; obor-
ta victualium raritate grauis plabē inedia laceraret, rex quonā modo t̄pis difficul-
tati succurreret anxius/quū aliquanto maiorem bibuloꝝ, q̄ edaciū impensam ani-
maduerteret, frugalitatem populo intulit: cōuiuiorū vsūm abrogans nequa ex fru-
ge porio parare edixit: acerbitatē famis sup̄stui haustus interdīcto pellēdā/atq; a si-
ti abundantiam esus mutuandam existimās. Tunc qdam petulantioris gulæ pro-
scriptam bibendi consuetudinē deflens altum calliditatis genus cōplexus nouā vo-
luptati licentiam repperit/ac publicā cōtinentiæ legem priuata intemperantiā sol-
uit/delictiarum vsūm a ridiculī op̄is acumine mutuatus. Vetiti em̄ liquoris gustu
minutim liguriendo vsus desiderium ebrietatis expleuit. Quam ob rem cōuentus
a rege integerrimum se frugalitatis obseruatorem asseruit/vtpote auiditatē hau-
stus moderatæ sumptionis ingenio castigantem: affixamq; sibi culpam sorbitionis
titulo tueri perseuerauit. Deniq; adiecto minarum terrore nō modo bibere, verum
etiam pitissare phibitus: consuetudini tamen imperare nō potuit. Vt em̄ tanq̄ licē-
te illicitis frueretur/nec gulam alieno subiectam haberet imperio, madefactis porio-
ne crustulis capace liquoris offula vescebatur: cupitamq; crapulam lento gustu p̄-
uexit: interdīctum satietatis modum haut secus ac licitum cōsecutus. Adeo perti-
nacissīma gulæ rabies salutem pro luxu deuouens/nec regiā qdem cōminatione de-
terrīta, ad omne periculum spernendum temerarium solidauerat appetitū. Secūdo
quoq; perinde ac violatæ cōstitutionis reus cōuenitur a rege. Sed ne tunc quidem
facti defensionem abiecit/nequaq; a se regalibus institutis obuiam itum esse conten-
dens/aut decretam edīcto cōtinentiā suis p̄fanatam illecebris: præsertim quum
lata frugalitatis lex ita parsimonīæ formam tradiderit: vt potandi magis, q̄ edendi
liquoris facultas inhibita videretur. Tum rex obtestans deos per cōmunem iurare
salutem, tale quid deinceps audentem capitaliter esse plexurū. Ille mortē temperauit

Historiæ Danicæ Li. VIII. F. LXXXVI.

potētia priuarētur. At nauæ magis prorogāda satietatis q̄ seruādi imperii cupi-
diores incitamento gula salutis consiliū subiecerunt exhausta nauū gremia caforū
gregū corporibus onerātes. Qui ideo captu perfaciles extitere q̄ ad inuitatos viro-
rū aspectus firmato pauore mirabūdi cōuenerāt. Nocte insequēti mōstra littori in-
uolāria, ac toto concrepātia nemore cōclusas obsedere puppes. Quorū vnū cateris
grandius ingēti fuste armatū pfundū passibus emetiebatur. Idē ppius admotū vo-
ciferari cōcepit: nō ante enauigaturos q̄ fusi gregis iniuriā expiādo viris p nauū nu-
mero traditis diuini pecoris damna pensassent. Cuius minis obsecutus Thorkillus
vt vniuersorū incolumitatē pauorū discrimīne tueret tres sorte denotatos exhibu-
it. Quo facto optato v̄to excepti in vltiorē Byarmīā nauigāt. Regio est p̄petui frī-
goris capax, p̄altisq; offusa niuibus: ne vim qdē feruoris perentiscit a striui: inuiorū
da pace q̄ fruenda dape voluptatis reponēs/et quasi mediatoris ptes agere exorsus,
Henricū auunculi gratiam expetere iussit: ac demū cōsensum eius p̄seuerantia am-
monitionis obtinuit. Siquidē Henricus rem maternā/cuius repetēda causa aduer-
sa Danis arma tulerat, p̄tū p̄tione interposita, Kanuto in possessionem ascripsit
eandēq; Kanutus ad regē cōditionē qua accepat transulit: ac deinde receptā ab eo
pecuniā Henrico numerauit. A quo etiā postmodū ad cōuiuandū accersitus excipi-
tur affirmate priori eius aduētū minus, q̄ decuit impense seruitū. A quo etiā Hen-
ricus nuper se vīta atq; incolumitate donatum iudicans, Sclauiam ei iurissurandi
firmitate legauit. Huic accessit qd ad gerēda cū Theutonicis bella/quibus p̄cipue
Sclauia vexabat/filiorū virtutibus diffidebat: maluitq; maturū fortitudine hære-
dem circūspecta arbitrii sui libertate cōsciscere, q̄ sub naturali sed inualido patrimo-
niū exteris puadendū relinquere. Hæc offerētē Kanutus impietatis sibi notā imme-
rentiū liberorū cōtemptu pariturū affirmat: seq; tā iniustus eius p̄missis vsurū ne-
gat. Postremo p̄seuerantissimis Hērici p̄cibus supat/ p̄positi rōnē a natorū sēcordia
mutuantis. A quo etiā imp̄atoris gratia qd Sclauia in eius beneficio reponi videret
admodū egere p̄monitus, equū ei calces auro cōfixū muneris loco trāsmisit: donūq;
per se habile inusitatis vngularum ornamentis accipienti venerabilius reddidit.
Crediderim tunc Imperatorem plus laudis in dantis industria, q̄ dono reposuisse:
quum primū precij metallum quo cōtemptibilius habitū, hoc gloriosius videret ob-
larum. Absumpto Henrico legatā sibi puinciā nullo refragāte possedit. Interea Ha-
raldus quū nec domi clarus/nec foris celebrer haberetur/virtutis inopiam questuū
copia leuare cupiēs, referētū nequitia aīm in imā turpitudinis voraginē egit. Ad ra-
pinas et furta mācipiis vtebat. Seruorū labores latrociniis applicabat. Sarellitū cul-
tui viciniæ spolia: sumptū impendebatur armenta. Aestatē piratica pariter ciuib?
q iii

Sclauorum
subactio. xx

Capit. p. 229 col. 1.

Hæc a Helmer Helmsdæni in Raden-
ne, Henrico circa annum 1132
vel 1120 deponato filii que dicitur
p̄sentis et a magis in hōstis bello
se et Henricus suas duas a ment
comitatus p̄sentis in hōstis
Leopoldus adus dominis p̄sentis
Henricus aggressus et in hōstis
peris occupat ad non dū p̄sent
dolo dānorū vīta p̄sentis
idem hōstis redit p̄sentis
Henricus adus Henricus p̄sentis
deficiente Kanutus imperatoris
hanum adus p̄sentis
na p̄sentis Henricus
qua magis Kanus Henricus
na Henricus
Henricus Henricus Henricus
Henricus Henricus Henricus
Henricus Henricus Henricus

Haraldi vi-
tia.

Capit. p. 229 col. 1.

Capit. p. 229 col. 1.

Capit. p. 229 col. 1.

Saxonis Grammatici

+

Illā promissionis beneficio delectata: tantæ fidei securā æquo se animo obiturā asseruit. Quæ ut iuuenilis inuidiæ fluctu viua cohibuit: ita consumpta laxauit. Nā ab eius fato iuueturis impatiētia primā propofiti sceleris licentiā mutuata est. Sed & Henricus præter cōmunē similitudē etiā priuata Kanutum indignatione perosus: iniectos malignitati suæ frænos audaci impietate discussit. Vbbonem quoq; pfectū et Haquinū filium quo firmius dolū strueret: promptiorēq; sceleri aditū cōciliaret

**Kanutus in
diā inten
tantur.**

infidiarū participes facit. Hi tres eximii Kanuti fulgorē virtutis amulatione periti: graue mēdaciū incitamentum aduersum excellētē eius claritudinē destrinxerūt. Itaq; splendidissimū patriæ lumen densissimis tenebris inuoluere cupiētes: nihil eū regis vitæ tēporibusq; deferre: sed ipsius exitum præpropere ambitione præcurrere: iamq; regiā sibi potētiam arrogare dicebāt. Mouit regē tanti cōtemptus opinio: denūtiatq; concione Kanutum iubet accersi. Qui cū prior præstiturū frequentia locū adisset: super uenērī patriō Theutoniciæ comitatis more: pallio vacuus obuiā

Nicolatus
Kanutum
criminat
Kanutus se
purgat.

accurrit: equoq; descēdentē continēdē sella ministerio veneratus est. Tūc Nicolaus furi in cōcione exorsus: docet Suenonis filios in regni gestione atatis p̄cipue respectū egisse: successione habitū atatis ordine dispēlasse: dominādī ius in annorū p̄rogatiua constituisse: neq; minori maiore honore p̄currere licuisse. Quamobrē sese ut natu minimū: ita etiā regno postremū fraternæ moderationis exēplo nullā fortunæ violētiam intulisse: expectatōri beneficii eius non raptorē fuisse: neq; ad intēpestiuū atati culmen manus præpropere porrexisse cupidine. Kanutum vero parum priorum exempla secutum: violato speciosissimē cōsuetudinis habitu: regni ius cum re necdum queat appellatiōe præcerpere: singulare nominis insigne celerius q̄ iustus occupare: iamq; a suis falso regis titulo censerī non erubescere: cōsultius acturum si regnandi fortunam: non in suorum adulatione: sed in extantis adhuc regis occasu reponere: maturūq; præstolari decus: q̄ intēpestiuū præcipere mallet. His atq; cōsentaneis modis regiæ sibi nuncupationis insigne eripi querebatur. Tunc exurgens Kanutus diu vultū humi intentū habuit: dicēdūq; exordium aliquatīsp̄ sudore & suspiriis præacurrit. Tandē & oculos, & animū leuans: gladiūq; ut mos est capulo innixus: peccant inquit pater qui moderationem tuā supra quod aut maiestati, aut atati debes exasperant: quiq; pacatissimæ mētis tuæ serenū, mēdaciōrum procellis incitant: obtreccionū sibilis vexant. Sed onustū mihi valde est q̄ integerrimā animi tui tēperatiā aliquid ab alienissimā tibi iracundiā mutuata, & quasi sinistro rationis ductu transuersam ferri conspicio. Reiiice quæso nugarum auctores mēdaci ter obstrepentes: falsa q; hui⁹ criminatiōnis signum respue. Neq; enim iniurioso tibi nomine censerī sustineo. Herum me mei: nō regem appellāt. Itaq; cum a Sclauis dominus salutarī cōsueuerim: sinistri tantæ comitatis interpretes alienæ vrbaniatatis occasione in simulationis materiā aucupātur: ipsiq; venerationis officia negligētes: etiā aliorū iusta criminātur obsequia. Ego vero nō regnū (ut aisti) vocabulo vsurpo: sed tēperata nominis dignitate fastuosum salutationis decus fugio: inuidēdum honoris fastigiū sperno. Ita absq; omni maiestatis tuæ præiudicio barbara circa me resultat humanitas. Meā vero inter alienos venerationē indigne ferunt: qui & mihi lucem: & fidem lateri tuo militē eripere gestiunt. Hos æque tui vsus ac mei capitis hostes iudico. Esto vocari me regem. En filium tuū Magnū nuper apud Gothiā regii cultus & nominis insignibus potētū comperimus. Mihi quoq; si par apud Sclauam fortuna fauisset: certe binis regū obsequiis uti iocūdū ducere debueras: idēq;

**Kanutus se
purgat.**

...

Historiæ Danicæ. Li. XIII. Fo. CXXVI.

tua quæ mea fortunæ incrementum existimare. Proprio namque parta negotio tuo quæ
cerrime subiectarè fastigio: foretque ut inde seruitiorum fructum decerperes: unde alio
qui damnorum aduersa perferres. Itaque plus amoris quam odii in mea fueras felicitate
repositurus. Adde quod pro tua ac patriæ incolumitate excubare omni sorte læti, omni
studio speciosus duxi. Ipse an efficaciter militauerim: nostri. Littora Dani si placet
excolite: a quoribus aedes quatalibet propinquitate iungantur. ipsi vndas caute a
maritimis: ego vos a predonibus præstabo securos. Et si verè cõfessorè agere nõ eru
bescis: ipse iam pridè Slesuici consistès, salutem tuam aduersum Saxonum excursions
iugibus excubiis vallare necesse habuisti. Eo si nunc diuertere libitum est: liberas me
tu noctes exigere poteris. Præterea angustias regni tui sola Daniæ possessione con
tetas inusitatis terminorum augmentis explicui. Quos prius infensos habueras: nunc
in tributum acti: tuo per me simulatur imperio. Itaque quarum ego rerum sementem ieci:
tu fructum absque negotio messuisti. Et quidem impensam ad militem, emolumentum ad re
gem redundare par est. Et ne ulterius priuata militiæ facta prosequar: etiam in publi
ca: aduerso pro te vulnera corpore excepi. Et tamen sic de te meritum suspitione: &
querimonia causabundus aggredieris: veterisque militis tui promptissimam fidem &
certissimam innocentiam notare deforme non ducis. His ne ergo operibus merui: ut ad
uersum me a mulationem tuam in concione destringeres! Hæc ne ex labore præmia: ex
militiæ stipendia decerpam: ut cuius beneficentiam sperabam: indignationem experiar!
Aliena a te sit ingrati hæc animi labes: ut operum meorum beneficium inuidia: atque ob
treccatione respondeas. Verum totam hanc insimulationis vim ab inuidia profectam: nõ
tua: sed tuorum malignitati imputandam existimo. At in regni fastigio collocatos
difficiles accusatoribus aures præbere conuenit. Diu paternum hoc imperium gere
re: feliciterque & nominis & regni insignibus utere. Hæc redem tibi quæ natura dedit: for
tuna conciliet. Ego vero in quocumque me fortunæ habitu continuo: nunquam celsitudinem
tuam fide vel obsequio colere supersedebam. Permissus oratione rex placidioris oris ha
bitum induens: offensam falso instinctu conceptam in ipsa repente concione deposuit.
execratus eos qui simplicitate eius scurriliter attentassent: sequens deinceps aduersum
huiusmodi criminationum susurros aures obseraturum promittit. Cumque Henricus
omnem obtreccationis suæ molem prudētissima Kanuti responsione subuersam vide
ret: familiaribus regem minis aggreditur: summa illi regni affectatione teneri in
quiēs: incertaque Magno regni potitionem futuram: si populo iudice de summa secum
foret controversiam habiturus. Quippe Kanutum cetera nobilitate turbam popularium
suffragiis præferendum. Quamobrem debere patrem successionis ius proprio potius quam
alieno mandare iudicio: destinatumque hæredi locum amulo vacuefacere: dum filii re
bus consultum esse velit. Itaque sapere eum si suspectam Kanuti fortunam ferro præ
currere studeat. Hæc voces sapius lacessiti regis animum sollicitudinibus implicatum
grauiori quam ante suspitione torserunt. Tunc Magnus perinde ac fortunæ suæ consu
lendi, tollendique amul/a patre licentiam nactus: accitos qui se superius Henrico sce
lestissimi consilii collegio sociauerant iurare coegit: fidem se commissi silentium acturos.
Adiectus est his Haquinus cognomine & genere lutus: neque voci eius vlla ex parte
diffusum est: quod Kanuti sorore in matrimonio habere nosceretur. Igitur coniurati
diu secum taciteque lustrantes quibus periculorum procellis, quoque exitum pondere diu
num Kanuti caput obrueret: pestiferi consilii laqueos: humi decubando necēbāt: ut si
re casu deregis contigisset: nunquam stando, sed endove salutem ipsius insidiatos se esse tuto

Henrici per
fidia.

King's Saga cap. 92.

Coniuratio i
Kanutum.

*# Norneg. S. V. 1. 1196 l. 18. f. 10.
King's Saga cap. 78.*

Versutia

impia.

#

Saxonis Grammatici

Haquinus
cōiurationi
renuit.

Magni per-
fidia.

Kanuti in-
tegra sim-
plicitas.

iurare quirent: p̄sidioq; situs innocentia sibi munimētum conciscerent: ignorantes
verborum artificio iuramentum edentē: periurio obnoxium fore. Quorum fucosa
atq; errabunda simplicitas: plus criminis in vocis q̄ actus impietate reposuit: nō in
manuū sed labiorum temeritate religionis violationē constituēs. Cum autem Ha-
quinus lusus coepti modeste sermonis exitum: kanuti na salutē insidiosum aduer-
teret: protinus collegio se pestiferæ cōspirationis abruptit: conclauēq; excessit: ne la-
tronis potius q̄ necessarii partes egisse videretur. Igitur a cōiurationis auctore ne
iurisiurandi vinculū perumperet/ monitus: neq; fautorē consilii, neq; proditorem
se futurū respondit: q̄q; satius esset immerētis periculū indiciō p̄currere: q̄ silētiō to-
lerare. Vt autē Magnus insidiarum cōtextum familiaritatis p̄sidio obscuraret: cū-
ctaq; suspitionis notam calliditatis acumine vitaret: ante omnia cōsultum duxit: vt
cum eo cuius ardentissime cruorē sitiebat: fictā amicitia aequalitatem iurisiurandi
pactione confereret: perinde ac religionis pondere propinquitatis vinculū astrictu-
rus. Et vt cunctā malignitatis notā sanctitatis simulationē p̄curreret: nihil: perfu-
dum aut obscurū voluere putaretur: iniquissimā molitionē suā insidiosa religionis
adumbratione cōtextit. Quippe cōtracta apud Syaladiā nobiliū frequētia: Kanutoq;
circa diuinū natalis solenne conuiuādi gratia Roskyldiā vocato: sacra sibi peregrī
nationis amorē incessisse perhibuit. Præterea cōiugis ipsū ac liberorū tutorē ordi-
nat: eiq; plenissimā rei familiaris suæ custodiā mādāt. Et forte tūc Ingiburga cōsiliū
cognitionē consciorū indiciiis apphēderat: statimq; virū vt p̄paratas capiti suo vi-
taret insidias: missis literis monēdum curauit. Ille nūtriū non tā a dephēionis certi-
tudine q̄ a muliebri pauore profectū existimās: monitionē respuit: seq; nō minus fidei
dei in Magni q̄ vxoris prae cordiis reponere dixit. Quē si fortuna a que ac coniunx
consilio instruere voluisset: obiectos perfidia laqueos cōsultius vitasset: neq; credu-
litate suā aliena malignitatis hamis implicadā p̄buisset. Interea magnatibus apud
Roskyldiam: quatuor solēniū dies cōtinuo feriat: kanutus ac Magnus, publico iā
conuētū soluto: sacri tēporis residuū diuiduo peregere cōtubernio. Eodē forte tem-
pore quidā Kanuto admodū sanguine cōiunctus: in eius cōspectu diffidentē secum
militē fuste percussū interemit: atq; ob id curia abire iussus: Magnū petiuit. Proui-
dēs autē Magnus: ne per eū vllū cōsiliū sui indicii ad Kanutū manaret: nocte qua ad
deseftabile carnificis ministeriū peragēdū cōtēdit: ceteris se sequi iussis: solū hunc
pristina Kanuti familiaritate suspectū comitē recusauit. Consilii deinde participes
iureiurando obstrictos fidei facere compulit: silētiō se cuncta tecturos. Post hæc mili-
tem latebra claudit: insidiasq; circūspecta locorū obscuritate disponit. Mox Kanutū
apud oppidū Harallstadium/ ab Erico Falltriæ p̄fectura: viro domi exceptū: per cō-
iuratorū quēdam genere Saxonē/ arte cantorē/ sine arbitris sibi obuū venire iubet.
Occursus locū apud citimū villæ nemus denuntiat. Ille nihil in re doli suspicatus:
duobus tantū militaris ordinis viris totidēq; Equisonibus in comitatū assumptis:
armis vacuus equi petiuit: neq; lateri suo ferrī munimētū adscicere cura: habuit.
Quē cū e famulis quidā gladio vacuū incedere veruisset: nequaquē se in salutis tutelā
ferro opus habere respondit. Tantū enim fidutiæ & pacis in Magni societate repo-
suerat: vt in occursum eius ne ense quidē vtēdum putaret. Monitore vero ne ferrū
omitteret insistente: a gre gladium sumpsit. Tunc cantor q̄ Kanutum Saxonici &
ritus & nominis amantissimū scisset/ cautela sensim instruere cupiens: cum iurisiu-
randi religio quo minus id ageret ob stare videretur: quia liquido nephas ducebat:

Latina hæc dicitur
reperit et hinc
reperit in promissa
libro p̄m̄o dicitur q̄ sua dicitur
normanense scribitur hinc unde
quidam de p̄m̄o hæc esse p̄buit

Cantoris
fides.

qua in Sylloge Vellejana habentur continetur carolinæ dicitur. 14 et 15 conf. dicitur. fr. ad h. c. 245.

Baronis Grammatici

Magni insolentia.

Magnus vero ob impię caris euetum profuso in gaudium animo: Roskyldiã repetit: regnũque quasi sublato tam amulo spei firmitate complexus: et ubecẽdam facinoris fortunã trípudio prosequi deforme nõ duxit. Quineriã sanctissimis Kanuti vultneribus quibus plenas pœnitẽtiã lachrymas debuerat: voluptate ex facinore cõcepta: per ludibriũ insultare sustinuit. Ne aut sanguis cœlo terraq; egregie meriti propagine vacuus interiret: hæredẽ deus extincto subiecit. Nam octaua post hæc luce:

Nascitur sancti Kanuti ducis filius.

Ingiburga Kanuti conceptũ ex eo marẽ enixa proditur: cui & materni aui nomen inditur. Tunc Haquinus quẽ superius Sumnuã ortũ significauit: cũq; eo Petrus matre Botilda natus, & filii Skyalmonis facinoris atrocitatẽ graui querelarũ cõtextu prosequuti: indignã amici necẽ in populariũ vbiq; conciliis deplorabãt: aduersum iniquissimũ percussoris actũ vulgi irã erigere cupiẽdo. Quineriã tunicã ei? crebris foraminibus absumptã omniũ oculis in cõcione subiiciebãt. Nec parum luctuosam eorũ actionẽ lacerã: vestis irritamentũ adiunxit. Quippe cõpluribus ingẽtẽ vltionis cupiditatẽ tam fœdã: lacerationis spectaculũ ingenerauit. Sed & sanctitas Kanuti crebris signorũ indiciis prodita: ac diuinis vulgata miraculis: incredibili cladis ei? conquestoribus adminiculo fuit. Haraldus quoq; interdũ declaratã apud Ryngstadiũ concionẽ: maiore regni q̃ vltionis affectatione petiuit: ibiq; tristissimã frater-
na necis querelã peregit. Ericus vero insularũ a Kanuto præfectura donatus: sola vindictã meditatione sollicitus aestuabat. At Nicolaus popularis inimicitia metu periculosum cõcionis aditũ suspicatus: suãq; vel filii copiam multitudinis viribus offerre nõ ausus: Lundesiũ antistitis Asceri consiliũ aduocat. Quo edoctus Magno Roskyldis relicto: Ryngstadiũ petiit: sperans se per absentia filii pacatiore plabris frequentia reperiturũ. Verũ quia habẽdã in collibus concionẽ tuto petiturus nõ videbatur: in oppido acquiescere: q̃ incertam populi fidẽ discrimine suo tẽtare maluit.

Magni dã natio.

Cũq; Kanuti fratres fatũ eius apud concionẽ pari fuissent querimonia psequuti: populus lachrymosa eorũ actione permotus: tam innocui sanguinis carnificẽ publica damnatione multauit: sententiãq; suã aduersum tã pii spiritus oppõsorẽ destrinxit. In regẽ vero pristina adhuc fortuna venerabilẽ: rãq; de eius incertã cõsensu seueri? cõsulere passus nõ et tunc noxã & innocentiã in aquo ponere videret. Itaq; patriã parerẽ honoris pariter eius atq; atatis æstimatiõe verecũdius habita: ab hoc animaduersionis genere immunẽ reliquit. Orta tãdẽ de regis absentia mẽtione subitis cõsternationis iureis iactat? laxato cõcionis ordine: intra suos cũ penates opprimere gestiebat: p̃tutus iuste regẽ ab his adiri: quos prior ipse petere noluisse: p̃sertim cũ præsentia suã cõcionĩ qua per eum vigere debuerat: in vicinia cõstitutus negasset. Qd cũ rex ex his quos ad cognoscendas concionis voces direxerat accepisset: Ascerum emittit: qui reuerentiã & nobilitati suã: & sacerdotio debitã irã vulgi irrũpẽtis opponeret. Ille plabris in occursum cõtẽdẽs: cõspecto Erico: dexterã habentẽ ei? equo desensus inferuit. Quẽdiũ ac multũ vt irã cõceptã temere: remitteret p̃cat? p Magni facinore decretã lege correctionẽ: p̃ patris ei? innocẽtia statutã defensionis iustitiã promittebat. Quineriã detracto pileo cõsternatã multitudinũ capitis sui maiestãtẽ obiecit. Tãtũ autẽ eius apud Ericũ p̃catio valuit: vt regi nõ modo salus: sed etiã in proximo petẽdã cõcionis licẽtia deferret. Qzq; em̃ populus ardentissimo studio in Kanuti vltionẽ ferretur: auctoritatẽ tamẽ antistitis quã inter Danos amplissima erat: ante oculos p̃ponens: plus eius p̃cibus q̃ suis sententiis indulgendum putauit. Itaq; rex concione sine filio petita: non aliter defensionem sibi conciliare permissus est: q̃

Handwritten marginal notes in Latin script, including references to 'Kanuti ducis filius' and 'Magni dã natio'.

Handwritten marginal note: 'Kanuti ducis filius'.

Handwritten marginal note: 'Magni dã natio'.

Historiæ Danicæ Li. XIII. F. CXXVIII.

vt se Magni presentia vitaturus: et q; de mo ac patria excessurus: nec ante receptam
a populo veniam reuersurus iuraret. Caterum ne vulgi iram exasperaret: diu diu cum
eo concilium habuit: internuntius partium mandata gestantibus. Arbitrium siquidem
regis facultate exilii qd Magnus apud Gothiam cuius rex esset agere poterat inty
entes conditione vtrendu monebat: futurum rati: vt interim in omniu animis odii
eius habitus exolesceret: ipseq; prolixioris absentia beneficio mitior e patrie senten
tiam reperiret. Populu quippe exilii eius miseratione mouendu, iram qua sceleri in
fixerat: poenitentia remissurus sperabant. Ita pacato popularium motu: rex Luthiam:
Magnus Gothia exilii specie pbiturus periuit. Huius pactionis obrectatores amici
regis fuere. Quippe qui Magna occidendi Kanuti consiliu dederat conditionis habi
tu execrantes: terribila sibi ratione regem consuluisse dicebat: satius affirmantes vt
ipse reru summa deponeret: q; vnicu filiu & in spem regni procreatu: ob leues agre
stium minas exilii deformitate damnasset. Quamobrem oportere Magnu reuersionis
ius paterno potius q; populari arbitrio subiectum habere: citissimoq; reuocationis
beneficio patrie & propinquis inconsulta placis malignitate restitui. His vocibus
irritatus Nicolaus: missis qui Magnu accerferet: abdicata eius comunione inimica
religioni charitate repetiit. Nec peni duxit cu cotemptu periurii damnata sanguina
nis sui presentia amplexari. Cuius indulgentia temeritas procella Magni discessu pa
catam: reditu concitauit. Enimvero Ericus ac Haraldus Nicolaum: cui eatenus in
demnitate detulerat: vt pote voce sacrilegu: consilio parricida: detestabili filio dana
tionis consortio iuxerunt: scelere pares poena aquados existimantes. Neq; em vltior
iurationi eius fides habita est: q; iam ppropera filii reuocatione conspiciu cunctis pi
ritu edidisset. Veru ne populus regio ductu vacuus regem inceseret sub certis signis
militare constituit: fragiles conatus & ppositi irritos iudicas quos nulla auspicia p
curassent. Itaq; regem ex consueta potissimu familia petiturus pterito Haraldus Erico
q; huic stirpi affinis esset / & nome, & regias vires suffragiis detulit. Siquidem facile
ex his electione morum inaequalitas faciebat. Non solum enim auaritia Haraldus: sed
etia libido flagitiis obsita / a regno repelli meruit. Huic conjugalia sacra spernent
frequens concubinis cubiculum extitit. Quippe matrimonio non contentus: genia
lem thorum pellicum vsu pollutum habuit. Quatu partus singulis incunabilis ex
cepti: & in aula liberis matru officii educati: triste nuptae spectaculu fuere. Igitur
ob inuisos paratis mores: suspecta quoq; posteritas erat: nec solu presens patris: sed
etia futura liberoru metuebatur impietas: q; filioru affectus paternis soleant inge
niis respondere. Eapropter cuncti ab Haraldus oculos auertentes: benignis Ericu animis
respicere maluerunt. Ipse vero plus propriae moderationi q; alieno fauori indulgentu
existimans: oblatum a popularibus honore sumere recusauit: ornamentum eius viri
bus querere: regnuq; armis praecurrere cupiens. Igitur & vltioni studendum: & impe
rio ante parta victoria abstinedu putauit: ac primu Luthiam imparatae expeditionis vi
ribus petit. Que cotexta acie pcedente thoro Riparu antistes copositis perfidia co
metis exceperit: summam regis innocetia pdicans: cuq; iurationis suae tenore deinceps
executuru promittens. Verbis demde magna pra se excusatione praferentibus / pra
ces de pace multiplicat. Ericus obsecrantis animu simpliciter aestimans: securitate
ex eius mendacio concepta: continuo reuocatis aquiliferis: subsistere copias iubet.
Cuius mora Nicolaus ex speculatorib; cognita: pfulos in ortu hostes nullo negotio
fugauit. Ita dux antistitis cometo ludificat: stolide credulitatis suae poenas pepedit.

Magnus in
exiliu abir.

Haraldus
reicitur.

Erici mo
destia.

cap. 95

cap. 95

cap. 95

de rebus in fidei legibus inter parks de
sum et Erici huius leg. p. 110. p. 111. p. 112.

Historiæ Danicæ. Li. XIII. Fo. CXXIX.

aura q̄ euetu p̄superiore ab Arusia soluit/ nauigijsq; alijs alia præcurrentibus/ sparsa incõpositaq; classe p̄cessit. Cui⁹ Ericus aduetu p̄cognito/ scasa exceptus, nũc singulos/ nũc vn̄uersos classis suæ magistros/ maximeq; Petrũ et Haraldũ / quorũ dubiã suspectãq; fidẽ habebat/ imp̄sioribus pugna hortam̄tis sollicitat. Neq; em̄ repete cũ tota Magni classe manũ cõserere cupiebat: sed nauigia vt cuiq; celeritas cursum dederat accedentia sigillatim nautarũ internicione vastauit. Querũ Magnus em̄nus pericula speculatus, cõfestim demisso velo, nauigiũ suũ anchora q̄ aura credere præoptauit/ disiectãq; pelago classẽ lituo recinente cõtraxit. Igit̄ ignauis fugã/ fortioribus pugna apphendentibus, Ericus cũ nauiũ numero præstaret, at cũssimo earũ cõtextu hostẽ cõclusit/ ac veluti classe classẽ obsedit/ atrocitatẽq; pugnae augebat necessitas. Cũq; lutenes neq; victoriã facultatem/ neq; fugæ copiã fortuna suã suppetere videret, duci q̄ sibi cõsulere p̄optates/ salutẽ eius pprijs seruauere piculis Quippe cõfertissimẽ classis cunetũ irrupentes/ quia victoriã Magno præstare nõ poterant, victo fugã quaerebãt. Nã eidẽ Mioparonẽ ingresso veluti quandã elabedi sem̄mitã securis periculorũ animis extruebãt. Quo dilapso nihilominus pugnandi p̄tinaciã retinẽtes/ aut morte/ aut captione finiure bellum. Cũq; victores spolijs deuita classis incũberent/ inter egestã nauigijs prædã quendã velo implicatũ cõspiciũt Cuius ex deformitate latebræ formidinc astimãtes prinus ob ignauia eum laqueo cõsumperunt: vt fœdo mortis genere sp̄m redderet: quẽ pugnae fortiter impendere dubitasset. Interea Christiernus manu cũ Nicolao infeliciter cõserta, p̄ ingentẽ suorũ stragẽ capitur/ et in ostiũ Slesuicenis ergastulũ relegat. Ericus vero recentis pugnae successu elatus/ sed eorũ qua circa Christiernũ gerebant ignarus, potiendẽ lutia spe mare Lymicũ classe cõpleuit. Vbi quũ expositis incaute copijs/ et Christierni fugã et regis aduentationẽ nũtio didicisset/ plus amici fortuna cõcussus, q̄ propria recreatus, recepto milite reueri maturauit. Ex cuius agmine cõplures tardi⁹ nauigia repentes, ab imminente regis exercitu trucidanẽ. Hũc euetũ secutus Haraldus ad Nicolaum occultis se p̄missionibus inuitantẽ defecit. Plus sigdem indignationis ex Erici dn̄atione, q̄ ira ex Kanuti internicione cõceperat/ etiq; frater fratris oppressore onustior erat. Quinetiã Magnus vt latũ hostilis militiae incrementum: ita tristem suã defectũ aspiciens, fraterni cõmilitiũ societate labefactare tentabat. Haraldũ itaq; quẽ Erici pres dubia fide secutum nouerat/ p̄missis dignitatis incrementis vrgebat. Nam et Haraldus q̄q; iram obsequio tegetet, incitatore odio aduersus Ericũ, q̄ Erici impugnatore ardebat. Itaq; nõ solũ eius arma deseruit, sed et quo validiorẽ Nicolao opẽ sp̄deret/ castellũ qd̄ i Roskyldensi suburbio molit⁹ fuerat, ip̄siorẽ munimẽto vallauit/ iuidiã s̄na plariõẽ cõceptã/ p̄fidia defectiõis exsatiã. Idẽ cũ Eric⁹ magna Sialadẽsiũ manu p̄obsidionẽ clausisset/ valli q; firmiorib⁹ obstaculis conatus suos admodũ interpellari videret, a Saxonibus q Roskyldiã degebãt tormẽtoꝝ artificia mutuatus/ domesticas vires externis cumulauit ingenijs. Quippe nostri rerũ adhuc militariũ rudes raro taliũ vsu callebant. Primũ itaq; saxum parũ vegeto iactu machinamento egestũ/ citraq; valli p̄pinq̄uitatẽ collapsum ludibrio castrensibus fuit. Sigdem irrita tormenti vi, vltiores eius impulsus irritos augurabant. Secundũ incitarius actũ ac mirifico cuidam tecto supne impactũ pondere et incussu suo funditus penetrãlia transuerberauit/ ædemq; magno cũ fragore collisit. Quæ domus fundamenti loco lignea tantũ base subnixã/ eidemq; velut cardini imminens/ leui tactu quamlibet in prem circumagi poterat. Quo viso

Christiern⁹ capitur.

Haraldĩ delectio.

Machina menta belli ca.

Handwritten marginal notes on the left edge.

Vertical handwritten marginal notes on the left edge.

Handwritten note: *cap. 94.*

Handwritten note: *cap. 95.*

Small handwritten note at the bottom left.

Saxonis Grammatici

Haraldi cal-
lida euasio.

Haraldus fidutiã quam exprimi factu defectu cõcepit, in secundi p̄cessu depone-
re coactus: quũ neq; se domi obsidionẽ laturũ/neq; foris auxilia accepturũ speraret,
noctu maritima aggeris pte p̄fecta/q; ab hoste negligẽtius obsideret/ equos p̄ præ-
rupta demissos pedes cũ suis insequi cõcepit. Cũq; totis in castris tumultus exoriret
citato acri? equo/comitibusq; vt Haraldo occurreret de industria vociferari iussis/
nõ Harald? sed Haraldĩ insequutor creditus, inter mediõs p̄strepẽtiũ globos facillẽ
fugã meatũ habuit. Itaq; nõ minus fiet & fugientiu voces, q̄ t̄pis habitus hostiu ex-
istimacionẽ sefellisse credunt. Fuere tamẽ ex Theutonibus q̄ hũc in ip̄o fugã p̄cur-
su sagittis a se cõfixũ assererẽt. Ita vafri ingenii dux obsidionẽ arte/piculum callidi-
tate frustratus, repra rate lutiã perit. Quẽ Nicolaus p̄inde ac p̄tribus suis in Syalan-
dia ppugnantẽ nõ solũ regali beneficẽtia p̄secutus, sed etiã primis inter amicos ho-
noribus veneratus est. Nec tamẽ suspicione vacua familiaritas fuit. Quippe et re-
p̄tina fratris desertio/et subitaneus trãsfugã notabat aduẽtus. Interea Sueones q̄
Magnũ domesticis bellis occupatũ audierãt, Suerconẽ quendã mediocri inter Sueo-
nes loco natũ regẽ cõstituũt/nõ q̄ illũ tantop̄e diligerent, sed quia externi hoĩs im-
periu recusarent/ceruices indigenã ferre solitas p̄grino duci submittere formidã-
res. Hic Suerco VI Wildã Noricã quã Nicolaus in matrimoniũ emortua Margare-
ta recepat/amatoriis primo legationib? sollicitatã/mox viro furim abstractã ad suũ

Caroli regis
Suetiã ort?

Eric? a Ni-
colao vict?.

1. fol. 128. b.

Theutonũ
supplicium
ab Haraldo

Astus futu-
ris theuto-
nici.

Haraldus
Hybernic?.

Mirũ expe-
rimentum.

vsq; conubiũ p̄duxit. Cuius coitu p̄ cõiugio vsus, Karolum ex ea/ q̄ et post ip̄m in
Suetiã regnabat/suscipit. Per eadẽ t̄pa diui Kanuti filia iã pridẽ regi Noricorũ de-
sponsa p̄ legatos ab eo in Daniã missos nuptura deducit. Peractis hybernis Nico-
laus diutinã deficientis a se regni vlscici cupiens iniuriã, crebra luiticã partium
classe Syalandiã appulit. A quo Ericus apud Werã pontẽ grauissimo p̄alio supra-
tus cũ vxore quõdã Norugiã regina/filioq; puulo Suenone/quẽ ex pellice p̄crea-
uerat, necessitudinis fidutiã Magnũ periuit / eiusq; hũanissimã prio hospitalitatẽ/
mox dolũ atq; fallaciã expt? est. Interea Nicolaus Haraldĩ Theutonicoũ supplicia
exigẽtis precibus inclinatus, Roskyldiã irrupit/cõprehensosq; in vrbe Germanos
ancientoris arbitrio multãdos dimisit. Quos Haraldus tũ quia tormentorũ opifi-
ces/tũ quia de falsa nece sua gloriantes audierat, extrema nariũ pte p̄acisa, defor-
mes reddidit. Percõratus an Haraldus eorũ fuerit iaculis interfectus. Tunc quidã
ex his applicatũ ori suo cultrũ aspiciens, p̄cendũ sibi q̄ doctus esset asseruit. Haraldus
hoĩem literarũ pitum existimans, reuocato liẽtore ad epistolas p̄ductũ ip̄sas (vt
fieri assolet) solenniũ nuncupatione verborũ dedicare p̄cepit. Cui captiuus suen-
di se/nõ sacrandi p̄fessorem respõdit. Haraldus hoĩs acumine delectatus, impuni-
tatẽ asturiã tribuit/iramq; quã deceptus abiecerat, correctus repetere erubescere
ne errorem supplicio emendate videret. Per eadẽ t̄pa Haraldus Hybernicã par-
tiu oriundus florentissimũ Norugiã statũ veluti fulmen aliquod ac tempestas in-
cussit. Qui quum se Magno Hyberniã populatore procreatum astrueret, affirma-
tioni suã fidem diuini examinis argumẽto p̄stare iussus/sup candentes laminas
nudatis plantis (nã id ab eo experimentũ posebatur) incessit. Hisdemq; nulla ex p-
te corruptioribus cõplures Norugiensium liquido incolumitatis miraculo ad af-
sertionis suã credulitatem perduxit. Ex cuius gremio omnis Norugiã bellõg-
lues manauit. Interea Nicolaus p̄ insidias armulum opprimere statuens, Magnum
Noricu in eius necem mercedis pactione sollicitat. Ille lucrĩ irritamẽto latrone cor-
ruptior/hostisq; ex hospite effectus, impensioris obsequiũ simulatione curam Erici

Historiæ Danicæ Li. XIII. F. CXXX.

exactissima satellitū custodiā vallauit/officiisq; fallaciā texit. Erycus vero p reginā
 cuius patruus erat insidiis obsequio subesse doctus, amicis quos in Lalandiā habe-
 bat ppositū regis cū remedii precatione denūtiat. Nec segnis Lalandensibus ad opi-
 rulantū animus fuit. Solo qppe nauigio Noruagiā petētes/oculto nūtio aduentū
 suum Eryco significāt. Qui q Noruagienses summā in portionis magnitudine vo-
 luptatē habere nouerat, applicatā sibi custodiā temulentia ludificandā putabat. Igi-
 tur stipatorū sobrietatē crapulæ delectamēto adorsus, instaurata comestatione cre-
 bris custodes poculis attentabat. Quibus vt bibēdi cupiditatē auget, irritamen-
 tū ebrietatis aleā cyphis interserit. In qua posito cū gbusdā pignore decertans/etiā
 pspērū resserarū iactū inerti lusu de industria psequebat: vt collusores fortuna lu-
 cri illectos ad lasciuendi cupiditatē/ludendiq; pseuerantiā incitaret. Postremo per-
 inde ac plixioris vigilie tædio fatigatus/cubitū excessit/sacer dorēq; exiliū sociū aleæ
 p se curatorē reliquit. Ille rem sobrie psequutus, temperariā eorū multiplicatis po-
 culis quantulacūq; restabat/subuertit: interq; mero ac somno sopitos mediū cuban-
 di locū habuit. Interea Ericus prupta cubili pte cū clērela ac cōiuge furriuo ad ma-
 re discessu puenit: reptaq; in littore nauigia: quo tutius fugā caper, in sentinis pfo-
 randa curauit. Hac tractāti succurrit filiolū hospitiū dormientē fuisse relicū. adeo
 obliuīis aīm festinatio implicat. Quippe quo occupatius/hoc negligētius humanū
 esse ingenū cōsueuit. Quāq; vero p̄stolatori piculum inesse nō dubitaret, sanguinis
 tū sui curā deformiter abiicere passus nō est. Missis igit q adolescentē exciperent,
 tarditatis molestiā eximia filii charitate cōtempnit. Quo allato in altū pcessit. Dilu-
 culo gbus Erici cura mādata fuerat pulsatis hospitii foribus, an hesternā adhuc te-
 mulentiā discussisset/interrogāt. Nemine vero responsum edēte, taciturnitatis ad-
 miratione crebris idispm clamoribus psequūtur. Tandē silētio attoniti, cōuulsis ia-
 nuīs/vacuā hospitibus ædē inueniūt. A gbus vafre sibi illudum vociferātes/ euentū
 dño trepidi nūriant. Qui p̄tinus petito littore, detractisq; in altū nauigiis, fugacē
 intercipi iubet. Quæ quū vitiatis lateribus vndarū plena cōspiceret, subducta refi-
 ci curauit. Iisdemq; rursū in mare detrusis/ad accelerandā nauigationē/velo pari-
 ter ac remis incubuit. Adeo pmissum in mortem Erici premiū affectabat. Interea
 Ericus grādem pelagi ptem emēsus, magno hostē interuallo præcesserat: ideoq; fa-
 cile ab insequētib; occupari nequibat. Cūq; Magnus nauigationē diuile gestā p-
 positi irritā animaduertteret, reuocato remigio domū reuertit. Ericus vero fidissī-
 mā sibi Lalandiā reperens, intercepti Vbbonis suspendio, quē Nicolaus minorū in-
 sularū præfectū creauerat, clarū reditus sui indicū dabat. Audito deinde regem di-
 uini natalis dies Lundiaē feriarī debere/ aduentū eius petita Scania præcucurrit/to-
 tāq; regii apparatus impensam p̄ripuit. Quod audiēs in Sialandia rex/alimētis pu-
 blica administratione cōtractis, pcedere supsedit. Aestate vero præter Scaniā omni-
 Danica classe cōtracta, ad Fotam sinū appulit/pedestremq; ppter littus acie statuit
 Quæ quū centuriatis parumper ordinibus constitisset, aduentante Erico excitum
 equorum vngulis puluerem in speciem nebulae eminus exhalare cōspiciens/ paula-
 tim ad naues gradum rerulit. Sed inter eundū aduentantis equitatus fragore pcul-
 sa/incessum ad fugam cōuertit. Quam supueniens Ericus fortuna/nō prælio supra
 tam impune cecidit/incruentamq; deo parricidium vindicante victoriam habuit.
 Magnus cum aliquanta fortiū manū cedere veritus, ceteris terga obuertentibus/
 aduerso hostem corpe repellebat. Quippe quū fugā parū liberam cerneret, animo-

Erici in filiū
 charitas
 et effugiū,

Magni vira-
 tus.

Historiæ Danicæ Li. XIII. F. CXXXI.

Incipit Liber Decimusquartus.



Interea Ericus destinata in Luthiam classe quæ ad Syram intulam appulisset, nuntium de regis oppressione suscepit. Et forte in ea rerum colluione Ericus ac Bero natu inter Haraldum filios primi deserto patre fidelius se quæ scelicus Erico iunxer. Iisdem noctu clãdestina patris legatione petiti/silenter accepta gesserunt. At Ericus nihilominus legationis indicium nactus/expicienda eorum fidei gratia aliquãdiu ignorantia simulatione silentiũ egit. Quibus secretũ paternũ tegere pseuerantibus/quum se nullam ex eis arcani cognitionẽ suscepturũ putaret, desolato voluntaria confessionis indicio, vocatos in mediũ vehemẽti p̃fidia exprobratione pulsabat: quæ a patre mada-
 ta parũ lucide praestassent. Interrogati quoque quã ad eos pater legationẽ habuerit/consultos se quid agere eũ potissimũ expediret: vt ad Noruagiã exularet respõdisse dicebant: id eoque nõ ante cõsilium ferri voluisse, quod ei a cõsultore obtempatũ agnosceret. Quorum affirmatio quæ vera esset/fidẽ nõ habuit: quæ inuita potius quæ vlt ronea videretur. Igitur eorum expiri Ericus asserta cupiens, ambos arctissima apud castrũ Slesuiense custodia asseruari p̃cepit: vt veritatis cognitione suscepta, aut innocentiẽ pramium/aut reatuĩ poenã referret. Cui postmodũ idem forte castellũ intranti/memoratũ iuuenes cõpeditis semet incessibus obtulerunt/supplicescque eius genibus aduoluti, p̃rentis innocentiã meritis, captiõnis remedia flagitabãt. Quorum Ericus vt fortunã miseret, ita fidei gratulatus: quippe fuga p̃ris filiorum affirmatiõnẽ adiuuerat: sicut erat mero p̃calesfactus/et calamitati lachrymas dedit, et veracitati salutẽ promisit. Quod quũ forte Christiernus ex aulicis cognouisset, antelucano tempore petenti sacrariũ Erico obuius factus/hesternã eum temulentia lasciuia cõcitatuĩ intemperate munificũ extitisse ridebat: quod Daniã hosti dono dare sustinisset. Rationẽ quoque dicti lucidiorẽ sententiã p̃secutus/Fore, inquit, vt Haraldus filius maior vinculorum suorum quæ absolutiõnis respectu incesset/odiũ liberatori p̃ gratia relaturis. Quid em̃ aliud Ericus eorum salutẽ parcentẽ agere, quæ Haraldus robustorum iuuenum auxilia referuare: His vocibus inclinatus Ericus, a promisso suo quæ ab amici cõsilio recedere maluit: profectamque a crapula indulgentiam sobria animaduersione cassauit. Huic clãmentia studiuĩ in crudelitatis exhortatione deponere rubori non fuit. Itaque quorum spes ad vitã intenderat, salus aquis cõsumpta est. Eodẽ tpe Noruagiã primoribus Magnũ Haraldus: quæ eque rege genitus esset, dimidiũ regni cedere postulãtibz: eoque hoĩem ignotis ortum parẽtibz admittere recusante/in agro Fridleuino ferro certatum est. Interea Haraldus repetita luthia Vrnica concionis suffragiis rex est declaratus. Quo cõperto Ericus nauigiis glaciõrenus (nam gelu vnda durauerat) in altum vsque pertractis/luthiam tacite petiuit/Haraldusque apud Scypetorp vicũ noctu cũ supstitibus filiis interceptum/diluculo conclauĩ extrãctum absque respectu fraternitatis capitali supplicio affecit. Ex quibus Olauus clausum armis cubiculum videns, mutata cũ foeminis veste, salutarem inter hostes egressum habuit. Ea tempestate Haraldus Noruagiã pulsus/vt ab Erico aliquid virium contraheret, iu

Ericus Emu
 direx. lxxxii
 de h. c. 265
 p. 132. L7
 Angl. l. c. 100.

Unocum filios Haraldus post mortem
 suorum, repulsi non morati sueno
 agerent, et quia correspondit. axo da
 Filiorũ Haraldus necesse
 raldi neces
 Concio V
 nica Harald
 dũ creat re
 gem luthia
 lxxxiii
 Mors Ha
 raldi
 r i i i

Angl. l. c. 100.

Angl. l. c. 100.

Angl. l. c. 100.

Angl. l. c. 100.

Historiæ Danicæ. Li. XIII. Fo. CXXXII.

Knýt. S. cap. 99.

Knýt. S. cap. 99.

Knýt. S. cap. 100.

Knýt. S. cap. 100.

Knýt. S. cap. 100.

cōtinētia religionē amplexus, de sceptrato cucullatus euasit. Interea Eric⁹ q̄sita ar
 mis pacē iustitię ornamentis excolere cupiēs, cōditas a maioribus leges/ac tūc pene
 ingēti bellorū tēpēstare subuersas ad pristini vīgoris habitū reuocauit: vtq; forritu
 dine fuerat: ita iustitia insignis apparuit. Irrogatas minoribus iniurias superiorū sup
 plicis pēlabat/nihilq; familiaritari aut necessitudini pēcs/aur ferro/aut laqueo incō
 sultā maiorū auaritiā castigabat. Quo studio et principū odia/et plēbis obsequia cō
 traxit: euenitq; vt et potētib; formidolosus/et popularibus pcharus existeret. Idē
 rerū a se gestarū virtutē rātis laudibus p̄seq cōsueuerat: vt veri interdū fidē exce
 deret. Semel quoq; Erici salus satellitis eius somnio seruata pdiē. Nam quū ex freto
 Slesuicēsi Sialandiā petere statuisset, qdam nauatarū p quietē existimauit p inculta
 montiū iuga lasciuo admodū equo se puehi/eoq; cursum citāte inter valliū opaca
 p̄cipitatū crebris noctuarū vnguibus laniari. Qd̄ quū mane p iocū sodalibus retu
 lisset, Ericus ea visione veluti piculi p̄monitus/ne eū nauigationis comitē haberet,
 in aliud se nauigiū cōtulit/eoq; tutus sociis naufragio pereūtibus pmāsit: latatusq;
 est q; salutē suam alienā rati, q̄ ppriā credere maluisset. Forte autē inter ipm/Rof
 kyldensemq; p̄orificē Eskyllum inimicitia primū/mox seditiones adoleuere. Qua
 in re antistes Petri Botylde filii collegiū nactus, auctoritate quā primā inter Sialā
 denses habebat/in regis eos odiū cōcitat/viribusq; publicā cōsternationis adiutus
 Sialandiā eum terminis pellit. Quo exacto puincialē populū in societate factio
 nis sub titulo libertatis adsciscit: a suspectis obfides petit. Solos vero Skyalmonis fi
 lios seditionis cōsortiū detrectantes ad populare cōciliū euocat / et nī statuta die
 obfides tradant/bonis carituros minatur. Illi vero ad concionē peruecti, nec minis
 victi/nec bonorū p̄cna multati/solidū tenere ppositum. Sed vt ad eos impunitas
 redundauit, ita ad Eskyllum p̄cna cōcessit. Rege em̄ cum Iutica classe reuerso/pa
 tris ac patruū interuentu vsus, vicena auri talēta multæ nomine persoluit. Petrus
 vero fatis suis vltionem p̄curantibus, p̄cnam quē a rege parabatur/effugit. Per
 eadem tempora decedente Ascero Lundensi, de noui antistitis suffeccionē diuiduū
 regis ac populū suffragium fuit. Siquidem Scanienses ob egregia Asceri merita Es
 kyllum arētissima ei cōsanguinitate iunctū/ne potificiū a familia discederet, suffra
 giis amplectūtur. Rex vero rubore fugationis ammonitus/neg; suorū in Eskyllo de
 decorū oblitus, Rikonē Slesuicēsem: q nuper Albero successerat/q; in potiēdo re
 gno familiarī eius opera vsus fuerat, eorū arbitrio p̄ferēbat. Nec tamen hac vo
 ta palam ad litē et controuersiam progressa fuerant, Scanis metu sententiam oc
 cultantibus. Eodem tempore Plogus quidam claro inter Iutos loco natus tamesi
 regis militiam profiteretur, latentes capiti eius insidias comparabat. Ad quem Ry
 pam veniens/militia titulo stipendium postulabat. Quo recepto, datum sibi cla
 ris eius pramiū reputabat. Et forte Ericus inter quosdam populares acius disti
 dentes regalē iudicatione componere rogatus, publicā id concione exequi statue
 bat. In qua quū Plogus cuidam ex plabe de se querenti satisficere iuberetur, dia
 cendi simulatione facta nō sine lancea p̄gressus, auditum sibi p̄berī petiuit. Sta
 bat autē et rex hasta innixus/turbantiq; silentiū populo manu ne obstrepet innuebat
 Quē Plogus loriam veste tectam gerere existimatum diu curiosis speculatus ocu
 lis/vt inermem deprehendit, lancea transuerberauit. Et ne timidiūs dicere q̄ face
 re videret, regē a se p̄stratū vociferans/ceteros ad militū internicionē hortat. Auli
 cis itaq; passim metu dilabentibus, Ericus Hagni filius: cui ex patientia cognomen
 De caduicū nomen habuit vide Knýtling. cap. 103. de. a Jonam Valsenthi in manu III. p̄p̄uorem
 Regi cōdi uenuebant, im̄ primis Episcopus Slesuicēsis, Nohelius. Vid̄ Jo. Laurent. Americum Ep̄sc. Ruyss.
 in serie Ep̄sc. hebraea, vngente s̄c. lvi, ind. ap. fo. ad. ch. col. 265. Quis est 1139. Et anno p̄ceden
 te 1138. Primum Em̄m de Anglia euadenda cogitū p̄ referentē iudiciā ad Thome in d̄m.
 Semblancens. et Marco V. h̄uorp. 1608. 4. 163. col. 265.

Magnus fit
monachus.
Erici leges.

Somniū sa
tellitis,

Eskyllus
Rokyldeñ
epus Ericū
pellit,

Cōtērio de
episcopatu
Lundensi,

Plogi faci
nus.
Erici regis
eades,

Saxonis Grammatici

Erici Hag-
ni filii faci-
nus,

obuenit: e regniū fortitudinis exēplum p̄buit. Diu siq̄dē exanime regis corpus gla-
dio prexit: sociisq̄ in fugā lapsis, solus ex tot cōmilitonibus intrepidū mētis habitū
tenuit/dignus vt ei in regnū successor fieret, p̄ quo etiā extincto pugnā gerere p̄stia-
tisset. lamq̄ vacantē Daniā possessionē nemo sanguinis/virtutisve fiducia aut pete-
re/aut rapere p̄sumebat. Quippe Sueno Erici/Kanutus Magni/et Waldemarum
Kanuti filius nondū regno tempestiui fuere. Christiernus vero Waldemarū pater
nā cuius vltionē adiuuerat/regno dignissimū p̄dicabat. Quē honorē mater mul-
tis et grauibus piculis obfitū, ac vix quidē adultis gestabilem p̄nciosum puulo fu-
turū aduertēs, poscenti puerū Christierno tradere reculauit / maioribus id munus
deberi p̄afata. Postremo p̄tinacius insistentē iureiurando obstringit in regē cū elia-
gi nō passurū. Quo Christiernus ad populū et cōcionē vsq̄ plato/patris eius benefi-
cia memorat: vt domi leges et iura stabilierit: vt foris hostē represserit: vt furtis ra-
pinisq̄ patriā vacuefecerit: vt Daniā pene exhaustā et exanguē Sclauia magistrā
reddiderit: vt etiā vniciq̄ p̄ vī amissa ad integrū restituerit: vtq̄ cūctis his opib⁹
sanguini suo regnū deferri meruerit. Verū cū filius eius nondū maturos impio an-
nos accepit/neg⁹ Danis sub auspiciis puerilibus rem gerere militarē expedit, virtū
debere circūspici: q̄ vsq̄ ad p̄uētā pupilli aetate tutorio regnū nomine p̄curaret.
In qd̄ munus aptius neminē q̄ Ericū superioris Erici ex filia nepotē: q̄ audacia ac pie-
tate p̄staret/mater nūq̄ genus ex regibus duceret/adcisci posse/adulto rerū sum-
mam pupillo cessurū. Ita Ericus et populū fauor/et pueri maiestas vires regias dedit.

Eric⁹ Lam-
rex, lxxxiiii

*Ericus, Suedicus rex, ut dicitur in hunc
an. 1142. anno, ubi dicitur, hunc p̄dixit
vocatus Ericus et dicitur, vnde conuenit
Ericum bonum eo tempore existimatum
fuisse regem eius nominis p̄uenit
Ericum tunc vero secundum, adeo
duos, scilicet Haraldus, et Haraldus
traces, dicitur Haraldus, et Haraldus
meha memoratos, quorum lxxv
num. q̄d. v. vno lxxv. nullum pro-
bat, vel vnum lxxv. q̄d. v. vel
vlt. lxxv. tantum. Olauus Ha-
raldi filius.
in lxxv. lxxv. lxxv. lxxv. lxxv.
in lxxv. lxxv. lxxv. lxxv. lxxv.*

Hic p̄ter solam animi fortitudinē nihil a natura dotis accepit: sicut prudētia va-
cuus, ita parū amoenus eloquio. Caterū adeo salutis suae p̄dignus esse cōsueuerat: vt
bellū cōmissurus ne singulariter in hostē p̄curreret, arētius a suis obseruari soleret
Tunc Eskyllus cognito regē apud Lutiā decessisse, repente in Scaniā maioris sacra-
dotii affectatione p̄uehitur. Ericus vero infectū antedecessoris p̄positū circa Ryco-
nē exple cupiens/pontificalis ei dignitatis incrementa tribuere gestiebat. Scania
ses aut vltima quāq̄ p̄peti, q̄ pontificiū in nouā transferre familiā p̄optātes/bela-
lum aduersum regē decernūt. Quo ille cognito ne multorū inimicitias vnus viri
familiaritate cōtraheret, p̄posito suo cupide cessit/Eskylloq̄ sedē mutare p̄missio, Ry-
konē Sialandia p̄æsulē mediantibus cleri suffragiis/creat. Interea Olauus Harald-
di filius Noruagia reuersus, patrimoniu suū inter bella ciuilia a patruo occupatū
hæreditatis titulo reposcit. Cuius petitioni Ericus illam antiquitatis legem oppo-
suit: qua reis patriæ honorū p̄na decernitur. Patrē siq̄dem eius peregrino milite
aduersum patriā vsūm/decretā hac lege sententiā incurrisse. Igitur Olauus perin-
de ac iustū belli titulum accepisset, cupidius oblatā seditionis occasionē amplectit.
Siq̄dē acceptā repulsæ cōtumeliā ad nouarū rerū licentiā trāstulit/deq̄ priuari pa-
trimonii repetitore totius regni inhiator euasit. Verū dissimulato odio p̄ insidias
regē opprimere statuit. Quē in Arna Lundenfi hospitio diuersantē noctu adortus,
primū a vigilibus clandestinū eius aduentū speculatis excipitur. Qui mox reflexis
equis sepultos somno milites clamore eminus in arma cōcitant/primiq̄ portas tue-
ri parant. Auxiliis deinde supuenientiū sociorū adiuti, hostilem repulere conatum
Olauus p̄inde ac suo p̄posito victus, in Suetiā cōtendit: sed mox Erico Scania excea-
dente reuertit/cōcionēq̄ in valle Arnensi sub edicto cōtractā liberioris vitæ p̄missa
sis aggressus/regium sibi nomē illecto popularitū fauore conciuit. Quod indigne fe-
rens Eskyllus, bellum ei Lundenfi manu cupidius q̄ p̄sperius infert. A quo supatus

Eskylli i re-
gem fides.

Historiæ Danicæ Li. XIII. F. CXXXIII.

primū mox in vrbe ad quā ex prælio confugerat obsessus: postremo necessitate victus: obsidibus datis, fideq; sub sacramento promissa salutē paciscitur. Sed postmodū ex Olauī discessu competentē fugæ copiā nactus: Erici charitatē & obsidū salutē & iurisiurandi religioni/speciosa temeritate p̄posuit, neq; nefas duxit extortum sacramenti vinculū voluntariæ amicitiaē cultu conuellere. Cuius affectum atq; constantiam rex ad se in Syalandiam venientis amplissimi ruris vicorūq; complurium datione p̄saut. Verum Scania imp̄sūs Olauū fouente, ipse veluti in antistitis fuga per absentiam victus: reparandæ fortunæ gratiā ad littus more gentis Landora appellatum expeditionis nomine crebra classe peruchitur. Cuius loci suspectā admōdum fortunam habebat: fabulosæ cuiusdā opinionis credulus: qua reges id littus aggressi in annū duraturi negantur. Sed dum per præsentia fata metuit: absens victoria caruit. Siquidem tellure perinde ac fatali malo abstinens: neq; ferri: sed ruris violentiam in metu reponens: copias in aciem dirigit, easq; Eskyllo proferendas committit. Qui pontificalium sacrorum q̄ rei militaris peritior: per similem priorī fortunam expertus: triste regi spectaculum fuit. Cuius mali intuitu discere Ericus moneriq; poterat: plus viribus suis duces; q̄ foemineis debere figmentis. Quibus superstitionū laqueis: quoque credulitatis errore animū tunc eius obsessum putemus: cū ipse qui alias adeo manu strenuus existere consueuerat: vt ne temere in hostē se mitteret: a militibus contineri necesse haberet: tunc veluti metu pugnam detrectans: in vicino se per absentiam superari conspiceret: Qua victoriā Olauus veluti ipsum iam Ericum delesset supra modum erectus: pontificales opes æque ac regias absq; respectu religionis inuadit: & in contumeliam Eskylli: a quo bis se prouocatū minerat: cuiusdam eiusdem nominis sacerdoti pontificiū gestionem assignat. Deinde tanq̄ vniuersas amulī vires superiore prælio contudisset omnibus corporum mumentis apud Lundiam relictis: alias locorum & metu, & armis vacuus proficiscitur. Quo accepto rex contractis vndiq; leuib; & quæ fors obtulerat nauigiis: noctu e Syalandia traiecit exercitum: amicis e Scania nauigationi suæ ductum emittens scintillarum silicibus excussarum splendore præbentibus: fortissimos quatuor Olauiana militiæ viros domi interceptos aquis obruendos curauit. Adulterinum pontificem a veri sacerdotiū sacramentis exutum suspendio finiuit. Arma deinde hostium gratā militibus prædā occupauit. His deniq; vsus Olauū apud Glumstorp vicum conserto prælio superauit. Qui in Gothiam confugiens: interiectis diebus per Blekingiam reuertit: itemq; ab Erico fugatus cum ad montium angustias peruenisset: eorum præsidio fretus proxime insequentes deleuit. Partem quoq; exercitus in ostium terga traiecit: eaq; manu prope modum Lundenses absumpsit. Super hac omnia fugam capeffit. Deinde veluti rebus in Scania parum feliciter prouentibus bellum in Syalandiam transfert: fortunam loco mutare cupiens. Vbi ab incolis Rykonis ductum secutus apud Bythingam amnem bello victus: in Hallādiam excurrit. Ex qua rursum Syalandiam petens cum ex agrestibus antistitem in vico Ramløia moram habere cognosceret: noctu tacitus in vicinia mansit. De cuius cubi culo certior per matutinum eius officium factus ostio militem inuehi iubet. Ad cuius tuitiōne procurrentes cubulariū in limine trucidatur. Antistes ipse extremæ necessitatis periculis obsessum se videns: religione salutē postposita: ceruicem scuto subiecit: aditq; hostem insigni pugna prohibuit: clericis interim qui & epistolarū eius & anulū curam habebant: conuulsas pene ianuas admoto puluīnorum cumulo

Apud p. 227. v. 1.
Fabulosus
loci geni?

Epī virtus.

Baronis Grammatici

reprimentibus. Igitur ad eum Olauus quia armis non poterat: flammis atque tentabat.
At pontifex ense qui igni consumi speciosius ratus conferendi cum Olauo sermonis
pacem efflagitat: benignaque eius promissione firmatus: exerto foribus capite truci-
Epi caedes. cidatur. Igitur Olauus uisionem parricidio consecutus cupide in littus decurrit:
utque nauigia tacitus deseruit: ita concitus eadem repetiuit: ante fuga & nauigatione
ne vsus qui rex nuntium facti qui tunc in uicinia morabatur acciperet. Quo cognito
Romanus antistes acerbissima aduersus eum execratione vsus caeteris per Europam
Olauo iter pontificibus similiter in ipsum pronuntiandi detulit potestatem. Mandatum quod
dicunt sacris ad uniuersos lutia pontifices dedit: ut sententias aduersum sacrilegam eius im-
pietatem debita animaduersione destringendas curarent: indignum vsu factorum
existimans qui celebrem eorum ministrum oppresserit. Ericus uero comperito Ola-
uum Halladiam petere festinato post eum peruehitur. Cuius aduentu Olauus apud
Arystadium nuntiato uicini pontis beneficio fugam consuluit: eoque post tergum ab-
rupto: in proxima ripa tutus confedit. Pauci ex militibus eius quibus ob uirtutem
aut torporem fuga tardior erat: a superuenientibus occupati funduntur. Tunc In-
gimarus quidam uetus Erici miles: amulum eius non bellorum impendio: sed leui
insidiarum momento tollendum ratus: illectusque siue summi spe siue gloriae cupidine tras
fugam titulo Olauum petiuit: eumque transitionis simulatione secutus: tandem in publico
pergentem equi pernicitate fretus: telo traicere destinauit: complectensque uotum: ni Ola-
uus repere equo delapsus: imminens iaculum industria corporis declinatione uitasset.
Deinde citatus acrius equum dum incautus fugam comperit querit: in palustre coenium per-
piter agit: eiusque voraginibus implicatus opprimitur: proposito partem respondente for-
tuna. Post haec Ericus nuptiarum sollicitus affectu Bremorum antistitis Harwici ger-
manam uxorem duxit natum quidem nobilem: sed non tam pudicitia quam paritela conspicuam.
Cuius instinctu uetera regum latifundia in eos maxime quorum forti opera aduersus
Olauum vsus fuerat: dono contulit: neque regis opibus quo minus suscepta pro se per-
icula repesaret: pepercit: quasi ad hoc tantum eas recepisset ut in alios largitione trans-
funderet: totaque stipendium loco militibus erogaret. Postremo amulum apud Thiu-
tam annem cum maiore copiarum parte bello deleuit. Verum non eadem uirtute peregrina ac
domestica bella confecit. Expeditiones enim quas aduersum Sclauos ducebat: non tam
timori eis quam ludibrio fuisse. Adeo enim apud eum inertia omnia solutaque fuisse: ut
ne a viro quidem edita putaretur. Infimi cuiusque in soluenda militia arbitrium seque-
batur. Saepe lixarum redeundum uociferantium clamorem securus: classem dimisit. Ob
cuius mollitiam animata Barbarorum atrocitas non solum eum foris peruagantem contempsit:
sed etiam domi consistente inuasit. Qui cum in Fyoniam forte e Syalandia nauigatione
contederet: piratas post tergum imminere conspiciens: a uide petito litore: armamentisque
omnibus in praedam relictis: non sine rubore & metu nauigio cessit. Interiectis annis cum
apud Syalandiam febris e implicatum sentiret Fyoniam usque cuius erat oriundus concessit
spiritum ubi acceperat redditurus. Illic despato languoris remedio quia corpori non po-
terat: spiritum consulere cupiens: regiam ueste cuculla permutat: uocataque militum cohorte
palam regno renuntiat. Creditum est: & a sacrorum peritis traditum nihil abolendis piacu-
lis poenitentiae religione ualidius reperiri. Tunc Elyuus a uico Wisingo qui & ipse egro-
cum aliis affidebat: cum ceteris de creando rege circumspectis eum suffragiis iubet: utpote praesentem iam militia liberum. Quae uox uita regis quantum lacrimis restabat absumpsit: agre
ferentis adhuc uiuo sibi successorem inquiri.

Inlgardom. De haec ma. h. m. p. 117.
f. 117. v. 117. v. 117. v. 117. v. 117.
re. h. m. p. 117. v. 117. v. 117. v. 117. v. 117.
Pontani p. 216. fr. 22. ch. p. 229.

Ericus fit
monachus.
v. 117. v. 117. v. 117. v. 117. v. 117.
v. 117. v. 117. v. 117. v. 117. v. 117.

Inlgardom.
cap. 106.

Histo. Danice. Li. XIII. F. CXXXIII.

Chronicon Suedenoe p. 8. cap. 2. Suenone regis a Suenone dege. propositum fuisse in Spita sub h. Andine re- fert. Regni. chartab. p. 30. paper facturum. Litteratur. sub. Hulf. factum referat 1147. 62. 120. 1. 271.



Esuncto Erico ambigui plaris de regno suffragium fuit. Quippe Kanutus in Lusia: Sueno apud Syalandiam Magni alter/alter superioris Erici filius: ingenti ambitu regni petebat. Siquidem huc paterna illum auita merita venerabilem faciebant. Suenone itaq; Sialandensium suffragia ambiente: ac plarisq; petitionem eius fauorabiliter accipietibus: Olauus cognomine Balbus prisca moris

cap. 107.

amulatione permotus: cunctos qui regium ei nomen tribueret: ipsumq; si reciperet: execratus: adduci se posse negabat: vt in hanc vocem incosulta patrie maiestate perceret: aut regium honorē priuato prater publicū regni cōsensum deferret. Siquidē electionis locum Sialandiam esse. lus vero penes popularis arbitrii cōmunitatē cōsistere memorabat. Hastatibus cūctis: atq; a sentētia aliquantulū cedētibus: Steno quidā spreto veterū ritu Suenonē occultis a se promissis aggressum regio prim^o no- mine cēfuit. Maiorēq; cōcionis partē ad similitudinem vocis ausum induxit. Itaq; sententiā eius profectū vulgus: qd arbitrio suo paulo ante permittere verebatur: pari mox suffragio cōprobabat. Eodē quoq; auctore populus Sialandensis creatū a se regē finitimorū cōsensu fulciri cupiēs: Iacobo Colonis filio singularis faciēdiq; viro legationem compositā & subornatā cōmittit: qui Scanicēs adulatione dignitatis ad societate electionis impelleret. Idem Suenonī comes in Scaniā datus: accepta dicēdi copia: docet noluisse Sialandos quicq; super regio delectu sentētiis suis prater Scanicū arrogare cōsensum. Sed hūc sequi in cūctis q̄ p̄currere malle: sine eo nihil magne rei executuros. Verū Suenonis insitam animis charitatē habere: etq; sibi in regē dum modo Scanica allubescant suffragia exoptare: quē p̄ter propriā indolis claritatem/ etiā patris auisq; merita cōmendarēt. Meminisse deinde monet: vt soli ceteras Danorum vires obruerint: vt patri eius ad extremā pene desperationem redacto: nihilq; prater interitum prestolanti imperium dederint: obsecratq; humanitate qua illum exceperat: filium profectū. Ita Sialandensium affectum indicans: sed factū reticēs: omnium Suenonū suffragia conciliauit: quos ad hunc fauorē non solū Sialandensium legatio: sed etiam proprię eorum virtutis memoria concitabat. Kanutus quoq; eodē a Iutis honore prouehitur: indignatibus Suenonem temeraria gemina concionis audacia regium occupasse vocabulū. Inde Sialandiam potiendā eius libidine iisdem fractus accedit. Post hęc maximū pontificem Eskillum/ eundēq; Suenoniana partis fauorem occultis ad defectionē promissis impellit: quibus incēsus antistes Kanuto per internūtiōs mandat: classe Scaniam petat: seq; belli sociū pollicetur. vt autem occasione sibi transitionis concisceret: ac lubricum fidē suā rationabilis causę titulo coloraret: acceptas a Suenonē iniurias fingit: & quasi cū eo cōtrouersia initurus: cōtractis colloquiū simulatione militibus: Lundiam quę & Suenonem habebat periuit. Vbi dū compositionis negotia falso geruntur: Kanutum ex his quos ad speculandum eius aduētum pramiserat: adesse cognoscit. Nec colloquiū soluere moratus: ignotum ceteris consilium suū eadē hora repēte detexit. Siquidē elatis signis precipiti in litrus equitatu contēdit. Cuius aduētum Kanutus navigatione praeurēs/ littori copias mandare noluit: sed in altū nauigia reiiciens damna ta promissoris fide Sialandiam reuertit. Ita præsens consilium non cedētibus ex sententia rebus fortuna delusit. Sueno vero properantem ab vrbe pontificem subsecutus: reuertentem bello superat: captūq; quia publica custodia non suppetebat in ex-

Locum ele-
ctionis Sialandiam esse.

Sueno rex
lxxxv.

Eskillus cap-
pitar.

cellam Laurentiana: ædis partem attollit: eiq; templum ergastulo fecit. Eapropter

Chronicon Suedenoe p. 8. cap. 2. Suenone regis a Suenone dege. propositum fuisse in Spita sub h. Andine re- fert. Regni. chartab. p. 30. paper facturum. Litteratur. sub. Hulf. factum referat 1147. 62. 120. 1. 271.

cap. 107.

cap. 107.

Histo. Danice. Li. XIII. Fo. CXXXV.

Kanutus vero Scaniensiu damnis benigne secū a fortuna actū existimās: eāq; tantū sibi viriū addidisse: quantū a nulo depressisset reputās: ne res eius p̄xima clade cor-
 ruptas/ ocio recreari permitteret: Sialandiā tā sibi q̄ hosti diuidua ope familiarem
 lutiis p̄cipue fractus ingreditur: ei potissimū cessurā rarus a quo primū occupata
 fuisset. Vbi cōperto Roskildia deciuisse: portatq; sibi Ebbone filio Skialmonis aucto
 re clausisset: Sunonem quēdā sola loquacitate insignē/ nec tā consilio gnarū q̄ amoe-
 nū eloquio: qui eā ad deditōnē hortaretur p̄mittit. Is cū ad oppidū peruenisset: pri-
 mū ante vallū lasciuē/ & discursim obequitans: mox cōpositi volubilitate sermonis
 propugnaculis insistentes aggressus: legationis mandata facundius q̄ felicius expli-
 cabat. Quem Ebbo de industria blandis ac mitibus verbis excipiens: emissis deditio-
 nis simulacione iuuenibus prendēdum curauit. Quorum vnus paulatim ei propior
 factus: ius frāni violētius occupat: ceterisq; equū a tergo pulsantibus: captum ciui-
 bus ligatum adducit. Is primo compēdū p̄na coercitus: postmodū superueniente
 Suenone luminibus spoliat⁹ improuidā exhortationis p̄nas pepēdit. Hęc audiēs
 Kanutus potiendā vrbis diffidētia: in Lutiā reuertit: vtrq; rerū cōmoditas affuit:
 Sialandiā spe reparandā fortuna/ parte qua maris anfractibus interluitur inopi-
 natam intrauit: improuidam quoq; Roskildiam capit: & penates Ebbonis ad Sueno-
 nem elapsi incēdio diruit. Vnde ne imp̄sarum inopia aretatus discederet: publico
 stipēdio alimentorū ei subsidia decernūtur. Par Scaniē sibus circa Suenonē affectus
 inceserat. Ne enim labente sumptu veluti ciborū p̄cunria afflictus arma deserere
 cogeret: publicā eū collationis cōmeatibus p̄sequitur. Tāra inter partes virtu-
 tis & gloriā amulatio fuit. Interea nobilissimi lutorū/ & in rebus bellicis singulari
 militia laude cōspicui/ duab⁹ Suenonē Liburnicis periuērūt. Quorū virib⁹ succin-
 ctus assumpto Eskillo: manū in Sialādiā traiecit: ac p̄pe Thorstam vicū bello cū Ka-
 nuto cōcurrit. Vbi inclinata suorū acie rimidiōrū fugā secur⁹: fortiorū victoriā re-
 uocat: & dū vinci credit: victor repētinus euasit. Kanutū vero sui/ siue q̄ tenera
 adhuc atate esset, siue quia bellū eū implicare periculis nollēt/ in acie descendere passi-
 nō sunt: pro duce pugnae spectatōrē effectū. Interiectis diebus Waldemar⁹ diui-
 Kanuti fili⁹: armis tūc primū p̄tate matur⁹: sed paterna in Kanuto merita perosus
 Suenoni se iūgit: in eius castris militiae Tirocinū habiturus. Cuius fauor plurimū
 Suenoni viriū cōciliauit. A quo paterne p̄fecturā dignitate donat⁹: Kanutū quēdā
 Henrici filiū sub Kanuto Magni filio eiusdē beneficii titulis inhiantē crebra belli cō-
 gressione perdomuit. Nec minor ipsis mediocris rei q̄ regibus summā amulatio
 erat. Semp̄ autē ad Waldemarū victoriā redūdauit. Erat autē Kanutus insignis factū
 dia sed moribus effusissimus. Sueno & fortunā fauore: & viriū incremētis accinct⁹
 in Fioniā excedit: mox armulū apud Lutiā persecuturus: vbi ab exule quodā Ethlero
 sollicitatus bellū in Holfariōs parat: abūde minora ad traiciēdum nauigia p̄mittē-
 te. Incola siquidem quo transitus impeditior foret: pontē conuulserant. veniētibus
 Eidoram: p̄missoris incuria binas tātū nauiculas exhibuerat. Quarum altera Sue-
 no suos p̄cedere cupiens: saniore militū sentētia reuocatur: rogatus p̄positū hostiū
 aliena traiectione p̄nosceret: neq; p̄priis rem periculis explorare. Sigdē haud procul
 eis latebrā esse: parte copiarū quantā a se supandā crediderint irrupturis. Nec falsa
 p̄dictio fuit. Holfarii quippe vicinis se saltibus occultātes: patietē primorū adi-
 tū p̄restolantur: transuectisq; quos a se capi posse cōsiderēt: p̄cursu facto omnes aut
 neci aut captioni subiiciūt: q̄q; Danis in propullando periculo animus nō deesset: vt

Suno lo-
quax.

Suno capi-
tur.

Roskildia
capitur.

Waldema-
rus Tiro.

ca. que antequam in vna manu vel ad
 archy. cum ff. 1266 ff. 11. v. d. anulis
 in h. l. a. h. a. et magna q. h. p. n. l. d. p. p. o.
 im. l. h. l. a. h. a. p. a. h. a. n. u. t. a. m. p. l. e. o.
 Ethlero de Suetmarh. q. uenit a. u. p. p. e.
 ante: occurrit a. p. o. h. e. l. m. a. c. h. e. m. l. e. d. 1.
 cap. 07. et. h. u. a. n. p. s. 219. h. d. d. e. c. 1274.

Knudus
cap. 107.

Knudus
cap. 108.

Knudus
cap. 108.

Ebbonis
mors,

pote qui nec fugere possent, & in regis oculis pugna edere necesse haberent. Ita nos-
tros ad virtutē capeſſendā & salutis desperatio, & praesens ducis incitabat aspectus
Quorū periculis exturbati scafarū magistri: circa palos medio amne defixos hare-
bant: neq; residuos transuere: neq; translatos referre ausi. Itaq; nec regi ad pcedē-
dū, nec victis ad resiliendū opī fuisse. Interea Kanutus sumptuosis militiā impensis
oneratus: nec minorē occidētis humanitatē inuenit: q̄ oriētis nuper expert⁹ fuerat.
Siquidē agrestium placide tractatorū stipendia cōtraxit tali lutorū beneficio vsus:
quale pridē apud Sialandios acceperat: huius Sueno cōgressu vitato: Scaniā reuisit
exiguīs militiā reliquiis integrā amulī manū artētare formidās. Interiecto tēpore
receptis pretio captiuīs securus lutiā adiri cōstituit: peragranti Fioniam Ebbonis
e vita nūtiatur excessus. Cuius fato deiectus: relatis in Sialandiam copiis p̄sens bellī
propositū deserit, militēq; plangere q̄ amulū incesſere maluit. Adeo em̄ familiaria-
ter eo vsus: vt nihil in foro: nihil in castris: absq; ipsi⁹ amministratione curaret: inq;
priuaris ac publicis negotiis prorsus ex eius arbitrio sentētiaq; p̄deret. At vbi re-
cens funeris mœror exoleuit bellum nouaturus per Fioniam in lutiā decurrens:
Wibergenses regionū vectigaliū immunitatē pactos ad bella pro se suscipiēda per du-
xit. Huc Kanutus magnis oriētis viribus succinctus aduehitur: victor haud dubie
futurus nī suadētibus amicis equestre militiā pedestri mutasset. Siquidē oprimates
eius supiorū bellorū ammoniti: qbus rem infeliciter equitādo gessere/ ne fugā facul-
tas ignauos abriperet: necessitatē sibi iferre tētātes: equorū amminicula submouēda
duxerūt. Kanutū cū paucis equitibus peditū mediū faciūt bellī merita aestimaturū,
nec alias Sueno rebus suis impensius diffidebat. Vt autē hostes vltro militiā expedi-
mentis exui vidit: summa spe extremā desperationē mutauit: neq; enim ignorabat
equitatu vacuos letam & ignobilē militiam edituros: plusq; sibi praesidii demere q̄
durametū cōsciscere. Et ne ei similis manus deesse videretur: wibergenses vt p̄te rei
equestris ignaros/ pedestri plio militare p̄cepit: nōnullos inter sagittarios & fundi-
tores dispertit. His leuia tormēta saxaq; iactilia p̄ armis fuisse. Proxime eis ab vtro-
q; latere equites iūgit: mox hostiū terga pressuros. Cōmittēdi taliter plio p̄cipuus
auctor ei Waldemarus extabat: corpus annis tenerū/ animū industria p̄ualidū habēs.
Is siqdē pedites peditib⁹ opponēdos: latera autē & terga ab equitibus incesſenda do-
cuerat. Kanutus dupliciter instructi hostis cōsiliū ex apparatu cognoscēs: opportu-
nitatē insidiis negare disposuit. Quib⁹ vt copiā demeret: neq; suos a tergo circūue-
niri pateret: op⁹ impetu ratus/ totā manū in cōsertissimos pedites inducit: eosq; pas-
sim & varie resistētes pene oēs oppressit: nec ea tñ virtute periculū ppulit. Quippe
Sueno vtrinq; ex latere aduersarios, partito equitatu circūuolat: deturbatisq; equis
quos retro acie fugā metu locauerat: ancipiti incurſu cōclusos exagitabat. Qd vbi
videt Kanutus trāsuersis acie p̄ncipiis instruit, reuocatq; a pedibus pugna: ad
equites transtulit. Quippe a tergo instantibus ora aduertere necesse habuit. Sueno
vero cum & armis diffideret: & equorum pericula formidaret: tranſuerſis eos praes-
liis fatigare: non manū cū eis acie conferere: nō pugnandī copiam facere: sed incer-
to Marte ludificatos/ astu ac lassitudine superandos curabat: eos grauissime ador-
tus qui cōmuni acie longius excedentes: audacius semet propulsandis obicere peri-
culis. Variis igitur irruptionibus lacerati: crebroq; impetu & obliquis cōcursibus
lacerati: tandē viriū inopia ad tantā corporis lassitudinem peruenerunt: vt praeter
communē belligerandī morem in ipso certaminis ardore sessione pausarent. Cūq;

Amulū
cap. 108

Amulū
cap. 108

Amulū
cap. 108

Histo. Danice. Li. XIII. F. CXXXVI.

nec ad fugam, nec ad pugnam vis vlla suppeteret: dū sollicitē salutis praesidia circū-
spiciunt: oppidū cuius paulo ante incolae fuderant: cōposita acie paulatim accedere #
tutissimū ducunt: subsidiū loco hostiū tectis vsuri. Eo igitur seruatīs ordinibus in #
cessum emouent: procuratis qui a tergo curarēt: hostēq; retrogradū pellerēt. Tanta #
placētq; necessitatis fiducia est. Tūc Barcho quidā promptissimus Suenonis miles- Barchois
ab aduersariis vndiq; circūuētus: innumeram manū ammirabili solus virtute susti- virtus
nuū. Tandem obfusis sudore oculis pulso clypeo ambas bipēni manus inserere: pro #
miscue cadē facere: hostes ac socios iuxta/serire: nulli propius instanti parcere. Quo
viso Waldemar us cui multa secū ex veteri cōuictu familiaritas erat: memoria priūce
charitatis euectus equo ocius aduolat extremis amici rebus adesse cupiens. Quem
Barcho aduersariū ratus: relata bipenni instātem appetit. Sed Waldemar us p̄repto
eo icum ocior anteuenit. Manubrio solo scapulæ eius vehemētē impacto ferrū ex-
cidit. Vix hominē inter tot arma, tot hostes obnixius cōtranitēte seruare potuit.
Diu tandē oblectatum abducit: inuictūq; saluti restituit. Qui postq; se ab amicissimo
salutari captione pertrahi videt: libenter quidem eius opem excipere dixit: sed non
ita uti hac velle ut captiuorum more clunes equi sequendo: scedum de se spectaculū
faciat. verum ex parte Kanuti alii confestim fugam facere: pars oppido latebrā que
rere: nonnulli per medias eius plateas erūpere: Kanutus ipse per angustissimas vici
partes: equo vectus eripitur. Occupati qui in vicū profugerāt: & in vnā aditū capti #
ui tradūtur. Ad quos introgresso rege Helias Ripensis antistes circūspectis omni- #
bus: hortulanū regi amulandū aiebat: qui ut ilibus herbis incremēta cōciliat: noxiis #
locum vacuefacit. Qd dictū specie horridū: si quis altius mēte perspiciat summa in-
dustria procuratū fateatur necesse est. Abcise enim rem, sed copiose disseruit. Cui si
Sueno obsecutus fuisset: profecto omnē amulū fiduriā sepelisset. Qui licet iniuria-
rum nomine vindictā a captis exigere potuisset: ad mitiorē tamē sententiā ingenua
sibi pietate deflexus: plarisq; redimēdi copiā fecit: aliosq; sacramēto, alios spōsione #
in fidē acceptos: morte mulctare passus nō est. Ex quibus binos dūtaxat peculiarib; #
flagitiis obditos: alterū quia terrā latrocinii vitā egerat: alterū q; optime de se me-
rentē virū per insidias dormiētē oppresserat: capite poenas soluere iussit: in neutro
belli: in vtroq; sceleris negotiū puniēs. Cōplures ex superioribus tributa sibi salutis
immemores: acceptū ab hoste beneficiū repetita Kanuti militiā neglexerūt: eisq; pri-
uina fides recentī charior erat. At Kanutus ab Alaburgo Liuthusiū petēs: apud vi- #
triciū Suerconē exul aliquādiu demorat⁹ est. Huc siquidē occiso Magno Kanuti ma- #
ter cōiugio obuēnit. Tūc vero laceræ Danorū res disiecta; fuere: cū interius socia
li bello flagrante: exterius piratica pestis ingrueret. Cuius ppullanda; causā Sueno
toti Sclauia bellū crebrius q; prosperius inferebat. Neq; em̄ tāta illi in praliis perse-
uerantia: quātus furor atq; imperus fuit. Nam cū receptui consulere debebat: tā aui
de litrus reperere cōsueuit: vt par fugæ reductio videretur. Neq; suorū ei res curæ
fuere: dūmodo prior ipse nauigiū rapuisset. Quæ regis ignauia tantam Sclauis au-
daciā dedit: vt crebro copias ei⁹ reuertētes opprimerēt. Ipse quoq; Wibergā adhuc
munimētī expertē: quo tutiori sibi receptaculo foret: terreis mœnibus clausit: ma- #
gnisq; eā stipendiis instruxit. At Kanutus apud Suetiā primū vitrico opatus: mox
onustus haberi cœpit: ita vt pro comparandis alimentis quicquid illic prædiorum #
possederat veditaret. Neq; enim vlla gens exules aut p̄prios recipit: aut facilius #
reipuit. Sed & fili⁹ Suerconis Ioannes: vt plurimū strēnu⁹: ita parū facetus irrisorio
temnit.

cap. 108.

cap. 108.

cap. 108.

Wedel vort h. h. h. h. h.

Quomodo
Wibergam
clausit mœ-
nibus.
Suetica gēs
exules p̄o-
pre recipit
facile con-
temnit.

Saxonis Grammatici

carmine fugam eius præliisq; rexit: & quasi cantilena: specie pudibūdi hoīs ve:
recūdiā lacessiuit: vt enī hospite rubore & cōtēptu perfunderet: fortunā ipsius ludī
brio laessere cepit: aspersisq; iocis, & ignominioso verborū genere: ignauiā ei bel-
liq; tristes exprobrabat euetus. His Kanutus opprobriis irritatus: nauigio cōmea-
ruq; empto plurimū in auunculis & materna filius necessitudine: Poloniā profugit.
Quem illi maternæ rei nomine regni consortionē appetere rati: ceteris in locis ad-
missum: munimētis excipere passi non sunt. Ad vltimū cū ne placida fatis fronte cō-
spiciūt: insontem notantes cum propinquo charitatē deberent. Augebat hunc me-
rum recēs maioris eorum fratris depulsio. Itaq; receptus quidē: sed nullā (vt dixi)
vrbium intrare permiffus: ad prefectū Saxonīa: Henricum peruehitur. Apud quē
minorē spe sua fortunā expertus: Hamburgensem antistitem Hartuicum accedit:
iam pridem Danis iuridictioni suę exemptis insensum. A quo humanissime habitus
belliq; tandem subsidia mutuatus: domesticorū militum fidem tacita legatione per-
tentat. Respōsum est omnes ad eū ocissime trāsituos: datāq; Suenoni fidem pristīa
na mutatuos. Qua promissione securior factus: peregrina manu Iutiā intrat. Sed
et suis nec humanitas Suenonis: nec obsidum charitas: nec periurii respectus: quo
minus ad eum signa referrent obstaculo fuit. At Sueno vbi de eius aduentu cognouit:
virium diffidentia apud Wibergam recētib; a se munimētis excultā obsidionē
ferre constituit. Vbi ad sustentandā sumptuū necessitatē bona eorū qui ad Kanutū
concefferant: rapinis exhaurit: præ datuq; stipendia contrahit. At Kanutus ex pro-
xima pugna: euentu: vrbem oppugnare diffusus: formidata locorū fortuna: procul
moenibus castra constituit: operiri volens quoad amulus protelatīs diebus alimen-
torū egestate vexatus: aut turpiter fugā: aut temere bellū arripere. Ea Kanuti spes
Suenoni victoriæ fuit. Eodem tempore Bruno quidam qui & Kanutum ipse e Saxo-
nia securus fuerat: siue Suenonis instinctu corruptus: cum quo vetusta sibi societas
erat: siue delati belli tādīo satiatus impetrata vtcūq; licentia cum aliquot Ripam
1151 secessit. Sueno vero cum rem familiarem magnis in vrbe sumptib; exhaustisset: neq;
trahendi diutius belli materiā circūspiceret: audendum aliquid cum periculo ra-
tus: noctu magnis itineribus tacitus ad hostium castra contēdit: eosq; mane diuina
curantes: improuidos irrumpit. Quibus repentino metu percussis: vt cuiq; animus
erat: aliis fugam, aliis arma capere negotiū fuit. Medius horū interfluebat riuus oc-
cultis voraginibus frequēs: sed vno dūtaxat vado meabilis: qđ Suenonianis incogni-
tum, Kanuticis notū prior loci inspectio fecerat. Exiguus idē & obscurus olim: nūc
belli inclytus fama. Igitur qui irruerāt ignorātia loci inuias riuū ptes aggressi: p̄ci-
pitatis equis iprouidi ipetus p̄enas dedere. Experti periculū emīn? instāt: fundisq;
ac iaculis puocāt cōgressū phibēte lacuna. Tūc Saxones ostēdā: virtutis auidi:
ne rebus locus officeret eqs vadū insiliūt. Waldemar postq; ad loci egrabile videt
sancti Kanu tāq; hostes trāsitu phibitur? / eo freno cōuertit: aduersoq; cū eis equo cōcurrēs: ipa-
ri ducis fi ctā vni lanceā ingenuo militādī more p̄fergit. Sed cōtra ī ipso gurgite ita quaternis
lius. simul hastis excipit: vt equ? in clunes cōsideret. ipse tamē ob egrēgiā egrādī peritiā
fella pelli nequiret. Quintā inter frōrē galeāq; defixā: adacto capulo collisam auulsi-
His malis liber / arrepto equo cū paucis vadū supat: & ne securus angustias face-
ret: p̄cul riuo secedit: ibiq; facta acie pugna cepellit. Quinetiā totā hostiū turbā quo
ad oīs sociorū p̄measset exercit? / parua manu sustinuit, Suenoniq; certissim? auctor
victorię fuit. Quo opē ferēte: Kanuti ptes fugā fecere. Grandē q̄ppe ex superioribus

*Quoniam Saxoniam fugasse, innotuit, ut
he. Hall. ad 1152. p. 27. Annals. Saxe.
ing. 1152. p. 213. nihilque vestigium
cum in Saxoniam habitum habet, ut
domerum Saxon, cui mater illi ha-
post mortem Magni, nuptias. Sicut
curia. f. 13. l. 13. a. f. 13. d. h. u. l. c.
c. 10. p. 2. d. h. c. 273.*

capitulos

Histo. Danicę Li. XIII. Fo. CXXXVII.

preliis metu hauserant eorūq; memoriam abicere nequeutes: egrii semper infra
 etiq; animis erāt. adeo em Rānutorum animos res aduersę corruperāt: vt maiore
 fortitudinis parte defecti / perseverāter hostē ferre nequirit: nimioq; timoris captu
 hebetatis animis faciles semp in fugā existerent. Saxones vero qbus agitatio milita-
 ris familiarior erat / equestri exercitatione vsi / crebro equorū relectu victoribus insul-
 tabāt, ita fugā moderātes: vt eā nō sine ordine & regimine dirigere viderent. Prom-
 ptissimus horū Folradus eo plio cadit, neq; captorē reperire quiuit, q̄ obrutus prē-
 di se plurimū p̄caret. Ceteri inter diu male fugientes oppido nocte māserūt: vbi a fu-
 gę p̄secutoribus intercepti, hospitio necant. Cōdixerāt em victores nemini parcere
 deuictorū: tū Saxonū odio: tū quia pximo bello captos & a se redimēdi potestate do-
 natos: denuo hostes expri fuisset. Kanuto Saxonia refugio fuit. de cui? fuga Ripēs
 vti acta erat ab intermeantibus edocti, quo plus victori placerēt cōfestim Brunonē
 capiūt Suenonis in breui iudicio p̄sentādū. Quē Sueno oblatū aliquādiu familiari?
 habuit, mox donatū abire p̄mittit. Quę res ei apud cōterraneos suspitioni primum
 mox cladī atq; exitio fuit. Fure em interfectorū propinqui q̄ crederēt eū pecunia a
 Suenone corruptū socioꝝ salutē iniquissimo subuertisse cōsilio: declinatī belli argu-
 mēto doli cōiecturā trahētes, neq; aliud beneficētiam regis, q̄ fraudis p̄mium exitiis
 se putātes. Cui cū de p̄fidia diem dixissent, omnēq; accusatiōis suę vim validissima
 eius defensione elusam viderēt: inuictū foro insidiis occupāt. Sueno perinde ac priua-
 tis iā periculis liber: ad publica ppulsanda animū induxit. Locis marinis natura mu-
 nitis, cōplura agrestiū p̄sidia cōdidit. Bina castra, alterū in Fionia, i Sialādia alterū
 p̄pter fretū molit, q̄ piratis timori, incolis vero receptui foret. Sed a Sclauis vtrūq;
 cōuulsum p̄dit. Bellū cū ipsi magna apud Fioniā virtute gessit. Quorū copias ita
 cecidit: vt pleriq; militū palmas ferro p̄terosas habētibus, media digitorū caro cru-
 desceret. Eo tempore p̄pter incursum qui a maritimis crebri p̄donib? edebant: apud
 Roskildia Wethemāno auctore piratica ccepit. cuius hęc disciplina hi mores fue-
 rent: Nauigia piratę magis idonea sibi visa absq; possessoris p̄missu assumēdi potestate ha-
 bebāt: octaua acquiritorū parte nautū daturi. Nauigationē orsurū, apud sacer dotes
 p̄terite vite piacula deplorabāt: eorūq; religiosa animaduersione puniti / perinde
 ac statim decessurū, diuina altarīs libamēta sumebāt, cūcta prosperi? cessura rati, si
 rite deū aū bella placassent. paruo viatico sumpto, onera & ipedimēta vitabāt arma-
 tura ac cibo simpliciter cōtenti, nihilq; qd nauigationē moraret amplexi. multę illis
 vigilię, multaq; p̄somnia erat. Remorū manubrū iis cōfidēdo innixi somnū carpebāt.
 Quoties p̄pter littora illis nauigatio erat: eadē ante speculatorib? plustrāda māda-
 bāt ne qd icōpertū forte vel iprouisum occurreret. Insulas ad quas v̄to afflarent pe-
 tebāt: missis q̄ loca p̄cellis auersa percurreret: q̄ pegrina classis trāquillis soleat por-
 tub? delectari. Crebrū eis cū hoste certamē: sed vbiq; facilis, ac pene icruenta victo-
 ria fuit. Prędā ex equo priebātur: nec maior gubernatoris portio q̄ priuari remis
 erat. Christianos quos expugnata classe captiuos reperāt: amictu donatos ad ppria-
 dimittebāt. tāta eis i cōterraneos hūanitas erat. octogenas & binas piraticas puppes
 varie & vicissim cepe, nunq; ipi classē viginti duab? frequentiorē hñtes. Stipēdiis de-
 facti ip̄ctas a ciuib? cōtrahebāt p̄mi loco p̄de dimidiū receperunt. Hic piraticę cul-
 tus vt dixi Roskildię cepe? ab vrbis gremio etiā ad agrestes manauit, ab oī ferme
 Sialādię p̄te subsidia muruatus. Eniuero angustus primū ac tenuis magna breui in-
 crementa contraxit. Sed neq; ante redditā terris pacem vlla ex parte remissior fuit.

Roskildē,
 piratica.

cap. 106.

Saxonis Grammatici.

Frisia minor spectat ad Daciam De situ Frisiam. **Cōmendat** Frisiam.

Interea Kanutus Frisiam minorem que & ipsa Danicarum est partium cum paucis exiliū comitibus petit. Diues agri prouincia est pecoribus opulens. Carterum confinis oꝛceano patet humilis, ita vt eius interdū estibus eluatur. Qui ne irrupant: valde littus omne precingitur: qđ si forte perfregerint inunđat campos: vicos & sata demergunt. Neq; enim illic locus natura alius alio editior exstat. Plerunq; agros ab imo conuulsos alio loci traiciunt, locum eorum occupante lacuna, in quorum conſederint præſidiis poſſidendos. Inundationem comitatur feracitas. Gramine tellus exuberat: torrefacta in ſalem gleba decoquitur. Hyeme continuo celatur eſtu. ſtagnū ſpeciem præbentibus campis: vnde & in qua rerum parte locanda fuerit: pene ambiguum natura fecit: cum alia anni parte nauigationis patiens / alia aratri capax exſtat. Incolę eius natura feroces, corporibus agiles, anxiam & grauem armaturā conſtemunt / ancilibus vtunt, miſſilibus dimicant. Agros ſcribibus cingunt, ſaltus conſulibus edūt. Penates in editum ſubiecto glebarum aceruo prouehūt. Hos a Friſonum gente conditos nominis & linguę ſocietas teſtimonio eſt. Quibus nouas quarentibus ſedes, ea forte tellus obuenit. Quā paluſtre primum ac humidam longo durare cultu. Adminiſtratio deinde prouincię ſub noſtris regibus eſſe coepit. A qua Kanutus cū forte præſidium imploraſſet: prompto omnium fauore ſuſcipitur, pollicitus ſe eis aliquid de conſuetę penſionis onere laxaturum. Auidi promiſſionis Friſi inuitu exilis p̄mi, immani ſe negotio onerant. Ac primum moenia propter Mildam ſtadium: quis eum recipiant condunt. Tantulo ſtipendio ingens militia ſtetit. Sueno reditus eius opinione accepta / Iutis in equitarum digeſtis a Sialandis & Scanis claſſem adſciit. Ex qua non nullas naues Slefuiçi ſubductas ad Eidoram vſq; ſolo tenus pertrahendas curauit, ne ea pars hoſtibus elapſū foret. Quę res ei impendio magis q̄ vſui fuit. Inde cum copiis ad recens oppidum pergit. Id inter paludes amnemq; ſitum natura q̄ opere munitius erat. A latere ei Mildam ſtadium fuit anguſtis alueis, ſed placide manantibus aquis. Quod quia rex ob anguſtias exercitu circumuenire non poterat: locis ex copia idoneis caſtra deſigit. Deinde caſis virgultis que nemus proximū offerebat ad peragradas paludes conſtrumenta fieri iubet: quibus cum opportunum foret: velut pontibus vterentur. Interea quidam ex Friſica iuuentute, ſiue more impatientes: ſiue vegetioribus animis virtutis iactandę cupidi: pro uocandę gratia / riuum qui inter caſtra medius erat conſuetę arte tranſiliunt, vatumq; eminus hoſtem inceſſunt. Nec laeſentibus obuū deſuerunt. Complures ex utroq; agmine huic ſe certamini ingerunt, ſuorum quicq; pericula propulſuri neutris communis fortunę negotium patienter inſpectare valentibus. Itaq; paulatim creſcente pugna, adeo omnium huc animi confluxerunt: vt ex eo belli præſultu / totius victorię ſumma p̄dere videretur. Quo viſo filius Thorſtani Petrus omnium regis archanorū particeps: non ignarus Friſicę temeritatis: cōfeſtim armari exercitū, præſtolariq; caſtris paratum iubet. Huius rei inſciū Friſiones tota amnē manu repente tranſuolant: rati ſine paratu regem in caſtris eſſe. Ita audacius q̄ prudentius omnis eorū irrupit exercitus: inopinatum hoſtem opprimere auidus. Sed Suenonia nis non ſegnius occurrantibus: ad notas ſibi refugere paludes. Quas mox equites factorū a ſe pontiū ſtramētis vſi facile ſuperāt: tranſlatiq; fugā acerrime perſequunt. Aliud quoq; ferro ſibi cōpendiū ſtruunt. Nā rāta in fugiētes ſtrages exercita eſt: vt conſtratis cadaueribus amnis mox a victoribus permeari potuerit. Fuſis friſonibus Kanutus cum paucis exiliū ſociis eques elabitur. Reliquis fugę expertibus oppidum

Saxonis Grammatici.

Kanuto obtentu fore / expeditamq; cum eo manum in Daniā esse mittendam que vel Suenonis præcurreret reditum: vel confestim impugnaret aduentum. Sueno in re tam anxia: aut periclitandum sibi: aut parendum fore cognoscens: simulata assensione: pater na bona quibus in Sialandia abundabat: tanq; peculiaria a conditionis tenore sublegit / ne violandę pactionis omnis domi deesset occasio. Quod quia germanico iuri familiare erat: admissu facile fuit. In hoc Kanutus pacti parum credulus Waldemarum qui cum Suenone aderat: sponforem efflagitat: fidem eius integritatemq; tutissimum rerum suarum pignus existimans. Neq; enim alium ex regio comitatu pari constantia pro capite suo excubiturum putauit. Ille Suenonianę perfidię cōsciū cum vanam ac lubricam compositionis fidem aduerteret: ne alienam in se labem recidere pateretur: sponfionem pertinacius abnuuit. Tandem rege compellente, vix atq; egre vadimonium dixit: præfatus se si Sueno pactum pertriperet: Kanuti partibus accessurum: probata vtrinq; conditione discessum est. Reuersus in regnum Sueno: deq; æmulo comitem nactus: remissis e vestigio literis: fidem Cæsaris aperta fraudis exprobratione damnauit, initalq; cum eo pactiones obsequii negatione subuertit, in eas se conditiones fallaciter adductum affirmans, in quas Danicorū adhuc regum nemo concesserit. Præterea Kanuto iusta petenti, prouinciali duntaxat amministratione concessa: regios penates a cætera se conditione secreuisse dicebat: fraudatus pacto Kanutus: vadem sollicitat. Qui cum regem deserere: vel sponfionem corrumpere, æque fœdum putaret: vtrobiq; famę periculum contemplatus: mutare pactum: q̄ euertere maluit, statuens vt cum rex Sialandiam comitatu suo necessariam duceret: aliud pro ea Kanuto stipendium assignaret: nec fructu parcius: nec spatio contractius: nec honore defectius. Assensus conditioni rex: triperitiam Kanuto præfecturam constituit: eiq; in Luria, Sialandia / ac Scania, peculiare beneficium tradit: inter cisam loco dominationem minus solidæ potestatis gesturam existimans: Huius rei Kanutus Waldemarum denuo prædem exposcit. Quem velut antea repugnantem Sueno condendi fœderis audis: sponfionem iterare coegit: negans si pacto obuiam isset: eius Kanuti defectionem egre laturum. Hoc fretus pigrore Kanutus: cupide conditionibus fruitur. Igitur Sueno perinde ac bellorū metu solutus in superbiam lapsus: patrios mores q; parum sibi viderentur exculi, tanq; agrestes & inconditos: petita a finitimis vrbantate mutauit, spretoq; Danico ritu germanicum æmulatus est. Nam & cultum saxonicum sumpsit / & ne eo inuidiosus vteretur: militum studia ad similem vestis vsum adduxit: rustici moris tēdio comptioris famulitiū grege, palatium instruens. Quinetiam epulandi rusticitate depulsa: externas mensis comitates adiuuit, commestationumq; ritus cultiore ministerio gerendos instituit. Nec solum cultum nouauit: sed etiam edendū bibendiq; facietas tradidit. Idem studii in nouanda clientela, asciscēdisq; satellitibus gessit. Honores quippe nobilibus demptos: histrionibus deferebat, magnisq; & illustribus viris a latere suo sepositis: in eorum locum turpium & effceminatorum familiam subrogabat: vt abiectū maiorum, minorumq; prouectu: prorsus eximias potentia suæ vires ostenderet: ditatiq; fortunam suam beneficio regis, non generis imputarent. Nec insolentia eius auaritia defuit. Siquidem lucrosa sibi illorum fata, quorum bona auxisset constituit, pupillorumq; parentibus e mortuis expiator euasit. Neq; nephas duxit eorum liberos ægestati subigere: quorum opera / regni opes ipse susceperit. Ipsos quoq; milites prius a se locupletatos, ad vilem

Nemo regū Dania: Cæsari homagiū præstitit.

Sueno in superbiam lapsus ritū Alemānorū æmulat⁹ est

Suenonis auaritia.

Saxonis Grammatici.

Similitudo
aranae.

priusq; ei cum vastis, & immanibus scopulis: q̄ cum hoste certandum. Quo victo ni-
hil præter ignobilem prædam, & sordida spolia victoribus occupandum. Postremo
cum Stolidam regis perseverantiam consilii sui sapientia superare nequiret: iner-
tiam eius facitissime cauillatus est. Nam araneam eum æmulari dicebat: quæ tela-
rum figmentis cum discrimine vitæ: & viscerum suorum egestione confertis: quid
nisi Scarrabeos putres & vilia prenderet animalia: Cuius exempli euentia araneæ
regem: militiam telæ: victoriam venatui conferebat. Ita audum ducem exiguæ
rei cupiditate seipsum viribus exinanientem inutili bello delectari monstrabat. Cu-
ius Sueno dignitatem potius q̄ monitum veneratus, abeuntemq; eum ad regni fi-
nes vsq; comitatibus profecutus: destinati olim belli studium animo reuocauit:
quippè quem magis potiendæ Sueticæ cupido: q̄ aut iniuriæ dolor: aut pudoris irrita
mentum accenderat. Maximam siquidem inuadendæ eius opportunitatem / tum ob
senium imbelliamq; Sueronis: tum ob factiones inter eundem & plæbem recenter
ortas: nam Ioannem agrestes cõcionantem occiderat: arbitratur. Spe quoq; tam
rata victoriam complectebatur, vt ante militiæ exordiũ inter milites suos Suetica-
rum iura prouinciarum: tanq̄ belli præmia partiretur. Duo quoq; ex proceribus
eius ad opinionem vnus Sueticæ virginis libidinis æmulatione correpti: magnis in-
ter se iurgiis dissidere cœperunt. Cuius nuptias rex in beneficio suo reponere par-
æstimans: capta Suetia fortiori connubium pollicetur. Quo promisso libidinis æmu-
lis magnum virtutis certamen ingessit. Tanta apud Danos fruendæ Suetiæ fiducia
fuit. Interea Suerco belli metu crebras ad eum de pace legationes direxit: sed nullis
conditionibus ad eam impetrandam assurgere valuit. Igitur frustra fatigari se vi-
dens: non se prælio offerre: non arma: nõ expeditionem parare: sed ignotos locorum
recessus quærere, summamq; belli Sueonibus credere. Vt autem Sueno difficillimo
rum itinerum euitaret anfractus: instrumentum belli hyemis expectatione suspen-
dit: ab atrictis glacie paludibus profectionis compediũ petiturus. Hyberni itaq;
temporis beneficium nactus: expeditiora legit itinera, rapinisq; & incendio Finniã
prædabundus aggreditur. Occurrunt indigenæ supplices, patriam seq; dedentes:
nec sic se subtraxisse contenti: etiam comitatibus præbitis: hospitalitatis eum obse-
quii prosequuntur. Post hæc Werendiam intrat. Vbi ab incolis neq; Marte neq; de-
ditione exceptus: flammis omnia ferroq; peruadit: viris ac fœminis passim solitudi-
num inaccessa petentibus. Sed & præaltæ niuium moles totis ferme campis incesse-
rant: frigidisq; tanta vis erat: vt vberibus admoti infantes, algore hebetatis mem-
bris inter ipsa lactis alimenta decederent, matresq; simili fato propinque, extincta pi-
gnora moribundis complexibus attrectarent. Dani quoq; eadem aeris inclementia
afflicti: non in castris noctes exigere / non militares excubias obseruare: pars foco si-
bi pars tecto consulere, aeris non armorum scuitiam in metu reponere, cuncti plus
coelum q̄ hostem cauere. Werendenses autẽ quo ad regis gratiã pacisceretur, iter in-
tercipere cupientes: cœsis minoribus truncarũ arborũ coaugmentis fauciu quas per-
meaturus esset: angusta præcludunt. Tantis siquidem circũiacentium rupiũ anfra-
ctibus clauderentur: vt absq; ingenti dispendio a latere præteriri nequirent. Quo-
rum ausu rex inter cœnitandum accepto / more omnium impatiens / discussis mensis,
equum inuolat: militibusq; adesse iussis, ad rupem concitus fertur, indigne ferens
cœptorum suorum cursum vilibus agrestium obstaculis retardari. Rogatus a Ni-
colao quodam iræ parcere, incertamq; admodum rem curiosius explorare inter-

Hyeme bel-
lat̄ i Suetiã

Horrendũ
frigus.

Calliditas
Sueonũ in
cedendis sil-
uis.

Historiæ Danicæ Lib. XIII. Fo. CXL.

pellanti se vxoratum quemq; timidissimum esse respondit, ad eius nuptias alludens. Vxoratum
 qui ducta coniuge post die militiam ingressus fuerat. Ille ob contumeliosam moni-
 torum suorum repulsam ira percitus: facturum se breui qd Sueno non audeat sub-
 intexuit: exprobratq; sibi ignominiam, inuicem in eum reiecto meticulositatis op-
 probrio vindicauit. Quæ vox ab iracundia profecta celerem ipsius obitum ominata
 est. Vbi vêtum ad fauces: delapsi equis milites, q̄q; tenui armatura essent/q; eis festi
 nationis ardor periculorum contemptum ingesserat: arborem struem oppugnare
 coeperunt: indigenis qui ad eam defendendam conuenerant /ingenti pacem clamore
 poscētibus. Tunc Nicolaus acceptam a rege contumeliam conspicue probitatis op-
 ribus demere cupidus, ne magis vxorius q̄ strenuus videretur: dum conferta trun-
 corū robor obstinatio ad pericula gradu superare conat: ab agrestibus e strue tanq̄
 ex muro ppugnabit⁹ caput hasta traiectus opprimit. Similis aliorū conat⁹ faxis su-
 dibusq; repellit. Sueno ppinquitate noctis, impetusq; p̄properi poenitentia reuocat⁹:
 signo receptui dato p̄pter aggerē castra cōstituit: luce postera maiore vi ac paratu
 præliū exequuturus. Verū hostibus noctu sibi diffugio consulentibus, mane vacuū
 propugnatoribus iter nullo negotio superauit. Werendos deinde resistendi fiducia
 defectos: in fidem accepit. Igitur cum pleraq; sibi ex voluntate respondere cognosce-
 rer: foelicibus fortunæ experimentis euectus: i omnem se Suetiam effundere statuit.
 Sed nimietas frigoris equorumq; ex asperitate itinerum inopiaq; pabuli coorta de-
 bilitas processum negabant. Tunc qui ex equitibus ad pedites redacti fuerant: com-
 militonum equos suis oneribus instrauere: eosq; p̄ se onustos agentes ignaro rege
 domum dilabebantur. Qui tandem furtiuum militiæ discessum expertus: clandestina
 nam eius elapsionem data reuerendi licentia p̄currir, statimq; compendiarie ad
 Scanicam via cursum reflexit. Igitur Karolus cum Kanuto fratre receptorum obli-
 dum fiducia spem libera turæq; reuerfionis p̄sumens, cum Hallandiæ propemo-
 dum confinis accessisset a Finnesibus insidias hospitalitate tegētibus conuiuio ex-
 ceptus: maiorem noctis partem commestationibus extraxit. Temulentia grauis in-
 horreum annona vacuum, pariter se & comites sobrietate exutos cubitum recepit.
 Quibus altiore somno spirantibus: Finneses foris valuas obicibus obserantes: igni
 sparsere rectum. Iamq; maior eius cōflagrauerat pars: priusq; aedes in cinerem pro-
 pe collapsa fuerat: q̄ pressos mero sensus vis ardoris expūgeret. Postremo propiore
 flammaram feruore correpti: dum nudi valuis erumpere gestiunt: forinsecus eas
 obclusas cognoscunt. Urgebat intus incendium: foris hostis vetabat egressum. Sed
 p̄sens poena sequentis metum leuabat, instantisq; mali periculum futuro tri-
 stius ducebatur. Quo cuenit vt Dani ferro q̄ flammis opprimi praoptantes: va-
 lidius commisi praiecta foribus claustra conuellerent: vtq; vnum periculorum
 effugerent: in aliud ruere non dubitarent. Egregiæ indolis pueri quos sibi in-
 clientelam Karolus respectu propinquitatis adciuerat: absq; atatis miseratione
 sub Nicæ amnis glaciem nudatis corporibus barbarorum ludibrio mersi in eo-
 dem alueo fatū ac tumultum recepere. Ita paucorum agrestium fraude maxime ex-
 peditionis labor exinanitus est. Interiecto tempore, plebs Scanica a principibus diffi-
 dens, concione lecta in Arnam vallem armata successit. Quoties enim in ea provin-
 cia intolerabilia vulgi onera ducebatur: publica vi iniuriis occurrebatur. Adeo cū
 intolerabilis plæbis seruitus ducit publicis armis libertas expetitur. Veritus ergo
 rex ne is tumultus ad grauiores regni motus progredieretur, coercendi eius gratia

timidissi-
mum foris
esse.

Nicolai fa-
cinus.

Suenonis
successus.

Finneſ.
doſus.

cap. 116

cap. 116

Baxonis Grammatici.

Tokonis in
dicēdo foeli
citas.

Contra in
nocētem se
uit.

Occultum
dei iudiciū
rimendum
De confide
ratiōe Wal
demari &
Kanuti.

Suerco filiā
cum regno
despondet
Kanuto.

ad Scaniā e Syalandia traiciens: militaris manus fiducia agrestium concionē ac
cessit. Inermis ipse equitibus utebatur armatis: ut vim metuere potius quam struere vi
deretur. Cedente de industria vulgo coronam ingressus: multis & grauibus queri
moniis exceptus est: sed obstrepente multitudinis clamore, defensionis potestatem di
cendive copiam impetrare nequiuit, flagitandi silentii gratia dextram vulgo obten
dens crebros lapidum iactus excepit. Adeo consternationis furor in contemptum ma
iestatis exarserat. Tunc Toko matre Sygne ortus, vir natu & facundia, iuxta nobilis,
primaeque regis amicitia praeditus: in medium vulgi se proripit, obtentaque omnium ta
cituritate: imperitum concionis fragorem, doctae vocis auctoritate compressit. ita
sua temperans actionem: ut & praefectorum partes dissimulater protegeret / & ma
nifestum patrocinium impertiret. Reuersis ad propria agrestibus: Rex tante contu
meliae deformitatem summa indignationis molestia profecutus: complures Scaniae
vicos exulit, eamque ferme totam perinde ac maiestatis ream: rapinae subiecit. Ipsos
consternationis auctores spiritu: vel bonis priuauit: factiosos paupertate aut morte
multandos iudicans. Nec Tokonem cuius saluari eloquio vsus fuerat: tameris lina
guae eius beneficio vulgi iram vitasset multae expertem reliquit: plebem aduersum
se occulto eius consilio concitatum affirmans. Ita sequissimis iracundiae furis prouo
catus: odia ac familiaritates iuxta pensabat. Ea Suenonis irruptio Kanuto nouanda
rum rerum spem fiduciamque restituit. Sed hunc ausum praecipue Suenonis ac Wala
demari concordia castigabat. Nam quantum regis odium: tantam ducis apud om
procederet, cohortem armis signisq; fulgentem e latere conspicatur. Quam primo

Saxonis
cap. 116.

Saxonis
cap. 116.

Saxonis
cap. 116.

Saxonis
cap. 116.

Saxonis
cap. 116.

Historiæ Danicæ. Li. XIII. F. CXLVII.

hostilem ratus/ex speculatoribus cognoscit socios esse quos metuat. Quibus in acie
 recepris fidentius in hostem tendebat. Adeo quippe copiis creuerat: vt ne a decima
 quidem exercitus parte signorum ordines prospici potuissent. Tunc quibus a Sue-
 none commissa speculatio fuerat reuersi/immodicas hostiū vires edocent: fatigan-
 dam ante multitudinem/ q̄ sustinendam esse. Fore enim vt multum ex eius numero
 copiisq; dies detraheret. Cuius consilii salubritatem Suenoni admodum gratam
 Achonis cuiusdā Christiano precati temeritas reppulit. Siquidem aut pugnatu-
 rum regem aut a militibus deferendum esse dicebat: quippe qui ita sibi cōsulere no-
 lint: vt rem familiarem proprio spiritu chariorem hosti. impune potiendam relin-
 quere cupiant. Adhæc memorem esse iubet, quorū exigua manu ingens victoriæ
 decus acceperit. Itaq; si animos suorum non numerum metiri velit, plus fidutiæ ex
 eorum paucitate q̄ metus ex hostium multitudine concipiendū fuisse. Præterea acie
 contemni potius q̄ metuī debere: quam non militum robur / sed vulgus inermē con-
 struxerit. Hac exhortatione regem salutari consilio depulsum perniciosè parere co-
 egit. Ex parte Waldemari iuuentus ferrugineis succincta tunicis dextrum aciei la-
 tus confecerat. Quam Suenonici ob eximiam ferri similitudinem vario loricarum
 genere excultam rati in eam cohortem exercitus sui cuneum destrinxerunt. At vbi
 specie deceptos se vident, ab his ad regiam phalangem insultum transferunt. Illud
 quoq; memoratu dignum: q̄ Waldemari exercitum tam crebri coruorum greges
 interuolasse produntur: vt complures se erectis militum hastis feriēdos obicerent.
 Medius acies interequitabat cantor: qui parricidalem Suenonis perfidiā famoso
 carmine p̄sequendo / Waldemari milites per summā vindictā exhortationē in bel-
 lum accenderet. Cōgressuris sepes frugum ambitrix obstabat: quam neutro equita-
 tu propter palorum eminentia acumina transcendere præsumere/ Waldemari pedi-
 tes disficere aggressi, pugne principium ediderunt. Qua Suenonici leui negotio vi-
 cti egre fugam moliebātur. Quippe equi nocturno adhuc pabulo onusti perseverā-
 ter cursum intendere nō valebant: q̄ saturitatis moles citam eis lassitudinem inge-
 rebat. Primipilus ipse et equo in hostem conuersus/ sparsosq; fuga socios ad pugna-
 capeffendam horratus: tandem circumspectis nusq; auxiliis signum humi defixum
 sinistra complexus/ dextra propius accedentes obruncat. Ad vltimum memorabi-
 li pugna edita, circumfusa multitudinis viribus lacessitus obruitur. Sueno cū pau-
 cis ad palustria forte fuga perueniens quum luto deficiente equi vestigia mergeren-
 tur, pedes iter arripere conabatur. Sed ne sic quidem cœno onus ferente/ etiam ar-
 ma deposuit. Postremo q̄ suorum humeris anniteretur, suprema victus lassitudi-
 ne comitibus aufugere iussis, in arboris vnius radice confedit. Adeo quippe eum vi-
 res defecerant: vt ne gradum quidem alieno subnixum adminiculo profertre potue-
 rit. A quo quidam suorum per ignauiam discedere omni fato tristius ratus ab
 agrestibus indagandæ prædæ gratia superuenientibus ante pedes Regis appeti-
 tus occubuit. A quibus et Sueno captus/ quom quibus esset interrogaretur, Regis
 scribam profitebatur. Agnitus tandem/ equoq; ob reuerentiam maiestatis imposi-
 tus/ siue metus siue spei instinctu Waldemaro se præsentari poscebat. Hæc orantis
 caput agrestium quidam subito aduolans securi præcidit. Corpus eius nullis fune-
 ris impensis honoratum / ignobili sepulturæ popularium cura mandauit. VI-
 uonem bello captum/ Wibergiq; custodiæ traditum Hælberno duntaxat quo mi-
 nus puniretur obstante / capitali supplicio Kanuti milites affecere / sanguine

Achonis
 importuna
 adhortatio

 Pugna
 acris.

 Coruorum
 miraculum

Primipili virtus.
 Siquidem Suenonis perfidiam famoso carmine p̄sequendo / Waldemari milites per summā vindictā exhortationē in bellum accenderet.

Mors Suenonis.
 Siquidem eum vires defecerant: vt ne gradum quidem alieno subnixum profertre potuerit.

Ampt. S. cap. 118.

Ampt. S. cap. 118.

Ampt. S. cap. 118.

Ampt. S. cap. 118.

Ampt. S. cap. 118.

Daxonis Grammatici

Theleui
vecordia,

Magno ve
nia data,

waldemari
prudencia,

waldema
rus rex.
lxxxvii,

eius ducis sui manibus parentadū putantes. Prensus quoq; Theleuus quū ad ecum
leum abstraheretur, primo culpam apud captores excusare p̄gebat. Postremo quū
sine effectu preces esse cognosceret, adeo effoeminate se gessit: vt virum exuere vi
sus ne lachrymis quidem abstineret aut planctu/muliebremq; animū virili corpore
clausum confiteretur. Itaq; prius dedecore/deinde morte multatus/geminam in
terfecti a se principis manibus p̄cēnā p̄soluit. Magnus vero posterioris Erici ex pel
lice filius: qui et ipse Suenonianj nominis acrior q̄ iustior defensor extirerit/ quum
caprus vltima se passurum arbitraretur, supra vota propitiā victoris clementiā
expertus est. Quem Waldemarus sibi a captoribus presentatū/sub respectu cognat
ionis non spiritu modo: sed etiā honoris ac potestatis incrementis donauit. Cūq;
abunde esset impunitatem tribuisse/etiā liberalitatem adiecit: ne districtum vltro
rem agendo/plus irā q̄ necessitudini induluisse videretur. Itaq; tameti inuiriā sup
plicium deberetur, propinquitati salus tributa est. Igitur non minus in aduersario
affinitatem, q̄ in fautoribus fidem atq; obsequium veneratus/hostem amicis p̄
mio æquauit. Burysum etiam vt sanguine sibi/ ita animo obsequioq; coniunctum
q̄ optima ipsius opera aduersum Suenonem vsus fuerat/tum opibus/tum etiam ho
noribus profecutus est. Cuius fratrem Kanutum pari munificentia ad p̄fecturā
fastigium recenter euexerat. Tum vero qui Kanuticā militiā comites fuerant nō
dum hostium cladibus contenti communiter regem adeunt: vt eos qui Suenoni in
terficiendi Kanuti consilium dederant proscriptioe prosequeretur/orantes. Inter
ceteros aut Thorberni p̄cēnā cupidius expetebāt: q̄q; is quū apud Randrusii pontē
dimicaret, p̄tibus quorū cōsilio Kanuti cædes cōmissa fuerat/huic se p̄fidia affine
negabat/auctores eius acerrime deuouēs. At rex metuens ne si tot gētis suę nobiles
exilio multaret/Kanutū/Burysumq; dubia fide suspectos p̄scriptorū aduersum se ar
mis instrueret/veniā fontibus q̄ amulū opē afferre maluit. Ad vltimū instantium
p̄seuerantia victus/ne a Kanuti interfectores remissius vltionē exigere videret,
p̄scripturū se quos iussissent p̄misit/nec alio pacto patriā redditurū, q̄ si eorū preci
bus reuocaret: quorū sententiis exilio adacti fuissent. Sciebat em̄ facilem humani
animi ab odio ad grām deflexū existere: ac plarunq; mortales affectus cū ipsa rerū
varietate consentire. Nihil em̄ in his tā asperū repiri, quod tempus aut casus lenire
nō possit. Ceteris eiusdē gregis vt iisdē potius bonis militibus vtret q̄ in eos aīada
uerteret exoratus ignouit: tātoq; se eius amicitia p̄piorem exhibuit /quāto ipos ab
illius parricidalis cōmēti cōsciētia remiores agnouit. His ita cōpositis vt regni
initia strenuis militiā operibus auspicaret/ patriāq; tot annis piratica laceratā/ac
ferme tertia ex pte ad situm et vastitatē vsq; redactā iniuriarū vltione reficeret, pu
blica classe Masner insulam bellum Sclauis facturū/accedit. Vbi dū populū in con
sione exhortaretur, seniores qbus p̄ rostris dicendū mos erat/ classē tuto p̄cessu
ram negabant. Nam et suos cōmeatibus defici/et hostes cōp̄ertū regis habere pro
positū. Aucupāda ergo opportunitatis grā dilatu opus existere quoad melior gerē
da rei facultas incideret. Ceterū nō puā remeritatis eē aduersum puidos et p̄mu
nitos armorū experiri fortunā. Præterea in eā classē Danicū penit? coisse robur: qd
si periclitari cōtingeret, p̄fecto Sclauos vnius victoriā beneficio Dania potituros.
Nā si res parū ex sentētia cederēt, nōne patriā penitus in eorū funere periturā! Mi
nime igitur vni p̄alio tantæ nobilitatis vires impēdere debere: dū mō victrices
parū gloriā/victæ dedecoris plurimū sint laturæ. In hāc suā totius cōcionis sus

Histo. Danicę Li. XIII. F. CXLVIII.

fragia consonabant. Cuius arbitrio rex expeditionem remittere coactus, proposito suo celerius quam cupidius cessit. Apud quem Absalon in nauem regressum desidia eius eludens facerissime cauillatus est. Nam quum soluta expeditionis causam perquireret/dixissetque rex ne tot fortes periculo obiectarentur/Ergo, inquit, cum ignavis et ignobilibus ceptum exequere/aut proficue victor futurus/aut parum damnose vincendus, quum nullo in momento vilium internicio ponenda sit. Ita lepidi ingenii adolescens indignationem suam ad inertiae exprobrationem sub ioci specie conuertit. Quae tam faceta eius urbanitas tacitum regis conuicium fuit. Per eadem tempora Ascero Roskyldensium antistite decedente super subrogando pontifice pleribus a clero suffragia distuldebant. Eadem etiam tempestate diuidua Roskyldensis populi coniuratione quam mutuis caedibus ciuitas exundaret, aduenis partim caesis/partim vrbe eiectis/non contenta indigenarum sodalitas alienigenę coniurationis partes protriuisse/etiam in eum: qui regium numisma amministrabat, non tantum aedes eius solo æquando, sed etiam bona omnia diripiendo vesaniam suae consternationis exercuit. Tunc rex ob maiestatis suae contemptum acrius ciuitati insensus/quam ad excidium eius magna prouincialium manu niteretur, missis ad se deprecandum legatis ne armis/qua pro patria ferre debuerat, aduersum patriam vrteretur/incolumitatem vrbi suscepta pecunia pacatione donauit. Quam continuo placida mente ingressus, Trinitatis aedi inseruentium penates intrauit/eorum de creando pontifice suffragia suo prosecutus assensu. Quod autem ei in ecclesia a maioribus condita ac dotata iuris aliquid competere videretur, nihil se tam aduersum eam/aut illicita affectatione/aut insolita consuetudine praesumpturum dicebat/sacris sigdem legibus cautum nosse: ne clerus peculiare eligendi ius regali imperio obnoxium habeat. Itaque praesentiam suam haud quam impedimento futuram, quo minus electoribus libera suffragiorum arbitria maneant. Tunc clerus religiosam eius iustitiam summis gratiarum actionibus prosecutus, concilio excessit/delectum curiosus habiturus. Cumque tres spectatae opinionis viros: quibus quartus ob virtutem Absalon aduiciebatur circumspexissent, vt ex eorum numero potissimus assumeretur Waldemarum tacita singulorum suffragia in vnus tabulae segregata volumina referri iussit/sinceriorem electionis habitum ratus: si vnus cuiusque voluntas ante manu quam lingua proderetur euenitque vt omnium scripto in vnam coeunte sententiam, honoris culmen Absaloni decerneretur. Qui mox antistes creatus non minus piratam se, quam pontificem gessit: parum aestimans intus religionem tueri/si foris eam periclitari pateretur. Neque enim minus sacrorum attinet cultui publicae religionis hostes repellere, quam cerimoniarum tutelae vacare. Itaque pontificalibus tectis maiore ex parte solo æquatis quo patriam firmiter vallaret excubiis, maritimam assidue stationem peragens/habitatio nis usum interdum a syluis/frondibusque mutuari solebat. Cuius tam humilis mansio conuulsos patriae penates erexit. Eloquentiae quoque eius praesidia Sialandenses salutaria senserunt. Nam domesticas conciones ad vim et rixam usque litigiosas moderatione sua ad pacatiorem habitum perduxit. Tantaque facundiae eius ornamenta fuisse: vt eos semet stoliditatis damnare cogeret, qui eum inertem/elinguemque crediderant. Nec pensit duxit duratos gelu fluctus hybernis sulcare nauigiis: ne vllum anni tempus salutaribus vacaret excubiis/aut insignis eius erga patriam pietas necessitati cedere videretur. Itaque non minus patriae Parentem, quam Pontificem egit/militiae et religionis sociato fulgore conspicuus. Prima illi pridie quam Palmas

Abfalonis
lepidum ca
uillum.

Abfalō Ros
kylden ep̄s
creatus mi
ra gessit.

Saxonis Grammatici

rŭ ſolenne inſtaret/apud Borlundā vicū aduerſum Sclauos cōgreſſio extitit. Nūtiā
ta namq; eorū irruptione clientela duntaxat ſua, quā decem et octo militū nume-
rum explebat/inſtructus aduerſum quatuor et viginti nauium copias /vt piculoſo,
ita ſœlici certamine dimicauit. Cōpluribus ſigdem aduerſæ partis equitū fuſis pe-
dites ferme oēs oppreſſit. Nec in tanto diſcrimine quempiam ex ſuis præter vnum
amiſit/pontificatum et militiam pulcherrima victoriā auſpicatus. Paucos ex hoſtia
bus arma ſpoliaq; fugæ liberius ineunda gratia per ignauiam abiectantes iūcta cā-
pis ſylua ſeruauit. Eodem anno ciuitas Aruſyeniſis acerrimis piratarum incurſib?
afflictā proditur. Tunc quoq; Falſtrēſibus paucitatem ſuā aduerſus infinitam Scla-
uorū claſſem publica munitione tuentibus, quū forte pincerna regis ad alia nego-
cia obeunda in eam prouinciā miſſus cōmuni obſidione premeretur , prouincia
lium quidam arbitris regis ſegnitiem exprobrādo dixiſſe fertur /priores reges in ta-
lis/præſentem vero in prima pedum parte calcaribus aſſueuiſſe. Quod dictum pin-
cerna deſidiæ conſcientiā prouocatus/maligna animi interpretatione regiis auribus
modo quo nō debuit inculcauit: et quod ſuæ contumeliæ erat in maieltatis opa-
probriū tranſtulit. Alia quoq; haud leuiori criminatione aduerſum Falſtrēſes aſpe-
ratum regis animum inflammabat: vnius præcipitis linguæ vehementiam vniuer-
ſorum excidio multare cupiens. Siquidem impiiſſimam eis proditiōnis noxam aſ-
ſixit/quasi conſiliorum omnium aduerſum Sclauia cōceptorū iudicia ad eam tranſ-
mittere ſolitis: familiaritatemq; quā interdū cōciliandę ſibi ſaluti gratia ad hoſtes
habebant in crimen deducens/obſequia timorī potius q̄ charitati erogabat/perſi-
diaq; deputabat. Nā et captiuos a Sclauis ſibi cōmiſſos in custodia aſſeruare/ et plē-
runq; patriæ arma metu potius q̄ beniuolentia adducti / lato hoſtibus nuntio præ-
currere conſueuerant: ſcilicet vt ſalutem ſuam/quam viribus protegere nequibant
ſaltē beneficio munirent. Huius itaq; peſtifera rex exhortatione corruptus, reliq;as
Falſtræ ferro penitus exhaurire cōſtituit. Atq; ad id pagendū Sialandiæ duntaxat
miniſterium ſufficere credidit. Abſalone ergo Orientalibus inſulæ copiis præſſe
iuſſo, Occidentales ipſe ductare ſtatuit/ingentibus paſſim/exiguisq; nauigiis exer-
citum traiecturus. At Sialandeniſes/q; cum Falſtrēſibus diutinas ac vehementes in-
imicitias geſſerant/acceptas iniurias communibus armis penſare cupientes/vltro
imperium obſequio præcurrebant/latati Regem ſibi aduerſum æmulos belli du-
cem/auctoremq; futurum. Sed hunc eius errorem ſiniſtris monitis concitātū fortu-
nę violentia ſœlici remedio præcurrit. Nā quū rex magnis viribus ſuccinctus, iter
ingredi vellet/apud Ryngſtadiū ſubita febris implicitus Abſalonem remiſſis copiis
ocyus ad ſe venire iubet. Ita peſtifera Regis molitioni opportuna valitudinis con-
quaſſatio remedio fuit. Nec minus waldemari innocentia, q̄ inſontis populi ſalu-
ti, miſſo cœlitus languore, conſultum. Q; porro tunc non ſolum deformem / ſed
etiam miſerabilem rei Danicę ſtatum fuiſſe credendum eſt: quum foris hoſtilibus
intus regiis armis appeteretur! Quis vero diuino numine effectum ambigat: ne
patriæ Imperator futurus in ipſo pene fulgoris ſui primordio regnū / qd̄ ex hoſtiū
manibus erepturus erat/obrueret: quia patrię habenas tenenti diſſicillimo morbo q̄
maximo facinori implicari ſatius fuit. Itaq; lāguore indies acrius graſſate/ Abſalon
p̄ ſalute regia votis excubare nō deſtitit. Ad vltimū veluti remedii deſperatione pfu-
ſus/quū vnicū in virtute diuina auxiliū reſtare aſſaduerteter, ad eā ppitiandā ſum-
ma cū examinatione vota p̄ agroto nuncupaturus acceſſit: diuināq; rē ſacerdotali

Histo. Danicæ. Li. XIII. F. CXLIX.

veste amictus rite peregit: sacrificia deinde legitimis verbis confecta ad agrū detu-
 lit, ac pene exanimi delibanda porrexit. Quibus ille refectus cōtinuo oborto sudore
 bonæ valitudinis habitum recuperavit. Antistes tamē adhuc de eius conualefcētia
 dubius lāguore ex molestia cōtracto repēte corporis firmitate defici cōcepit. Ac nisi
 cœleste remediū affulsisset spes tantę indolis in ipso ortu suo occubuisset. Sed nec
 illi sanitatis alienatio impedimento fore potuit: quo minus curam regis quā sospes
 gesserat ager exsequeretur. Ratus siquidē emēdatam ipsius valitudinē tristi nun-
 tio corrumpi posse: affectionē suam ei nuntiari prohibuit ne subita animi tristitia
 implicatus in pristinam pestē relaberetur. Sospitate reddita ambo tam exitialis pro-
 positi interpellatori deo saluberrima ammonitiōis grates soluebāt, errorisq; eos nō
 sine rubore penitentia subit: cogitata impietatis effectum diuinæ animaduersio-
 nis beneficio sublatum esse gaudentes. Salubriori itaq; sentētia animū amplectente
 a ciuiū periculis ad hostes vsq; lacessendos studium traduxerūt. Tūc rex Abfalonis
 Petri/Sunonis/ & Helberni/ qui potissimū consiliis eius præerāt prudentioribus mo-
 nitis informatus: citiore q̄ maiore exercitu, occultoq; magis incurfu q̄ aperta classe
 expeditionis in hostem agēdæ consiliū cepit: cum multo facilioris sit negotiū in-
 opinatos q̄ prouidos oppugnare: & plarūq; praxualidæ multitudinis sententia salu-
 taribus maiorū iussis obniti soleat: apud quā plus viriū Sclauici nominis terror q̄
 regium possideret edictū. Idcirco autē per paucos huius rei arbitros adciuit: q̄ sci-
 ret quæcūq; ferro gerūtur/publicis viribus/ sed priuatis cōsiliis administrari oportere.
 Et quoniā de Sialandensium nihil obsequio dubitabat: Scaniæ classis ducem
 agere præoptauit. Cūq; nondum integra valitudine Scanienses Lundia contractos
 expeditionis sollicitaret edicto/ maximus pōtifex Eskillus (nam ei ceteri proloquiū
 deferebāt) negabat in expedito naues esse: quibus tam subito iussum perageretur.
 Cūq; rex obtēperantibus gratiam/ super sedentibus iram se repensurum dixisset: tā-
 taq; propositi cupiditate perfusum: vt vnico proficisci nauigio q̄ expeditionem re-
 mittere mallet: Eskillus indubitata voluntatis eius firmitate comperta / non solum
 cōsiliū probauit, sed etiam qui regi comites deessent admodum execratus: sua etiā
 nauī impensaq; excepit. Iam pridē enim regem expeditionū dissuetudo nauigio spo-
 liauerat. Postremi Lalandenses ac Falstrici in classē coire iussi ne longa præsciētia
 edocti furtim ad Sclauos imperatæ rei indicia deferrent. At vbi Landorā classē per-
 uētum, rex spectādī exercitus sui auidus in campo copias explicare cōstituit, vt to-
 tas vires oculis subiiciendo an ea manu tuto bellū cōmissurus videretur aspiceret.
 Ab huius littoris continēti longior harenæ tractus breuibus abscisus curuatis an-
 fractibus portū nauigiis facit: humilis ita vt veniēte aestu lateat: abscedere visatur.
 Nam vadus eius introitus diffusiore spatio opacę altitudinis vndas includit. Sed
 quoniā hunc locum cūcti Danorum regis vanissimi erroris deliramento suspectum
 perinde ac fatalem cauere consueuerāt: proximo portu vniuersi agminis apparatus
 curiosissime contēplatus est: adhibitis qui militia rudes rei bellicæ documentis im-
 buerent: quatinus vires suas potius solida oculorum fide q̄ cæco astimationis augu-
 rio metiretur. Huic militia speculationi quatuordecim diebus intentos maior cō-
 meatuū pars ocio cōsumpra defecerat. Egressis portu tranquilla toto mari nauiga-
 tio incidit. Sed vt taciti improuisiq; appellerēt remigiis eā q̄ velis instruere malue-
 runt: Abfalone cum septē nauibus præmisso: qui Rugyani littoris excussius indaga-
 ret accessum. Si quidē Arcon oppidū veniūto simulacri cuiusdam cultu inelytrum:

Simulacrū
Arconen.

Saxonis Grammatici

**Classis
cclx.na
uium,**

ignaris incolis incēdio tētare, cunctosq; eius praesidium petituros ex improviso op-
primere statuerunt: munimētum quidē habitatore vacuum serarūq; dūtaxat clau-
stris firmatum existimantibus indigenis partū humanā tutelae egenū qđ p̄sentis nu-
minis excubiis esset vallatum. Summa vero contractae classis ordine digesta duce-
tarum & sexaginta nauū numerum reddebat. Absalon exsequenda speculationis
gratia cum propemodū ad Rugiam peruenisset indicantibus nautis, cognoscit re-
giam nauem subito remigium velo mutasse, miratusq; quid ita caetera classis ince-
deret: quae paulo ante velis quo occultior nauigatio gereretur: abstinedum condi-
xerat, postq̄ eam a statuto declinare cognouit: & ipse non suppetētibus propositi so-
ciis per summam animi confusionem puppim vltimus verit, regēq; Mōnēsium in
portu receptum moestior q̄ libentior comes petiuit. Quippe quia coepti comitibus
deficiebatur indignatus optimam gerenda rei facultatē omitti/cum & aeris fauor
et militum arridebat alacritas ab inchoata nauigatione aegre proram auertit. Hūc
Petrus Suno & Helbernus cū quib⁹ rex consilia sua participare solebat, rate egres-
sum excipiētes tam deformem regis ab vtili illustriq; consilio defectionē anxie que-
rebantur. Quos tandē rex obuiam sibi venire iussos vbi tristes animaduertit ammi-
rans cur eo vultu essent: visum sibi inquit ne tarda & intēpestiua nauigatio profer-
retur cursum eius ad insulam fuisse flectendum/mane cūcta cōmodius exsecuturo.
Quippe dies labori: noctes quieti familiares existere. Cūq; nullum ab amicis respō-
sum daretur taciturnitatis ammiratione permotus proferre eos quae sentiant impe-
rat. Illi quae inuicē cōtulissent Absalonem proponere iubent. Tum ille: quid miri est
(inquit) segnes hāsitare voces quas ingenti mōroris pondere obrutas quasi fauce
obclusa latens animi strangulat aegritudo? Enimuero vicem tuam ad ignominiam
vergere conspicientes interno mentis luctu perfundimur. Quippe imperii ius ob-
sequio mutas: paresq; quibus praesse debucas/vtilissimis consiliis spretis eorum
monita consēctando qui in aequo ponunt: pulcher ne rerum tuarum cursus an de-
formis existat. At postq̄ sine collega aut amulo regnare coepisti: altera nunc expe-
ditio geritur: nec illius remissio q̄ huius foedior apparet. Siquidem summa rerum
opportunitate contempta paruulas commeatuū reliquias habentes ociosis nauiga-
tionis excessibus excusabilem reuersionis titulum quarimus: & cum nullis vrgeamur
obstaculis ignauiam nostram necessitatis nomine censerī cupimus. Hicne
patriam operibus vindicandam: talibus ve regnum ingeniis auspiciandum duxisti?
Si vero maris sauitia nauigationē interpellari contigerit: quid superest nisi vt ne-
cessitatis imperio cogente domos inglorii petamus: teterrimis effocinate mentis
opprobriis insectandi? Hac & similia tum molestiae stimulis/tum fiducia familiaritatis
euectus per summam verborum acerbiter apud regias aures eloqui nō du-
bitabat. Qz̄ autem rex aduersum dictorum eius libertatem acrius exarsisset: tamē
ne monitorem impudentius auertere videretur magnitudinem irae quam vultu te-
ste cōceperat/moderatione sua ad leue & tolerabile responsum deflexit: dicendo cō-
plures operum suorum testes extare/nihilq; tam fortiter ab Absalone gestum quod
si nondū virtute aequauerit adhuc factis aemulari non possit. Nec plura eloqui pas-
sus cymba nauigium repetiuit subiungente Absalone haud quaquam vtilia suade-
ri succensere debere: cum aliquāto satius sit apertis amicorum monitis instrui q̄ oc-
cultis amarae fugillationis moribus obtrectari. Postera nocte concitatum acrius
mare eo tēpestatis excessit: vt regia classis non portu/non anchoris quo minus spar-

**Tēpestas
sua,**

Historiæ Danicæ. Li. XIII. Fo. CL.

sa pelago disiceretur retentari potuerit: nulla ex parte remissior eodem aeris ha-
bitu quadriduo perseverauit. Quæ res iram regis aduersum Absalonem accensam
magnopere delinuit. Sed quæ iam corde salubre depræhenderat voce fateri erubescere
bat/pudore ferum animi eius intellectum celante. Nam interim nulla ad amicos com-
munione habita postredie prædictos viros forte littori insistentes accessit: comitibus
quæ propius accedere vetitis concitatione animi sui (inquit) tametsi dissimulatione
vtri vellet iracundis oris notis proditam esse dicebat parum quidem admiratione di-
gnum/cum consultantis vocem monitis potius quam contumelias excipere deceat. Quædam
tamen ab eis sapientius quam tempestiuus dicta/ quæ si ante triduum prolata fuissent in-
genitæ mali materiam præcurrere poterant. Seras quidem monitoris partes esse/ qua-
rem dum in arbitrio est negligenter obeunt exactam sollicitudine prosequuntur. In-
emendabilia autem corrigere velle proximam amentiam errorem esse. Frustra igitur
se conuictis attentatum fuisse cum & irreuocabiles præteritorum euentus existant:
et plarumque animi commotio parum cum ratione consentiat. Ortura vero tempesta-
tis sauitiam absque cœlestium monitis humano præfagio comprehendere nequiuisset:
neque quin ea delictorum poenas lueret dubitare. Quamobrem aut naturam ignorantiam
aut improvisam necessitatis violentiam vitio sibi verti non oportere. Omittis igitur
præteritorum querelis ad tempestiua rebus consilia animam operamque deuocare par esse.
Malle enim se spiritum specioso exitu quam expeditionem deformi reditu finire. Tunc
Petrus Absalonis sententiam aliquanto leniori monitorum genere prosecutus do-
cet neminem regum fidas amicorum voces infensis auribus excipere conuenire: cum
sæpe clari illustresque viri sprete salutaris consilii poenas perniciose morte perpererint.
Cæterum aura dum faueat utendum esse quod eius anceps incertaque varietas existere
soleat. Sustinendum itaque donec tempestatis immensitas ad tolerabilem remigii ha-
bitum concidat. Adhuc enim tridui commeatu superesse/exiguoque traiectu hostes
accedi posse. Quod si præsentis alimentorum opere deficerentur: alia armis esse postceda.
Oportere ergo mox ut vndas remigio habiles viderint, sparsam ocius vniuersam classem
incessuramque sociali remigio progredi. Quippe navigationem omnem hoc alacriora
rem: quo æquabiliora existere. Rex monitore laudato Absaloni speculanda tempe-
statis officium mandat/sibi cum primam eam remigii patientem aduertet/ indica-
turo. Absalon cupide præcepto quod suis monitis extruderat obsecutus: nocte postera
aura sensibiliter imperum remittente euentu gauisus antelucano tempore peractis
diuinis ad regem peruenit, nuntiando tempestatem ex parte collapsam possibilem
quidem profectio: sed difficilem fore: nec nisi summa cum remigii difficultate na-
uigationis capacem existere. Respondente rege moras esse rumpendas per ludibrium
subtexuit pulchre se operam impensuros si navigationis medietate confecta vnde
soluerant sint reuersuri. Cuius dicti procliuitas tametsi ioco mordacior videretur
ingens regi capeffende virtutis præbuit incitamentum lepida tamen irrisione non
caruit subiungente rege reuertentem se ex eo quæ in Sclauia gerantur posse cogno-
scere. Principio classis lætam alacremque navigationem pleno fiducia remigio pro-
ferebat. Nam intra propinque telluris anfractus aura vis quæ aperto mari licen-
tius incumbere lætiorum vndarum habitum asperare non poterat/ terreni tractus
obstaculis vndique specus incitatorum fluctuum allapsam arcibus. At ubi in altum
dirigi nauigia cœpere intolerabili pene tempestatis occursum excipiebantur. Anti-
stes ne fortissimos monitus suos parum iusto conatu prosequi videretur/ ingenuo

Waldemari
prudens ora-
tio ad amicos.

capitulum

Baxonis Grammatici

pudore firmatus perseverantissima remigii oblectatione quasi cum necessitate certabat, regemque virtutis æmulatione proœctum cœpri sui comitem existere coegit. Itaque lenta & inhabilis ac pene inconcessa nauigatio hinc sæuente mari / inde claudicante remigio fuit. Ea freti repugnantis violentia regiam nauem aduersis vndarum molibus implicatam: per summam procellarum asperitatem laxatis prope modum compagibus distungi coegit. Quo viso rex tum vitandi periculi / tum etiam cõplendæ nauigationis gratia: tutiore excipi cupiens Ingimari Scaniensis ratem propius adesse iussit: ensem dextra signumque leua corripuens vt temerario ita prospero saltu inuolat: eaque remis acrius citari iubet. Esquillum virtutis pertinacia aliquãdiu subsequi conatum: affectumque regis quod debilitatem nauigii sui propensius intuentem partim regiae vocis prohibitio, partim referta periculo necessitas reuerti compulit. Eo viso complures reuersionis occasionem ab erroris simulatione mutuari ignauia docuit. Quibus tamen erroris commetum patrociniõ fore nõ debuit: cum regem nauigiũ non iter mutasse translati signi indicio liquere potuerit. Nonnulli quoque conuassationibus nauigiis inuitis relabebantur quod hisdem compagum firmitate defectis cõcitati maris incursum sustinere nequibant. Qui vero procedere perseverabant vt viribus corporis laboris continuitati sufficere possent ededi nauigadique pariter officio fungebantur. Ne enim nauigationis cursum vel paruula remigii intermissio moraretur dextra remos laua cibos tractabant. Exigua classis pars Absalone duce virtutis & gloria æmulantior inusitata tempestatis sauitiam incredibili horum certamine superauit, oblectatumque pelagus infatigabili per mēsa nauigio hora antelucana ad insulam Hythim ipsa quoque necessitate superior appulit. Tunc Absalon ne quid inexcussum omitteret per Wethemannũ piraticæ operibus clarum officio speculationis addictum & portus hostilibus nauigiis vacuos ad Rugiam nihil hostile metuentem cognoscit. Nam armenta securis custodibus propter litus errantia inopinatos incolas esse fidem fecere. Rex languido remigio seram nauigationem emens obtento portu prorinus in Absalonis nauem se contulit, fatigatumque tædio ac vigilia corpus somno excepit. Reliquia quæ cum eo fretum superauerant annumerata sexaginta dũtaxat nauigiorum classẽ explebant. Duo tunc Hallandenses natumque animis nobiliores paucitatem suam idubitato periculo oblatam ratem nauigio quo cõmuniter utebantur, Absalonem petebat: seque prapropero regis alloquio opus habere dicentes: postquam somno eum acquiescentem audierant ocus excitari poscebant. Absalon salutarem eius quietem importune rumpendam negans: quæ afferrent regem ex se cogniturum affirmat. Tum illi conuassationem nauigii / inopiam cõmeatum / longinquitatem reditus præcedentes / optimam sibi nauigationis facultatem prosperantibus ventis incidisse dicebant, quod quibus aduersis agre processerant: secum dis facile reuerti possent. Quamobrem eorum se beneficio uti malle quod cassam & inuitilem expeditionem agendo aut nauigii vitio aut inedia malo perire. Quos Absalon non solum deformitatem propositi specioso consilio mutare: sed etiam quo minus se probris obicerent honesto silentio suppressere iubet: ne tam pudende voces alienis auribus exceptæ inexpiabilem eis timiditatis notam inurerent. Itaque eneruis & effoeminati animi trepidationem falso causarum commento colorare eos asseuerabat docendo facilia refectu nauigia fore, & opima commeatuum supplementa per prædam late patentem leui negotio concisci posse. Ceterum ipsos famam & opinione suã grauissimo crimine corrupturos, si regem apud hostes in tanta suorũ paucitate

Historiæ Danicæ. Li. XIII. Fo. CLI.

tate sine respectu pudoris deserere sustinissent. E quibus alter domi se negotia re-
gia quæ summa cum celeritate exsequi necesse haberet manere subtexit. Contra
Absalon simulationem eius quia blandimētis nequibat minis discutere cupiens eos
qui in expeditione soluenda plus arbitrio suo q̄ regia indulserint reuerentiæ non
tātum bonorum: sed & lucis ac spiritus ereptionem patria lege meritos astruebat.
Sed ne ea quidem periculi denuntiatione quo minus fauentem nauigationi v̄tum
velo colligerent imbecillitatem eorum durare trepidationemve corrigere potuissent.
Discedentes itaq̄ execratione & conuictio per summam verborum acerbiter in-
sequi perseverauit. Quod cū experrectus rex ex Absalone cognosceret tam impudē-
tes & improbos desertores poenas sibi luituros iurabat. Consensa deinde insula ac
certitos nauigiorum retores agendorum percontatione sollicitat. Compluribus
vt redeat ut expedire visum q̄ tuto hostem laceſcere nequeant. Placituram rex sibi
sententiā affirmabat nisi ea res & grauis patriæ rubor & ingens hostiū incitamen-
tum existeret. Nam & eos Danicæ expeditionis præsentia ex castrorū vestigiis cō-
perturos & clandestinā eius reuersionē timidi tati dūtaxat imputaturos. Huius rei
causa periculo se q̄ rubori patere malle: haud quaſi proram nisi laceſſito hoste verſu-
rum. Præterea se eorū qui simulata nauiū fragilitate defecerant ignauiam æquatū-
ros/ si quos labore vicerant virtute nō superaret, domosq̄ impēsa male nauigatione
repererēt. Tūc Wethemannus incautas Rugiæ res recēti speculatione expertus ad-
mouēdas littori copias suadet: si ignari incolæ fuerint impune prædā cedēq̄ factu-
ras: sin prouidi consertim absq̄ discrimine redituras. Vtro autē modo se gerant per-
arantium morē deprendi posse asseuerabat: qui cum primā diurnæ operæ partem
exegerint quo ad laborandum fiant vegetiores sopori se proſternere soleant. Hunc
vero non nisi metu vacuis atq̄ securitate firmatis obrepere solitum. Cæterum ne-
mine talium dormiente reperto præcaute gentis indicium accipi. Quem rex pirati-
co potius muneri consentanea q̄ magnitudini suæ conuenientia docuisse dicebat.
Nunq̄ enim Danorum reges a Sclauis fugatos memoria proditū fuisse: sed ne se q̄-
dem primū regis dignitatem hoc deformitatis genere maculaturū. Tunc Gneme-
rus Falstricus q̄q̄ alias vegetioris q̄ sapiētioris animi æstimaretur siue ingenio suo
siue regis fortuna monente summā omniū hæſitationē ancipiti studio fluctuantem
salutari exhortatione discussit/ incertāq̄ consilii concionē ad suā sententiā perdu-
xit: affirmando temeritatis esse exiguā manū cū immēso hoste conserere. Cæterum
Barcan prouinciā a Rugia breui freto discretam ob paruitatē suā quocūq̄ paratu-
esset populatu perfacile fore. Deniq̄ regē quiescēdi gratia cubile petere, exhaustaq̄
vigiliis vires & attritū curis animū somno reficere iubet vespere quo minus prou-
sus irrūperet classē applicaturū. Præterea vadosi fluminis angustias intraturos
sparsam nauigationē tacito cōficere remigio iussit: ne aut obstrepētū remorū fra-
gor securitatē incolis demeret: aut ipsimet impactis hareſe nauigiis circa incertē al-
titudinis vada diutius herere cogent. Cætera se exploraturū p̄mittit. Rex cupide
cōsilio obsecutus vespere signo nauigationi dato destinatum amnē occupat. Cuius
expeditius permeandi gratia ternis nauigiis iunētis classē incedere iubet ne con-
fusa fluuialibus tardaretur angustias. Cui Gnemerus rate obuius opportunitatē
inuadendæ gentis aucupatus interceptos incolarum speculatores adducit. Latus
eo rex diluculo peragratis syluis rura ac vicos hoc acrius quo latentius irrupit: in-
colasq̄ adhuc somni securitate torpentes/repentina incurſione protriuit. E quibus

Saxonis Grammatici

complures perstreptentis equitatus fragore perculsi patrios duces aduentare crede-
bant. Sed hunc eorum errorem adacta repente corporibus iacula discusserunt. Cō-
plures eorum exertis per ostia capitibus Kazymarus ne an Bugisclauus aduenta-
ret rogabant. Quorum percontatio propriis eorum funeribus excepta est. Anti-
stes cum parte copiarum longinquam regionis plagam diuerso complexus itinere
eo locorum peruenerat, vt a regia cohorte eximia paludis interiectu distaret. De
cuius admodum incessu dubius ne direptos a se vicos exuri pateretur illustri con-
silio prouidit. Tandem procul ignes a rege editos conspicatus sibi quoq; consimilis
facti potestate suppetere confestim illato tectis incendio declarauit, sociisq; sui pro-
speritatem exkursus resperfo flammis rure nuntiandam curauit. Cumq; prædam
abunde actam existimassent: iter ad naues remensi q̄q; grandi inuicem a se interstia-
tio discessissent vestigia tamen sua quo minus clandestinos reditus captasse vide-
rentur/ neue alter alterum impetuosa festinatione præcurreret mutuis ignium su-
migiis prodiderunt. Interea Skyalmo quidam cognomento barbarus in asseruan-
dæ classis officium relictus ne hostili remigio præueniente amnis exitu prohibere-
tur ad mare nauigia reducit. Vbi dum Rugianorum nauali incurfatione petere-
tur in paucas rates totius classis præsidium transfert instructoribus q̄ frequentio-
ribus nauigiis hostibus occurrere præoptans. Quibus obuia nauigatione fugatis
ne sociorum reuersio tardius nauigiis exciperetur ommissa fugitantium insecutione
portum reuisit. Iterato laceffitus eodem ausu inuasoribus restitit. Sed & complu-
ries attentatus crebra hostium irritamenta occurfationis perseverantia superauit.
Ira pertinaci magis q̄ acri incurfatione vexatus opportuna hostem agitatione præ-
mebat. Inter hæc regi in litus superuenienti non parua ammirationi fuit: nauigii
custodia vacantibus abesse Skyalmonem: quem tandem ab agitatione redeun-
tem cetero profecutus exercitu Rugianos fugam a remigio mutuantes velorum in-
tensione profecutus. Sed interuallo præcessionis & volucritate nauigationis adiu-
tos instando magis q̄ occupando vexabat. Tunc quendam vicinæ ratis rectorem in
anteriori nauigii sui partem fortitudinis simulatione progressum aspiciens/ ver-
bisq; magnam præ se laudem ferentibus profecutus ad vltimū quacunq; viro forti-
erogarentur egregie & laudabiliter impensa asseuerabat. Ad vltimum vento obli-
quante prohibitus quantum velis emensus fuerat conuersa nauigatione remorum
obsequio pensat. Sed quo prosperiorem velificandi/ hoc difficiliorem nauigii vsum
habuit. Itaq; Danis aduersa cum mari nauigatione certantibus Sclaui quos locora-
rum habitus non fallebat: ignotum nostris profundum compendiaria nauigatione
fulcantes subito fugā in insidias vertūt. Quos Absalon per occultos pelagi recessus
profilire conspiciens sociis metu nauigationem citantibus subsequi q̄ antecedere
maluit præuia classis terga plenis pietatis excubiis tutaturus. Pudet referre qd se-
quitur. Maxima Danorum pars rubore posthabito q̄q; hostes imminere conspice-
ret deserto rege velis malos onerare sustinuit. Rex cum paucis admodum nauigiis
relictus aliquanto desertores ægtius q̄ hostes ferebat. Tunc etiam militem quem
paulo ante in prora astantem probauerat breuitatem veli sui quo maior nauigatio-
nis cursus existeret pannorū additamētis producere cōspicatus laudē cōiuitio mu-
tauit amorē timidis erogatum imprudēter impēsum affirmans. Ita absq; supremæ
necessitatis discrimine veræ ac solidæ fortitudinis habitum explorare promptum
non est. Enauigantium discessio: nō clamore, non signis, deniq; nullo exhortationis

*Angli
cap. 119*

Historiæ Danicæ. Li. XIII. Fo. CLII.

genere reuocabilis fuit. Adeo omnium aures pauor conluserat. Cuius rex intermissio paulisper remigio a presentibus quid factu opus potissimum esset inquireret cunctantibus ceteris Absalon insulam Hythim petendam: ibique secunditatem aeris expectandam hortatur. Quod Petrus fieri oportere non sine rationum assertionem negabat: quod perseverante tempestate: nec reditum, nec supplementum classis habituri viderentur: Sclauis aduersum se quotidiana copiarum incrementa sumpturis. Pandenda igitur vela, eaque navigationis equalitatem habendam esse ut naues volucritate præsantes complicata velorum parte tardiores operirentur: & quas celeritate præcurrerent societatis iure consequi debeant. Ita strenua Absalonis adhortatio eximia Petri prudentiæ cessit. Vterque siquidem animis similia cogitabat. Ille etenim iuuenili animo condigna: hic canis suis consentanea proponebat. Ita septem solis nauigiis ex omni Danorum classe residuis Sclaui multitudine fracti incitatissimo remigio acerrimeque clamore cum contemptu paucitatis irrumpunt. Sed maiore impetu quam audacia rem exequabantur. Quippe cum primum exceperent sagittas: proprius terre remos ausi non sunt. Paulo post restrictorum ensium laminis nunc ceruices suas nunc scuta pulsare cœperunt: rati se Danos hoc minarum genere territuros. Remigium deinde magno clamoris strepitu prosecuti horribiles late sonos edebant. Hic quoque procurus prioris per similes fuit. Obuiis namque Danorum missilibus repulsi continuo remigium retulerunt. Tertio ut hostem apparatu tererent contactos sole clypeos aqua perfundere, genibusque superpositis in pugnae usum extricare cœperunt: veluti indubitatum nostris prælium illaturum. At tum demum seu cupiditate præda: seu vi pudoris accensi vehementius nauigia concitant. Quæ species ut initio acris ita exitu inanis apparuit. Telorum enim obiectu velut ante deterritam paucitatis constantiam ulterius lacessere destiterunt: quæ Danorum prouocatione admodum sibi insultari conspicerent. Rex cum ad aspectum patriæ peruenisset conciditæ paulatim veteri tam remissam & languidam navigationem agebat: ut quæ propasso velo vteretur/ eo fere loci diem opperiretur/ ubi nocte ingressus fuerat. Sed cum Zephyris deficeretur processum a remigio mutuatus est. Tandem obuiam Eskilli ratem ingressus Scaniam reperit. Qui nouissime eum prosecuti fuerant: Sialandiæ partibus aduehuntur. Tunc Petrus Ranonis eloquentissimi viri imperitam calliditatem eludere cupiens: non solum nexos, sed etiam remiges suos ut præda: speciem auerteret in eminenti nauigii parte constituit captiuorum imaginem præbituros. Quæ cum Rano Liburna prætereunte videret: dissolutionem nauigii simulare desiderans: sentina aqua egeri increpitis acris remigibus iubet. Tunc quodam respondente eo triduo sentina aqua vacasse non rite inquit Petrus remiges tui quibus te responsis excipere debeant callent. Tunc Rano paucis intra Petri nauigium remigio occupatis occasu iuuentutis multitudinem exerto capite conspicatus: præda existimabat quietisque sua poenitentia permotus non similiter sibi ut Petro fortunam affuisse dicebat: quod naufragii periculo interpellante expeditionis comes existere nequiuisset. Autumno rex crebra Sialandensium ac Scanorum, rara vero Iutensium manu prouinciam Aragon ubi confinis adortus/ cum ingenti præda acta ad littus reuerteretur: Rugiani repente naues exercitum hisdemque scandentibus interum a tergo per insidias circumfundere gestiætes magnis viribus in insulam e continenti traiciunt. Per idem tempus coorta nebula: vis spissam caelo caliginem intendit. Quæ res incertos via Danos atque errore nebula implicatos aliquandiu subsistere coegit. Crediderim hunc acris habitum pro

Petri & Ranonis cauilia.

III.

Saxonis Grammatici

pitia: fortuna interuētu futura eorum victoria paruisse. Iamq; Sclauū quia nubū obscuritas prospicere nō sinebat: caliginis errore protractū in medios ferme hostes inciderant, cum subito discussa sole nebula exercitus propemodum confertos aspiceret. Tunc Prisciauis olim e Sclauia profugus equo prouolans adesse Barbaros: factaq; Danis optata pugnae copiam nuntiat/exhortans omnes inuictā Danicū nominis amulari virtutē. Responsum a rege est reperiuros hostes qui fatum fugā p̄ferre cupiant. Igitur Dani quorum animos p̄iceps belli cupido exagitat; p̄ter vsitatū pugnae morē confusis copiarum ordinibus conspectos hostes incurfare cœperunt. Nec tardior victoria q̄ impetus fuit; pugnam fuga p̄currētibus Sclauis. In quo procurfu duo regū milites ita inter se fortuitis equorum impulsibus cōcurrerunt: vt vterq; excussus prosterneretur. Super quos rex corrūte equo ita p̄cipitatus est vt leuus eius cubitus pertuso clypeo terrae altius infingeretur. Absalon itaq; erigendi eius gratia descēdere cupienti manu ne subsisteret innuit feliciter se lapsum reputans si modo hostium cladibus attolleretur. Sed his euētus tristior specie q̄ omine fuit. Regis namq; lapsus hostilis ruinae p̄sagiū edidit. Quippe superati sine p̄alio Barbari impune obtrebantur. Quorum magna pars sinū per quem traiecerat auidius repetens salutē in vndis quam querebat amisit: nec minor fluctibus q̄ ferro periclitantium numerus extitit. Pars quo tutius hostem vitaret ore tenus de industria aquis corpus immerferat. Nec hoc quidē auxiliū genus quo minus a Danis in eadem vada descendētibus interimerētur: latebram eis p̄stare potuit. Cūq; ceteris intra aquam prostratis vnus adhuc occultū pedibus saxum cōplexus socij stragi superesse videretur: Absalon militibus ad opprimēdum eum descēdere profunditatis metu cūctantibus: nō hic inquit ea proceritate est quā vestra milites aequare non possit. Neq; enim vadabiliorem sibi q̄ nobis gurgitē occupat. Quā vobiscem frater eius Esbernus exhortationis loco suscipiens q̄q; Barbarum latentis saxi beneficio vt non dubitaret: salutis fraternalis suae voluntatis imperium p̄tulit. Aliisq; renuētibus aquas hostili cruore infectas armis onust⁹ intrauit. Cūq; emissā in Barbarum lancea solum repetere vellet vndis verticem inuolutus profundo se excipiēte demergitur, perissetq; nisi sociorum p̄sentia a auxiliō fuisset. Enimvero Olauus vndis eum abstrahere cupiens stimulatū calcaribus equū in illud profundū egit exceptūq; brachio leuare conatus pene sella pronus excuritur. Igitur vrgente fato suae q̄ alienae salutis propior extitit, sibiq; cœptam amici curā postponēdo cōsuluit. Cuius propositum Nicolaus quidam fortius q̄ felicius amulatus nō tēperauit quo minus concitato equo gurgitem peteret. Sed ab incepto se pari periculo reuocatus abstinuit. Igitur equitum ope defecto peditum opera seruari contigit. Cūq; littorū restitutus fuisset extinctus ab intuentibus putabatur adeo illapsus corpori humor anhelitum occultabat. Tādem sociis corpus suū diūtius agitantibus vomitu vndā egerere cœpit. Cuius onere liberatus suspicere magis q̄ eloqui valuit. Itaq; qui ad erant corpus eius frigore obstupefactum applicatae vestis fomento prosequēbatur. Quibus percalefactus non oculorum modo, sed etiam vocis vsū recuperauit. Ceterum ipso die adeo exsanguis permansit: vt vix eum funebris oris nota defererēt. Nec silentio oblitte adā alterius Danicū equitis virtutē existimo. Qui cū nemine sociorū comitante fugam hostium auidius q̄ cauti⁹ infecutus fuisset: Barbaris qui effugerant vt se eis capiendū p̄beret rogantibus spreta prece equo desiliuit mortēq; dimicans q̄ deditus lucē amplecti maluit. Igitur ingētū hostiū caterua ad se op̄

Regis lapsus.

Strenuitas Esberni.

Danicū equitis virtus.

Histo. Danice Li. XIII. F. CLIII.

primendū nitente quotquot ppius accesserant interfecit. Ac sine vlla specie metus pugnās sup factā a se stragē plenīs gloriā vulneribus corruit. Itaq; nō solum innu-
meros fati comites habuit, sed etiā superstites fortitudinis suę spectaculo attonitos
reliquit. Cuius excellenti virtute tantū p̄motū est: vt deinceps Sclauū manū cū Da-
nis acie cōserere nō auderent. Anno postero Danis expeditionē parātibus Rugyen-
ses ob recentē cladē suscipiendī belli fidutiā defecti/ Domborū quendā praestati fa-
cundia ad pacē ab ip̄is petendā decernūt. Quo absalon excepto nauigiū eius expedi-
tionis sibimet vsui vertit: nautis vero quoad reueteretur hospitia cū impensis ex-
pediendā curauit/ ip̄osq; Domboro fecū assumpto regiā classis cōuentū petiuit. Sig-
dem legatos hostiū expeditionis tpe susceptos ad reditum vsq; eius mutua Rugien-
sium/ Danorūq; cōsuetudinē retentari fas erat: ne ad suos exterarū rerū nuntii re-
ueterent speculatiōis potius, q̄ legationis officia pacturi. Sed cōtrariā tēpestatis
pseuerātia nauigationē morāte cū luti labētib⁹ alimētis expeditionē soluturi vide-
rēt, eorū egestati Sialandenses ac Scani impensis liberaliter cōmeatibus affuerunt
ne tanta virium pre maligno necessitatis obstaculo fraudarent. Fioniēses vero tam-
etsi cōmeatibus abundarēt, ne minimā quidē eorū prem ad sustentandā sociorū in-
opiam cōtulerūt. Quod videns Domborus pacem quā ante supplex petiuerat sub
aquis tm̄ cōditionibus offerebat. Carterū Absalonis apud regem interuentū posce-
bat: a quo oblationē suam liquida fide psequi rogatus, pignoris loco lapillū se aqua-
iniecurū asseruit. Siquidē ic̄turus fœdus barbaris religioni erat calculum in vndas
conicere/ seq; si pacto obuiam issent, merisi lapidis exemplo perituros orare. Sed cō-
tra poscente obfides Absalone/ fucosq; supstitionum mendacia in rebus seriis reci-
pienda negante, haud quāq; Domboro mutua petendorū obsidū fidutiā defuit. Qd̄
Absalon indigne ferens/ Rugianos nō solum obfides Danis, sed etiā pecuniā cū sup-
plemētis classis transmittere solitos asseuerabat: quū Dani nihil tale Rugianis vnq;
a se cōcessum/ solutiue meminērint. Tūc Domborus/ Si sapiētia, inqt, qua te praedi-
tū existimas viges, quā a me pponenda sunt docili animo excipies/ tenaci memoria
apprehendes. Quisq; rite se gerit circa tria tpa maxime cogitationē expendit / ex
iisdem duo leuiori cura cōplectens/ tertiā prae ceteris habitū intuetur. Siquidē pre-
terita meminit / futura p̄spicit/ praesentia colligit. Stolidus vero inter spem futuri/
memoriāq; praeteriti praesentū facultatē omittit/ et qd̄ in manibus retinet excu-
tere cōsuevit. Quo pacto tu quoq; vanissimis sollicitudinis ambagibus implicatus
adeo scrupulosa cura praeteritorū imagines recolis/ futurosq; meditaris euentus:
vt ad ea quae praemanibus sita sunt/ et oculis obuersantur aspicere nequeas. Quip-
pe dū prioris eui recodationi animū inseris, foelicitatis eius exēplo futura metiris
teq; spem ex memoria adeptū qd̄ instans aetas afferat/ praeterit. Fateor olim Danos-
gente nostra potitos/ sed praesens fortuna benignitas iisdem nūc fauoris blandimē-
tis pres nostras psequit, qbus quondā vestras excolere cōsueuerat: sortēq; nram ad-
hanc foelicitatis summā pduxit: quā vestrae quandoq; rei status attigerat. Quippe-
quanto vobis inferiores extritimus/ tanto nunc viribus successuq; praestamus: eo re-
rum fortuna ductate pgressi, quo Danicā quondā p̄speritatis incrementū excessē-
rat. At dū temere voris extenderis/ noua ac recentia stolidā vetustatis simulatiōe
praetergrederis/ eisq; me cōditionibus adigere conaris: quas p̄ praesentium habitu
praestare potius, q̄ postulare debueras. Fines vestri armis et exercitibus vestris mi-
serabiliter obriti/ situ maridi/ culturaq; inopes iacēt/ nostrarū diffusio partiū vix-
v.

IV.
Facundia
Dombori,

Fœderis
barbarorū
species.

Superstitio
barbarica,

Concio Dō
bori Sclauī,

Rugien.
cap. 220.

i
s
:
u
r
:
r
:
n
e
:
n
i
e
s
r.
s
e
s
:
i
p
:
s
it
o
r.
o
s
r
ā
l
r.
e
r
e
i
r

Saxonis Grammatic

Abfalonis
responsio.

alenda quam genuit multitudini sufficit: et tamē quos omnifarīam potentiores ad
uertis, nō superiores modo/ sed etiam pares habere fastidis. Tunc demū tributū nos ex
actione sollicita/ quū et sortem nostrā successibus æquaueris/ et eā malis quibus tua
nunc premitur adactam cōspexeris. Hac Domborus. Sed Abfalon dissimulato indi
gnationis cōceptu, paucis eum responsis excipiens/ ad regem quæ acceperat p̄fert.
Verum pertinax freti s̄auit̄ia nauigationem interpellando finem expeditioni fecit
V. Rex q̄q̄ superius Sclauos secundis successibus attentasset, plus tamen negotiū in eo
rū expugnatione, q̄ vt p̄priis viribus exequeretur aduertēs/ Saxonīæ satrapā in ar
morū militiāq; collegium ingentis præmii pollicitatione sollicitat. Ille tū amplissimā
mæ mercedis captura/ tum etiā potēdōrū finitimorum spe inuitatus, expeditionis
societate spondit. Sed sup̄ius Waldemarū rex Noricus per summū amicitia cul
tū nauigio draconē simulante donauerat. Quod Abfalon mira arte effigiātū Ros
kyldensi remige exornare/ et ad conuentū vsq; Danorū dirigere iussus, quū in por
tu Isōrensi parū secundantibus ventis voto diutius moraretur, nihil agrius tulit/
q̄ q̄ aliis in expeditionem proficiscentibus tardior ipse sup̄uēurus videretur, q̄ cæ
teros et velocitate apparatus/ et p̄cinctu nauigationis alias p̄curare cōsueuerat
Itaq; quū mente/ t̄adio/ et pudore sopita in puppi iaceret, futurā maris tranquillā
tarem nocturnis imaginibus speculatus est. Existimauit em̄ ab homine se accessi/ ac
cessoq; littore cum Burgalanensi pontifice Tokone aliquādiu sp̄atiātū/ iussimq; ab
eo quæ audiret sagaci mente cōprehendere/ et tenaci mandare memoriæ. Tokonē
deinde melos quod in diuini natalis puigilio rite recini assoler/ semel iterūq; et ter
tio replicuisse/ ip̄mq; ad ea quæ canerentur sollicitis auribus esse iussisse. Ex p̄fecto
adeo p̄sentes visorū imagines animo repræsentabat: vt rem verā nō sōniū fuisse
arbitraret. Et quia craftina egressionis opem p̄ quietē sibi p̄missam meminerat, t̄ā
certā cōmodæ nauigationis sp̄e aīo p̄sumpsit: vt cōcensa cymba q̄q̄ nihil adhuc tē
pestati detractū erat/ malū regiē nauis: cui Astradus indicās tēpestatis occasum/ et qd
nā fieri expediret interrogans. Iussus est illico erecto nauigii malo fauces Isōricas pe
netrare/ eisq; p̄teritis insulam qua v̄tus iuberet ambire. Qd̄ eo exequi p̄gente, ex
peditionaria classis quæ in eundē forte portū appulerat subito tranquillitatis incessu
gausila/ velorū vsū nauigationis auida p̄parabat. Verū effectus minor impetu fuit.
Sigdē mō orientē/ mō occasum incerto ventorū flatu ludificata vicissim p̄tebat: na
uigationēq; mutabilis auræ varietas oprato cursu fraudabat. Diuinit̄ cōsultū cre
deres: ne aut solitaria Abfalonis nauigatio/ aut aliis incessu tardior haberet. Qd̄ ē
ip̄ius liquido cōprobauit aduētus. Sigdem ad nauigāre eo omnīū nubīū errore dis
cussio/ certus pelago flatus incubuit/ tantaq; p̄pitiū venti stabilitas incidit: vt nauī
gatio quæ ante dubiis velis incertum cursum tenuerat, cōtinuo p̄speritatis ordine
frueretur. In natura rerū temperies: quæ se ceterorū vsui inuiderat, Abfalonis re
spectu tributā est. Qui etiā quū nauē regis sibi creditā validis tēpestatis incremē
tis cōtusam/ extremoq; naufragii piculo p̄pinq̄ aduerneret, cōtinuo in litrus sub
duētā necessaria trabis vinculo refecit: lacerāq; ac pene cōtractā pristina firmitatē
restituit. Sed et prarūm eius cacumina quo cultior incederet, aureis apicibus textit
Quo rex apud Malsētā exceptus, Polā puinciā comite classe p̄tebat. Itaq; cōmun
ibus sed discretis viribus alterū Sclauicæ latus Dani inuaserāt, alterū Theurones
lacerabant: interdūq; exercitus alter ab altero inuicē spectari poterat. Cūq; Theuto

Abfalonis
visum.

Saxonis Grammatici

aduersum pericula abundare industria potius argumentum est, quā timoris indicium. Hoc enim probabilior est fortitudo, quo minus cum stoliditate consentit. Illa vero reprehensionem meretur, cui vires temeritas amministrat. Sed nunc exigere per deforme est, quod paulo ante oblatum acceptare contempsimus. Restat igitur ut unicam salutis viam in pectorum ac virium nostrarum fiducia reponamus, spemque ex desperatione certissimam capiamus. Aemulanda itaque Danici sanguinis et nominis virtus, omnique studio enitendum: ut aut nobis victoria reditu, aut speciosa mors aeternum famam pariat monumentum. At minime dubium quin de transitu nostro hostes equina fecerint vestigia certiores, nec magis ambiguum eorum reditum insidiis excepturos esse, quorum aduentum adesi callis indicio peruiderunt. At mori vobis comamilitones qui capi praestat. Capti enim occisi parentis mei poenas perinde ac eius interfectores crudeli morte pendetis, fratresque mei paternis manibus per summam cruciatuum acerbiter nostrum sanguine parentabunt. Aliquanto ergo satius est propriae virtuti spem impendi, quam alienae violentiae miserabiliter puniendum relinquere. Haec non proprii periculi metu, sed vestrae potius charitati consulendo monuerim. Eo enim sanguine oriundus sum, quem nulli Sclauorum attentandi unquam ausus incessit. Per praem vos optimum maximisque per quem illud Danorum celebre cunctis gentibus nomen obsecro obrestorque: ne fiducia et fortitudini imbecillitatem atque ignauiam praefertis. Haec Prifzlauus. Denique lata omnium acclamatione exceptus, nihil se de victoria ambigere asseueravit, cui militum alacritas praesagio fuisset: praesertim quum omnis Sclauorum irruptio specie, quam re formidabilior existere soleat. Circa incessum vero id ordinis obseruari debere: ut iuuenes parum armati medium inter milites equitandi locum teneant, eorum utrinque praesidiis muniendi. Ceterum militarium turmarum per binas acies distinctarum alteram ab altera auxiliis inuicem tutandam esse. Quippe geminae cohortis specie hostium animos labefactari posse. Praeterea clamabundos incedere, variisque cantibus obstrepe iubet, fiduciamque quam plurimum multitudini inest, simulatos. Nec fortunae expertis consilium fuit. Siquidem in portum eis ubi classis acquiescebat nullo incessente productis rex expectantis more sollicitus, plixamque legatorum absentiam cura ac molestia persecutus, dolorem ex temeraria suorum emissione contractum, religiosae lectionis officio leniebat. Quibus redisse coepertis, soporis blandimentis obtristitiam dilatis ocyus aditum dedit. Inde ad Gudacram amnem nauigatione discessum. Cuius vadosis aditus haud quam magnarum nauium capax extabat, exiles duntaxat transmittere solitus. Itaque rex propter fauces fixa ancora sedem nauigio coeuiuit magnitudinem eius paruitate amnis admittere nequeunte. Habilior classis et quam fluuiuale profundum ferre poterat. Absalone duce angustos amnis attetabat anfractus. Quo auctore eo loci peruentum, ubi gurges ingentis stagni diffusior speciem praeserebat. Has faucium angustias barbari crebra classe praestruerant, hostem transitu prohibitori. Quos nostri deturbare gestientes profunditatis ignari imperitae nauigationis errore vadosis locis affixere puppes. Quas dum profundo defectas ad loca nauigatu facilia reuicere cupiunt, quum minus remigio liceret, passim in vada deliunt: manibusque foros complexi, remorum vices corporum viribus exequuntur. In quos Sclaui nauigiis suis tanquam propugnaculis utendo superne tela librabant. Nec sic eos attentasse contenti, et ipsi saltim in vada delapsi comminus dimicandi locum petebant. Sed nostris strenue occurrentibus pari celeritate deserta ac reperita sunt nauigia. Ante alias binas Prifzlau rates subire stagnum. Quarum alteram qui va

Histo. Danicę. Li. XIII. Fo. CLV.

do institerant tam frequentes insiluerunt, ut media fractis penitus lateribus finderetur. Quippe dum audius se ingerunt, multitudinis onere mediam rupere puppim Sublequente classe deferra fugientium barbarorum nauigia capiuntur. Vicorum quoque ripa iunctorum incendia paguntur. Noctu redeunte Absalone rex adhuc insomnis diu tinam eius moram angore et vigilia prosequerat. Quo excepto gausus liburna sua quod ob granditatem navigationis inhabilis videretur: domum remissa in aliquanto minorem se contulit/ eaque ad lacum deuectus Sunone binis instructum nauigiis in longinquos paludis recessus praedatum mittit. Urbem quoque Rostock oppidanorum Rostockensem statua posita ignauia destituta nullo negotio possit. Statua etiam quam gentis profana credulitas pinde ac caeleste numen diuinis honoribus prosequerat incendio madauit. Post haec Hericium cum exercitu suo conserendi secum sermonis gratia venientem praepato ponte traiecit. Eodem tempore Nucleri filius Prizlauus ripa altera supueniens/ quem fratrem Prizlauum Bernardo: cuius manu Nuclerum occidisse fama fuerat/ nauigio comunicate aspiceret, conuicio lacessiuit/ impietate obiciens: quod cum parentis sui interfectore amice conuersari sustinuisset. Contra Prizlauus bene de se meruisse eum/ pro quem patre sacrilego careat/ affirmabat. Sed neque se eius filium censeri velle, quem maximi sceleris partem extitisse constaret. Interea dum haec gerunt subit fama prulit Rugianam, Pomeraniamque classem ex disposito conuenisse/ Danos anni includere audiam. Igitur rex pro Hericum necessaria discessionis ammonitus ne se locorum angustiis implicari pateretur/ prius amne excessit. Cumque Sclauicę collectionis fama nulla adhuc indicia confirmarent/ insidiarum suspicione permotus, hostium calliditati inuicem occurrere statuit. Qui in occultos littorum sinus collati/ si rex rura diriperet/ classis eius incur sandae copiam explorabant. Quos ut opportunitatis simulatione praerheret, Magno cuidam exurendorum littoralium vicorum cura demadant, militibus intra nauigia latere iussis/ sciens profecto Sclauos ab vniuerso Danorum exercitu incendiis pagis putaturos/ sicque promptiorem exercendarum insidiarum ausum capturos. Nec secus ac ratus est/ hostile propositum fuit. Quippe Magno oppidis facem subiciente Rugiani vniuersas Danorum vires eo negotio occupatas existimantes/ audius edendi propositi fiduciam rapuerunt/ perinde ac eorum classem defensoribus vacuum reperturi. Sed quorundam regis imperium ignorantium occursum maturius excepti incurfandi studium repente fuga mutarunt. Quos cetera Danorum classis certatim magnis remigii nisibus infecuta/ velocitate navigationis aquare non potuit. Cumque releuandae lassitudinis gratia esset umbraculis leniret, Lundensium pontifex ceteris portum tenentibus supueniens, postquam medio ferme diei tempore nauigia velaminibus obducta conspexit cunctis segnitie exprobrans/ His, inquit, tumulis comilitones quum animi exercedi sint corpora sepelire gaudemus/ Quo dicto militibus diurnae quietis ruborem ingressit et regem desidia obfessum torpentes militiae suae vires excitare perdocuit. Qui etiam ad pontificis vocem modesto indignationis genere permotus/ simulque iusta desidia suae reprehensione comonitus cito hos tumulos relinquere posse aiebat: statimque discussis tegminibus hostile solum petere properauit. Post haec circa australem insulae plagam praedae in biduum actae. Inde walungiam nauigatum. Vbi nuntiato Rugianorum occursum quum quidam e Danis hasta suam quo comodius ea in acie vteret in conspectu sociorum aliquanta parte curtasset, ceteri ipsius factum securi congestiti in vnum locum putaminibus, ingentem breui cumulum extruxerunt. Sed interim apud hostes pacis non belli studia agitabant. De qua acturus Döborus ad Danos dirigitur. Quibus

Saxonis Grammatici

Dombori
oratio.

ad naues digressis igne in littore accendit: cuius indicio se legationem afferre mon-
straret. Sed Absalon neque eum naue exciperet vetuit: ne pax quam petere venerat in-
uicem a Danis affectari videretur. Ita Domborus aliena rate non habita, propria
classem petiuit/ Absalonemque per interpretem aggressus ut se inter regem et Rugiam
nos faciendae pacis auctorem exhiberet orabat/ obsequium cum obsidibus spondens.
Contra Absalon pende ac eorum quae ab ipso poscebantur ignarus, responsionis loco de-
sertas Danorum insulas numerabat/ earum solitudinem nup sibi ab ipso exprobrata acri
memoria persecutus. Domborus orationem suam parum competentibus responsis excipit p
interprete cognoscens/ Ratione, inquit, non vacat pontificum optime/ quod tuam ceteris
opem in aduocationis petitione praeferrimus. Siquidem eo nunc iustius ad tuae nostrae opi-
nionem votis decurrimus: quod quondam ad praemendam Danorum concordiam aui tui
praesidiis nitentur/ eius nunc pende ac regalibus edictis contenti sumus. Quia ve-
ro filiorum eius nemo superest/ supplices ad nepotis genua manus tendimus: ne extra
consuetudinem familiae seriem auxilia circumspexisse videamur. Nec pari industria in fratre
tuo praeterendo, quam natum praestet, visus nos esse constat. Tibi enim auctoritatis prae-
rogatiua honores, non animi, nec aetatis privilegia/ sed dignitatis ornamenta, conciliant.
Ante vero quam pacem domesticam bellis civilibus foedaretis, constantem Danorum imperio fi-
dem praestitimus. At postquam in vestra Republica seditiosa suffragia adoleuerunt/ regni
que affectores armis instruere coepistis, propriae libertatis quam alienae factionis studio-
siores euasimus/ nostrorum nominis quam pietatis desertores esse maluimus. Sed et bellum
vobis inferendo quod aliud quam ingenium vestris finiendarum simultatum committere ten-
tauimus/ idque efficere: ut nostra arma excepturi, mutua concordia indigeretis! Itaque
securae vestrae civili sanguine madentes in nosmetipsos conuertimus: bellaque vestra
alienis quam patriae perniciosam fore maluimus. Siquidem aduersarios vestros specie re-
uera amicos egimus/ charitatisque praesentis hostilitatis simulatione praebuimus. Etenim con-
cordiam vestram magis quam spolia pyraeica a beniuolentia profectam exercendo quaesiuimus?
Et nunc quidem opera nostra coeptorum deuiis ac parricidalibus bellis abstracti me-
rito tanti beneficii auctoribus gratulari debetis. Cur ergo cunctis inter nos amice
compositis soli communionis vestrae ianuas intrare non possumus: quarum ipsi claustra
referauimus/ aditum patefecimus? Cur ea factorum nostrorum prudentia delicti vestri saluber-
rimum correctrix/ a viris sapientia claris parum grata estimatione colligitur? Cumque si-
nisset adhuc Absalone vastatas Daniae prouincias supputate/ Nil factum est, inquit, quod ho-
mines patrocini tui indignos ab illius clementiae sinu repelles: quam nemo supplicium
vnum difficilem habuit. Etenim repulsi identidem tuis genibus aduoluerunt/ puerorum
perseuerantiam imitaturi: qui quo atrocius iratae matris verberibus lacerant/ hoc
avidius eius gremiis allabi nituntur. Quod si parum supplicium de nobis sumptum cre-
ditis, iram vestram quoad libet cladibus nostris impune exsatiare poteritis. Vastan-
tur licet agri/ exurantur vici/ euertantur vrbes/ trucidentur populi/ precibus vobiscum
non armis agemus/ pro bello veniam quaesituri. Si sanguinem sititis, vltro iugulum gladiis
vestris ferendum praebimus. Si seruitium affectatis, quod deditioe maius praestare po-
terimus! Quis autem tam efferae mentis, qui eius oblatoribus parcere praesto non sit?
Extremae autem dementiae est velle laboribus adipisci, quod ocio possit acquiri. Scio autem
illud tibi succurrere: quod priore colloquio patriae tuae vastitatem inter praesentem posuerim
ideoque te tam pertinaciter eius solitudines aestimare: ne prius de pace agatur, quam totum
dem apud nos vestris armis effecta fuerint. Ego vero iam pridem sapientibus monitis

Histo. Danice Li. XIII. F. CLVI.

insipienter vsus aduersarii pres fecus ac expediret edocui/ ignarus q̄ auditori tam
attento p̄ceptor extiterim. Nā rē puerilibus deliramentis cōsentaneā dixisse fa-
tius fuerat. Quod vero locutū me nūc poenitet/ te etiā audisse piguit. At si tunc in-
tellectu digna ruis auribus deprompsi, quā nūc quoq; dicturus ero pari mentis ra-
tione suscipito/ eodē ingenio p̄ntia hauriens, quo prioris alloquiū documenta sum-
pisti. Quo maiorē de nobis stragem egeritis/ hoc minorē subiectorū numerū mili-
tia vestra residuū facitis. Quid ergo aliud cladē nr̄am exercendo agitis, q̄ q̄ visce-
ra vsa viribus exinaniendo cōsumitis? Q; si parū adhuc nos punitos ducitis, hesti-
bus vestris bello p̄tendos obiicite/ aut morte nostra vindictā satietatē sumpturi
aut victoria rebelles sub iugū missuri. Victi nāq; parū m̄coris/ victores multū ala-
critatis vsis animis ingeremus. Vtralibet ergo fortuna vestris successibus obse-
queret̄. Praterea si nos armis laceffere pseuerabitis, casus efficere poterit: vt stragē
nostrā alicuius vestri fati loatis: cuius capite totius Rugiē subiectionē emisse diffi-
cile fuerit. Talibus Abfalon monitis inuitatus Rugianorum vota apud regem sua
prece compleuit. Rex acceptis obsidibus redit. Eodem fere tempore de vr̄bis ponti-
ficatu controuersia inter cardinales orta varie prouinciarum suffragia ferebantur
Nam Gallia Alexandro obtentū fuit. Germania, auctore Casare, Octauiani parti-
bus obsecuta est. Sed iustior/ religioniq; propior Gallorum sequacitas fuit. Quod
postq̄ in Dania percrebruit, Lundensis pontifex / qui et ipse p̄dicta expeditionis
comes fuerat, ne feruente religionis tumultu deposito fraudaretur, pecuniam quā
in Gallia collocauerat per ministros reportandam curabat. E quibus vnus mona-
chica professionis apud Stadium oppidum inter cōenandū ligneo forte calice nō
suppetente, aureo quem in custodia habebat arrepto, nitidius q̄ tutius cōenam ex-
egit. Cuius facti irritamento iis quorum hospitio receptus fuerat, tacitam latroci-
nii cupidinem ministravit. Maioris namq; pecuniae consciū animaduertebant,
quem praestantiori poculo priuatas mensas exornantem videbant. Caterum hospi-
tii reuerentia palam facinus exequi veriti: qm̄ intra penetium limina hospitalita-
tis sacra violare nefas ducebant: in Holtstatiā eum subsequendo sarcinis exuerunt
Quo Eskyllus dum ab expeditione reuerteretur audito, regem super earum recu-
peratione sollicitat/ ratus auctoritate eius restitutionē a p̄donibus fore. Nec iam
precibus sed p̄tione agendum existimans/ portionem pecuniae dummodo per eū
reddita foret/ in p̄mium pollicetur: tantoq; eius auxilium instantius expetebat,
quanto eum in annuendo tardiozem aduertit. Rex p̄titionum eius perseuerantia
fatigatus/ a gre operam pollicet: q̄ et raptor incertus/ et pecunia repta difficilis vi-
deretur. Caterum eam requisitu promptiorem, si a potentibus q̄ si a plabeis occu-
pata fuisset/ arbitrabatur. Igitur antistitem Slesuicū secum petere iubet. Vbi dum
forte per iocum inter familiares amissoris auro bibentis iactantiam elusisset, inter-
fuere qui Regis dicta sinistre excipientes clandestini sermonis mordacitate ponti-
fici illufum putarent. Quorum obtreccatione Eskyllus ad deferendam regis ami-
citiā adductus eo dementiae prupit: vt opes quas amisisset ab eo obr̄tas suspicaret/
eumq; rapinae sibi inflictae consciū asseueraret. Ita se cōceptae vesaniae moles/ falso
regis conuictio patefecit. Igitur nescias vtrū antistes insaniae maioris/ an rex patien-
tia fuerit. Quorum alter integer rimum virum tererrima suspitione notare susti-
nuit: alter conscientiae puritate syncerus aduersū innocētia suae criminatore æquo
lentius iram distrinxit. Inter hæc Occo/ cui superioris scismatis cōtagio deponēdi pō-
y iiii

Scyth. 3.
cap. 120.

App. n. 240. d.
Controuersia
fia in vrbe
Romana.

Monachi
aureo cali-
ce bibentis
imprudētia

Eskylli sua
spicio mala
Eske idem Eskyllus
est, qui, cum Roma
reual, in Romaniam
p̄uenit, captus, et de hinc, autem
p̄tibus dicitur, in hinc, p̄tibus
nunc hinc, Romaniam, p̄tibus
p̄tibus p̄tibus hinc, p̄tibus
p̄tibus p̄tibus, p̄tibus
p̄tibus p̄tibus, p̄tibus
p̄tibus p̄tibus, p̄tibus
p̄tibus p̄tibus, p̄tibus
p̄tibus p̄tibus, p̄tibus

Saxonis Grammatici

ificatus causam præbuerat/tanq̄ recepta ab Octauiano dignitate cōciliato regis fauore Slesuicensem sedē sacrilego occuparat regimine. Quē Eskillus catholicæ pris amulatione inter rei diuinæ actionē cū suis fautoribus execratus/magnopere regē permouit. Ita cōtentione paulatim ad inuidiam simultatemq; progressa accito apd̄ Sialandiā Abfalone querimoniam suam a rege tū spretam/tū etiā irritam cōquerit Quippe eum erga pecuniā amissam parum honesta cōscientia esse/restitutionē in facultate habere si velle suppeteret. Quinetiā cū Occone scismaticarū partium comite criminofum iunxisse collegium/inq; eius excolenda societate catholicæ pacis aduersariis execrabilem obtentū præbere. Quāobrem se belli aduersum eū suscipiē di infinita cupiditate flagrare. Sepe em̄ numero cōsimilia ausum potiusq; præesse regibus q̄ obsequi solitū. Præterea ad hoc audendū se non infimis amicorū præsidiiis abundare. Veritus Abfalō palam tanti viri sentētiā obiurgare temperato repret̄ henforis officio/impatientia eius errorem modesto genere castigationis excepit/re gis integritatem deformi notatu p̄q̄ indignam iudicando/eiusq; cōscientiam collatis innocentē rationibus ab omni suspitionis turpitudine alienissimam comprobādo. Cæterū non tam catholicarum partium odio, q̄ eius regisq; litigio Occonis sus ceptionem imputandā docebat. Adhæc si litem ingrederetur, quos auxiliares spe rauerit/hostes sensurum. Quippe hoīes inter aduersa plarunq; partū iusta constan tia amicitias colere. Sibi potius ad ipm̄ legati partes mandari precatur discordiarū pericula compositionis officiis auertere tentaturo. Eskillus tanti consilii documen to parum salubriter æstimato, percontationibus eum fatigat: num sibi in eam rem auxilium sit laturus, quem non tam gerendorum arbitrum, q̄ belli sociū deposcat dicendo iam non se consultorie cum eo, sed precarie agere. Abfalō antistitis subli mitatem regis charitati cōponderās/Quem, inquit, me tibi iam pridem iurisiurā di religio fidei debitor em effecit: malo simplicitatem tuam verioribus monitis ob iurgare, q̄ blandioribus fallere: ne rebus in perniciem vergentibus vacuum promi sorem egisse videar. Sed neq; ceruicem meam eousq; sponsonis titulus obnoxia fa cit: vt amantissimum mihi herum: cui tum fidei/tum etiā amicitia stipendiis ob ligor, neglectis charitatis officiis/attentare sustineam. Præterea reges de rerū sum ma certantes lacesere iam pridem haud difficile fuit. Huic vero quum regnum si ne amulo gerat/vim inferre temeritas est. Quem si cōmunibus viribus adorti fue rimus, communis iacturæ pericula sentiemus. Sed tuos quidem conatus sapius cō similia ausos res ipsa minore cum vituperio admittit: meum vero facinus nullis ex cufationis præsidiiis nixum hoc magis repræhensionem meretur: q̄ summam beni uolentiam pruptis amicitie vinculis iniquissima præsumptione rependerem. Es kyl lus speciosissimis sapientia responsis ad summū iræ stridorem euectus, p̄ sacrā obe ditionis religionē eū adiurat/mādata ad regem ferenda suscipiat. Abfalō mādato rū latione p̄missa, responsorum nuntiū abnuī: q̄ inter illustres viros inimicitiarū auctor haberi nolit. Huic Eskyllus agre legatione credita, Gerardum Efromensis domus prælatum associat/sciturum an Abfalō fidus mandatorum minister existe ret. Quorum tanta asperitas erat: vt non solum simultates augere: sed etiā amici tias odiis cōuellere potuissent. Hāc austeritatē Abfalō quoad licuit temperare co natus, specioso verborū delinimento truces mandatorū suās castigabat. Rex audita legatione præter morem accensus/Eskyllum superiorum regum cruorem com biberē solitum nunc et suum sitire respondit: multa; in hunc modum per summā

Verba wal demari in archiep̄m Eskyllum.

Histo. Danice. Li. XIII. Fo. CLVII.

verborum asperitatem remadanda curauit. Quibus Eskillus ex Gerardo cognitis impatientiam metu mutauit. Tantūq; pauoris surrepsit quātum prius furoris in-
cesserat. Igitur euitandi periculi gratia longinquas Werundia partes accessit / salu-
tem secessu non bello quaesiturus. Tunc rex urbem in solido Letrica paludis ab eo
constructam obsidione tentat: captu quidem difficilem q̄ & naturæ praesidio muni-
ta & commentibus affatim instructa fuerat. Cuius custodes animis q̄ mœnibus de-
biliores expugnationem deditioe praecurrere cupientes / ni pax ab Eskillio q̄citissi-
me cum rege cōponeretur nepore eius qui apud Esron educabatur obside dato vr-
bem se tradituros promittunt. Pactus conditionem rex adolecēte suscepto obsidio-
nem amouit. Hac cum Eskillio nuntiata forent / respondit maiorem se vr̄bis q̄ nepo-
rum sollicitudinē gerere, haud quaq; huius incolumitati, illorum capita prelarurū.
Igitur rex iterata obsidione aliam sibi munitionem per qua obsessis arctius immine-
ret adificat: quoniā in absentem aduersariū sauire nō licuit aduersum nominis ei⁹
defensores acerrimos irā suę conatus exacuens. Maxima siquidem potiendi castelli
spes in hyemis auxilio reponebatur: aditū quē vnda negaret glacie paratura. Inter
hac iuuenis parum cognitus a quibus nescio subornatus literas adulterinis notis. Litera adul-
obsignatas tanq̄ ab Eskillio transmissas Gerardo obtulit: iubens vt per eum obsessis
porrigeretur. Quas illo continuo nulla doli suspitione concepta per familiarū quē-
dam vr̄bi inferēdas curauit. Harū series habebat maiore Eskillum nepotis q̄ vr̄bis
charitate teneri: parūq; sibi milites placituros si rei ignobilis curam pertinacius ge-
rendo nobilissimi adolecentis salutem periclitari pateretur. Quamobrem subere se
exitum eius maturata deditioe praecurri. Qd̄ vero superiore mandato tutelā vr̄-
bis incolumitati nepotis praefereḃdam decreuerit: irā non deliberationis fuisse pra-
ceptum. Perlectis literis oppidanī liberandi obsidis consiliū circūspiciebant. Incer-
tum quis commēti huius auctor extiterit: regem tamē complurū suspitio notauit.
Interea rex erecto magna arboris trunco admotum obsidem defensā vr̄bis poenas
suspensio sibi luiturum simulabat. Quo audito Gerardus cū domestico religiosorū
cœtu ad regē processit: ei eiulandis vocibus deprecans municipiū sibi ingressum
permitti, supplicūq; quoad inde reuertetur differri. Rex asensissimā sibi crudeli-
tatem simulanter amplexus: tandē rogatū cessit / praefatus ni vr̄be potiretur obsidē
periturū. Conuētis oppidanis Gerardus quid mandati literis receperint perquirat.
Vt cognouit adolecentis capiti deditioe consulendum iuberi / parēdum hortatus
effecit: vt oppidanī sua ac rerū incolumitate pacta vacuū regi municipiū traderēt.
Ita religiosissimi spiritus circūuēta simplicitas finē praelio fecit. Hac audiētem Es-
killum nihil egrius vniq; tulisse proditum est. Qui tamen postmodum praemissa pa-
cis legatione in Scaniā reuersus eodem praecipitio mētis ad recuperandam regis
amicitiā procurrit: quo ad deserēdam prolapsus fuerat. Siquidē beneficia qua su-
periores reges sacris adibus religiosa liberalitate detulerant: regia potestati præter-
fas potiēda restituit. Qd̄ parū licite gestū postera regum vsurpauit auctoritas. Inde
ne scismatis contagio implicaretur Hierosolimitana peregrinationis iter ingredi-
tur satius ratus a suis penatibus q̄ a Romana amicitia liminibus exulare. Eodem
tempore Christianus quidam adhuc priuatae fortis anteq̄ Maguntia pontifex cre-
atus esset Daniam legationis titulo petiuit: qui eam exhortationibus suis ad socie-
tatem Octauiana factionis impelleret. Cæterum multae adulationis conatibus ali-
qua ex parte regis conuiuentiam affecutus: obleratas Eskilli aures habuit. Interea

Christiān⁹
legat⁹ Octa-
uiani anti-
papa.

Saxonis Grammatici

Nicolai
Razi sce-
lus.

Nicolaus quidam Razi filius recenter Slesuicēsum satrapa cōstitutus, cum eorum antistite Esberno inimicitias vehementius gestis per summū temeritatis excursum celeberrimū eius fundū speciosissimo spoliauerat adificio. Qd̄ cum plaustris deuen-
hendū mandasset a militibus Esberni deportationē inhibituris occiditur. Cuius facti pœnas Esbernus dare metueus perinde ac curiam petiturus vltionē exilio vi-
tauit. Sed dū apud Saxoniam moraretur morbo periclitatus est. Qd̄ audiens Ortho-
sedem quā olim falso antistitis titulo occupauerat: Octauiani nixus auctoritate re-

VI.

cuperat. Post hæc Rugianis ex pacto comitatū præbētibus castellum walogustum
obsidetur a rege. Qd̄ q̄q̄ in Sclauia situm foret, a cōmuni tamē eius ditione secretū
propriis ducibus regebatur. Ab hui⁹ incolis Pomeraniæ satrapa Bugislacus in au-
xilium euocatus, pacis magis q̄ belli consilia circūspexit. Quā etiam pro eis apud re-
gem hoc modo composuit: vt non solū ipsi regi parerēt: sed etiam ex piratis sui flu-
minis ostiis excedere sustinerēt: eaq̄ pactionē obsidibus firmarēt. Illic forte Rugia-
nis ad concionē vocatis cum Bernardo quodam Henrici filio, qui q̄ neptē regis in
matrimonio habebat, duobus eum nauigiis secutus fuerat: iurgii incidit. Interro-
gati enim ab eo cur illustrissimi Saxonie ducis gratiam amplecti superuacū duce-
rent, cū se nullo in momēto Saxonici nominis respectum ponere respondissent: quid
virium duci esset breui agnūros subiunxit. Tunc quidā principis quē tantū asti-
maret potētiam floccipendētes: Bernardi percunctationē ac minas ludibrio insecta-
bātur. Ea altercatione per regē sedata Masco quidā inter Rugianos natu atq̄ aucto-
ritate præstantissimus luminibus orbatu, sed ingenii sagacitate perspicuus, nec an-

Masconis
oratio.

nis q̄ animo viuacior Concitatoris (inquit) petulantia equis mos est, quo arētius
retinetur: hoc vehemētius habenas tendere. Laxētur itaq̄ Saxonibus freni ne retē-
tationis nimietate rumpātur. Siquidē & nobis ipsorum, & ipsis nostra per q̄ nota est
virtus. Quæ vox apud ducē vulgata inter eū ac regē simultatū feminariū fuit. Per
idem tēpus scismaticorum legatio cōfictis iustitiæ argumētis Danorum suffragia
perretabat. Quorum rex assertionis dubiū cognoscendæ veritatis gratia scribam
suū Radulfum origine Britannū lingua q̄ animo promptiorē ad Cæsarem destinat:
a quo per summā venerationis simulationē exceptus: non minus ab Octauiano ho-
norificentia expertus est. Ita vt inter eos quasi quoddā cultura eius litigiū atq̄ offi-
ciorum contētio foret. Octauianus tamē cui iniquissimorū suffragiorū cōsensus au-
toritatis vmbra tribuerat: Cæsarem quē maiestate anteire videbatur: etiā adulādī
comitate vincebat: nam sacerdotē qui cum Radulfo quotidie sacras preces decurre-
ret prouidit, ne diuina ab eo sine socio parum celebriter agerētur. Nec officii eum
coluisse cōtētus/obsequiis beneficia sociauit. Siquidē in re diuina agēda anulū vsum
ei indulgit: pōtificalis ordinis insigne aliquāto obscuriori gradui tribuēs. Ita nefcias
dātis an accipientis beneficiū ridiculosior dementia fuerit. Huius audita legatione
Cæsar dolenter se diuiduæ religionis statū ferre asseuerabat: neutri tamen partī ac-
clamaturū/quo ad publicū ecclesiæ decretū acceperit: tunc demū ei quā vniuersorū
sentētia probauerit assensurū. In cuius rei speculationē nuper a se totius Italia: ma-
iores concilii nomine contractos fuisse: Octauianū aquitatis fiducia causam suā hu-
militer generalis ecclesiæ iudicio substrauisse: Rodlandū vero prauitatis consciētia
retusum: nō solū contumaciter supersedisse: sed etiā dixisse maiorem se esse q̄ vt cu-
iuspiam censurę parere debeat. Cuius controuersia finiēda gratia terrarum reges
secum adesse oportere/ publicæ religionis negotiū cōmunibus studiis inspecturos.

Historiæ Danicæ. Li. XIII. F. CLVIII.

Equibus pene omnes in aduersa partis præfidiū concessisse: sibi vero neminē ex his suffragiorum societate præbere. Quamobrē se magnopere prudentissimi Danorū regis alloquiū affectare/partiū suarum moderationē eius potissimū sententiā crediturum. Quippe quē animi virtus & generis sanctitas tantæ rei iudicē deposcant. Præterea attendendum esse quātum pietatis opus ederet: si tot animarū salutē anticipi iudicio fluctuantem sententiā suā sagacitate seruaret. Super hæc omnia si tam religiosi itineris laborem suscipiat: se ei in præmiū fatigationis vnam ex Italiæ provinciis uinciis cum totius Sclauia præfectura daturum. Talibus Radulfum Cæsar hortamētis aggressus: non pauciora literis quas per eum in Daniam destinaret cōplexus est. Regressus inde Radulfus Cæsar Octauianiq; charitatē in regē vberimā prædicabat. Rex promptius q̄ prudētius familiaris assertionē suscepta, nec tā religioni consulere q̄ exterarum gentium mores cognoscere auidus/petendi Cæsar cupidiem concipit. Ea tempestate Bernardus quidā ab Octauiano legatus in Daniam profectus pontificum suffragiis inhiabat. Verū paucorū fauore exceptus vt vniuersos ascendere datis per provinciā epistolis conciliū simulat. Qd̄ tenui frequētia habitū maiore ludibrio q̄ gloria celebrauit. Eo rex apud Slesuicū dimisso eximius Cæsar illectionibus captus Absaloni in insulis excubanti propositū aperit, eūq; viā comitē deposcit. Tunc Absalon fidē Cæsar astutiāq; damnādo, fallaces eius promissiones fideli spe excipiēdas negabat. Quinetiam sine religionis violatu familiaritatis eius vltimū haberi non posse q̄ scismaticæ factionis acrior q̄ iustior defensor existeret. Se vero tum comitatuū inopem: tum etiā longinquæ peregrinationis laboribus imparē memorabat. Rex quoad sibi comitatus suppeterēt ei non defuturos respondit. Absalon quāritūq; comitatibus abundaret haud quā se salutem spiritus sui neglecturum affirmat. Rex non se minus animæ suæ studiosum testatus/ob hoc maxime eius comitatum affectare respondit: vt si iustitia posceret per eum ab Octauiana partis societate faceretur. Adhuc Absalone profectionem abnuente publicæq; religionis hostes adeundos negante: hætenus eum a se præ cæteris cultum asseuerabat. Cuius si nunc ope deficeretur se nihil vltius ex eo cōmodi speraturū. Tunc Absalon exprobratam sibi ab eo ingrata mentis labem iudicans/ Ad deserendā (inquit) tui nominis amicitiam nullis corporis periculis adduci potero. At cū de animæ negotio agitur humano timori diuinū præferre fas est. Ego vero tametsi circumstantia damna peruideam tamē vt animę tuæ vestigiū ab errore prohibeam meā periculis implicare non metuam. Tunc rex assumpto eo viros genere & honestate iuxta nobiles. scilicet Sialandia Sunonem & Esbernum: e Fionia Takam & Esgerum comites ascieuit. Burisus dūtaxat ne quid interim in patria nouaret/ ex necessariis assumptus: nec defuere quos ex Iutia profectionis participes legeret. Attingentibus Eidoram principis Holtfatorum Adulfi ignotus eques obuius extitit: interrogatusq; an ipsos profecturus venisset/ dominū suū huius rei præstandæ gratia transitum eorum in vicino præstolari denuntiat: cuius ductū fidendum verantibus arbitris rex perinde ac ingenuo duce fretus/ primus pontem equo transgreditur profectionis auiditate metum pariter monitusq; contemnens. Hunc cæteri subsequentes sententiā suā q̄ regem deserere maluerunt. Procedentes paululum Adulfus excepit, salutatumq; regem benignissimis verbis, amicissimog; vultu prosequitur. Cui cum occursum suū ob yetera odia onustum magis q̄ gratum sentiret/ vt iram obsequiis flecteret apud Ekeho oppidum suis eum impēis excipere statuit. Sed rex

Rex walde marus iuit ad Cæsarē.

Saxonis Grammatici

ge beneficium spernente ne quis ei necessaria venditaret edixit. Tunc Danis domesticos cibos fumentibus confectas epulas per ministros inferendos curauit: sicque deum verecundia superatos munificentia sua uti coegit. Interrogatus tandem an regis processum tutari posset: posse se quidem quo ad Bremam veniatur asseruit. Albia pertransito cum Bremam versus contenderetur: Esbernus profectiois stoliditatem animaduertens quod vanum iter carperet non segniter contemplatus fratrem Absalonem, aliosque Danicæ nobilitatis proceres consilio illustres clam cæteris accersitos obsecrat: regem arrepti itineris emensione prohibeant; quod præsertim sine duce conficiat, neque eum tam periculosi propositi executorem existere patiantur. Quod Absalon inane tentatu iudicans proposito regem cessurum negabat: dicendo monitorem non solum operam perditurum, sed etiam sensurum quantum odii pertinax error piæ monitioni referre soleat. Tunc Esbernus tametsi nec (inquit) grauissimas monitorum poenas euestigio daturum prænoscerem que ad regis salutem pertinere deprahenderim silentio dissimulare non paterer. Adestote ergo mecum et in regis ammonitionem si linguam abnuitis aures præbete. Enimvero cum honestatis periculum obuertatur: offensam principis utilia suadendo quam amicitiam inaniter blandiendo contrahere malo. In his etenim melius ex reprehensione ira percipitur, quam ex adulatione gratia conciliatur. Absalon haud fratrem rege faciliorem intelligens cum neutrum a proposito reuocabilem cerneret fratris tamen adeundo rege socium gessit: siquid iræ ex dictis eius conciperetur mitigaturus; cæteris ne interesse quidem tutum ducentibus. Tunc Esbernus Mirari se inquit: quo impetu rex tantum iter duce vacuus ingrederetur: suam autem patriæque salutem in vnius Casaris perfidis præcordiis depositurus: videri enim quod liberam gentis suæ ceruicem, nullisque Barbarorum obsequiis assuetam per foedam & ignobilem seruitutem miserabilis Theutoniarum iugo subigere cupiat. Quid autem stultius esse quam nullo impendente periculo vltro ad deditioem procurrere, summamque libertatem extremam seruitute mutare: insuper regno precario quam potenter præesse malle? Itaque Casarem cum Daniam suæ ditionis effecerit miraturum quod tam validam gentem ante promissis superauerit quam armis tetauerit. Rex paucis iram exprimere solitus, quippe raras voces turbatus edere consueuerat. Et si te (inquit) adeo metus perurgat ut via comes esse non audeas: me quidem trepidationis tuæ socium non habebis. Virtute enim quam familia comitator sine te propositum exsequar: nec adduci potero ut terribis ignauia tuæ monitis consentire sustineam. Ita salutare Esbernii monitus regis festinationis impetus aspernatus est. Quos si imitari voluisset supplices Casari manus deformiter non dedisset. Adeo quem temeritatis incursum transuersum abripit recta rationis estimatio deserit. Ingressos Bremam ciuitatis antistes omnibus humanitatis numeris instructissimus clementiaque & liberalitate conspicuus impensoribus hospitalitatis officii prosequendos suscepit. Idem de ductu dando sollicitatus comitandi sibi regem non ductandi fas esse respondit. Complures quoque Saxoniarum principes quoturcius curiam peterent: regis se sodalitatibus deuinxerunt. Adeo ut de Danorum familia ac grege existere putarentur. Itaque crescente eius comitatu cum multitudo speciem hostilis exercitus reddere videretur perterrefacti incolæ cum vxoribus ac liberis diuinis semet penatibus intulerunt: a sacrarum adium hospitiiis auxiliū que firuri. Eo comperto rex præmisit qui gentis trepidationem pacis denuntiatione corrigeret: sibi que comiteatuum emptionem fieri iuberent. Cum ad urbem Methis venisset

Handwritten note: *Handwritten note: sibi regem non ductandi fas esse respondit.*

Handwritten note: *Handwritten note: sibi regem non ductandi fas esse respondit.*

Saxonis Grammatici

gratia ad colloquium a se inuitatos dicebat, eorum sententia repugnare nefas ducturo. Quos ideo non adesse quod in Romani imperatoris iniuriam Romae pontificem creare cupiat alienae ciuitatis ius suis suffragiis amministrare conantes. Post haec Reginaldus Coloniae urbis antistes religionis causam dicere adorsus, quanto iniuriae potere Romani imperatoris aequitatem provincialium regum temeritas attentaret argumentando demonstrare pergebat. Nam si controuersiam in eorum ciuitatibus de pontificatu ortam Caesar suis suffragiis finire vellet: haud dubie id grauium iniuriarum loco ducerent: cum ipsi simile in vrbe Roma perpetrare conentur. Quam assertionem tam valido rationis praesidio subnixam putauit ut nunc latialiter nunc Gallice Germaniceq; sando ternis actionem uocibus iteraret. Sed quantum hanc oratione gentis suae fauorem illexit tantum nostrae suffragia deturbauit. Assensis itaq; pontificibus cum Octauianus qui sibi falsum victoris nomen inscripserat accensis luminibus ad uersum Alexandrum, eiusq; suffragatores solenni execratione vsurus videretur: Waldemarus hortante Absalone ne sacri lego eius facinori interesset concione excessit: aduersaq; partis iustitiam amulatus praesentis curiae errorem quod absentis rectitudinem postponere praeprotauit. Cuius egressum secutus Absalon, cum ab Octauiano superfedere rogaretur: ab eius uestigii se cuius comitatus gratia aduenerit nullo iure prohiberi perdocuit: eoque responso execrabili pontificum collegio liberatus ne scismatis errore laberetur effecit. Die postero Octauianus Liouonem Othoniensium electum uehementer ab Absalone prohibitum falsa pontificis uentione prosequitur. Inde ad oppidum Bisuntium concessum est. Vbi equorum pabulo non suppetente regeq; emendae eius facultate sibi non fieri conquerente Caesar eum qui stabulo praerant necessaria Danis expedire praecipit. Qui mox eorum satellitibus secum eductis in uico eminens sito quibus egerent capienda demonstrat. Qui cum earum consuetudinum ignari equorum alimenta ab oppidanis inermes deposcerent, uocesq; suas sagittis ac iaculis repelli conspicerent, depositis precibus praerium ordiuntur. Capto itaq; uico cum latius crebescente fumigio facem oppidis subiectam agnoscerent, si milia sibi licere rati confestim expugnationi incendium addiderunt. Quae res incredibili regem angore permouit. Interiectis diebus cum Caesar quem uindicta modum a Maguntinis proprii pontificis interfectoribus exigere deberet: in concione perquireret: Waldemarus iterata superiore querela equis annona defectis uenialium alimentorum subsidia postulabat. At Caesar circuiacentem prouinciam coniugis suae patrimonium esse restatus: frustra eum emptu affectare dicebat quod rapru petere licuisset. Contra Waldemarus regem se non praedonem esse proclamans: commeatu latrocinio quaesitum negabat, aut quod domi iniquum duxerit apud externos approbaturum. Quod enim eiusmodi uolentia necessitate excusabilis uideretur, permissis uti passus non est: ne domesticae equitatis mansuetudine peregrina austeritate corruperet. Cuius sanctitate uniuersi Germaniae principes maximo plausu comprobantes, seque tua admiratione inuicem cotuentes, beatos aiebant quos tanti uiri integritas reges curaret. Qua laude tacitum morum suorum uituperium ediderunt. Dimisso itaq; rege Casarem Henricus hortari coepit redituro regi impensas expediat: neque eum hospititatis suae expertem dimittat cuius patria quasi comune aduenarum hospitium existere solet. Quod Caesar facile pollicitus parum executus est. Pontifex uero Maguntinus humanitatis specimen maioribus experimentis quam promissis exhibuit: geminae pernoctationis impensis regium iter excipiens. In Henrico quoque crebris regem

Steph. p. 242. col. 28

Steph. p. 242. col. 28
Waldemari
iustitia.

Steph. p. 242. col. 28
Henricus
laudat Da
ciam.

Historiæ Danicæ. Li. XIII. F. CLX.

comitatibus prosequere clarum amicitiarum indicium patuit. Lodouicus autem Thuringiæ princeps: non solum liberalitate vacuus: sed etiam habendi cupiditate refertus impudenti precatatione effecit: vt equus regis sibi daretur. Post hæc Adolphus Holfatorum præfectus Absalonis officio primū amicus regis mox miles solenni fidei datione effectus: obsequiorum principum officii hospitalitatis expleuit. Ita patria parens prosperum reditū emensus exopratam aduentus sui copiam ouantibus ciuū animis obtulit. Insignem hunc annū filii eius Kanuti ex sophia suscepti natalis effecit. Qui etiam pontificali Absalonis ministerio stato lauacri tempore renascitur. *Kanutus 1163. Anglinga Saga cap. 93.*

generationis sacramenta suscepit. Qd̄ religiosæ executionis officium Sueorum ducis Guthormi qui neprem Waldemari eorundem regi Karolo desponsam abducendi causa legationem attulerat, presentia venustabat. Per idem forte tempus Noruagiesum legati regem petiuerant obsecrantes vt Noruagiæ regimen tot ciuilibus bellis corruptum ac teterrima tyrannorū dominatione distractum: itaq; exanguis & ruina propinquū eius occupatores incessendo tentaret. Et quoniam externa nostris hoc loco connexa sunt: quædam de re Noruagica summam cognosse fastidio nō sit. Siuardus quidam summa audacia post multa & præclara facinora bellis edita ab Haraldo Hybernienſi cuius hostis extiterat interceptus cum nauī in alto mergendus ueheretur: quasi funus suū inferiis præcessurus empta de industria porione remiges onerauit. Quibus exhilaratis gubernandi potestatem supremi benefici loco poposcit. Ea re impetrata nautas impēsus edere remigium hortatus cum uehementissimū nauigii cursum animaduertens proiecto gubernaculo præcepit vndas insiliuit/ priusq; se littori q̄ concitata ratis impetum correxisset restituit. Ita & suo acumine & hostium socordia seruatus, periculoq; cui destinabatur ereptus. Haraldum amandi gratia noctu castra latenter egressum in amplexu pellicis per insidias interfecit: dantem poenas: et sibi quem ceperat, & Magno quem regno luminibusq; priuauerat. Igitur vt belli titulum apprehenderet ipsum protinus Magnum monachalibus septis abstractum tametsi virilibus careret virum induere perpulit, deiectamq; regis fortunam ad pristinum regni fastigium erigere statuit: ne deesset cuius auctoritate & titulo bellum aduersum Haraldī sobolem susciperetur. Huius itaq; nomine & auspiciis frētus cum tribus Haraldī filiis Ingone & Siuardo, & Osteno paternum regnū affectatibus nauali certamine dimicauit. In quo partim cæsis/partim fugientibus sociis incredibili & præstantiori humanis viribus fortitudine solus aliquādiu nauigium ab hostibus vindicauit. Ad vltimū compluribus eorū prostratis omniq; superstitū multitudine ad se vnū opprimendū vndiq; concurrēte singulari nandi pericia frētus q̄q; hibernū tēpus instabat armis militaribus tectus profundo se credidit. Atq; sub vndis quas hostium cruore cōsperserat enatans: dubium effecit maioris audaciæ specimen in puppi præbuerit: an inter vndas agilitatis ediderit. Siquidem Loricam qua corpus munerat quo liberius enaret cum reliqua armatura sub vndis sibi detraxit: ac demum cum capeſſendi spiraculi gratia fluctibus emerſisset a quodam familiari suo per habitum hostibus indicatus tunicam qua se prodi suspicabatur rursus corpus aquis occultando deposuit. Sed cum ne sic quidem proditoris notitiam sefellisset: ad extremum suprema se veste nudauit: nec adhuc tamen indice ludificato cum solus ex sociis superesset, seq; hæc omnia quæ & callide/ & animose tentauerat frustra expertum animaduertens: tandem fati simulatione profundo diutius immorans insidias

Siuardus Noruagicus?

Mirabile factum.

Siuardus p. 243. col. 2.

Siuardi fortitudo.

Saxonis Grammatici

toribus an viueret dubium reliquit. Ad vltimū cum humanae respirationis consue-
tudine superne aerem capessere debuisset cuiusdam forte nauigii gubernaculū per-
tinacissimis brachiorum amplexibus apprehendit, eiq; aliquandiu tacitus inhaesit.
Plura tamen elapsionis genera animi firmitate tentasset, si non eum hiberni frigo-
ris saeuitia obstupefactum corporis robur deseruisset. Tādē cuiusdam altum curio-
sius contemplantis indicio depræhensus intercipitur, interceptus vincitur, & in

**De cōfessio-
ne Siuardi.**

hibito/ quī delictorum eius confessionem exciperet, eam astantibus modo quo licuit
explicauit: præfatus se emendationem ab eis decretam poenitentia: nomine præbi-
turum: memor sane sacerdotali copia non suppetente, & ad priuatorum cognitionē
missa referre licere, Magno quoq; quem Haraldus Hybernienfis patrem adscia-
uerat se genitū memorabat. A cuius generosissimo spiritu etiam inter adhibita sibi
supplicia nō deciuit. Primo siquidē verberibus affectus, ac deinde malleorū ictibus
artuatim contusus, scilicet vt a cunctis corporis partibus poenæ exacta: videretur:
non gemitū, non suspiriū edidit: non supplicē aut tristē vocē emisit. Deniq; nullum

**Siuardi no-
bilis exitus.**

doloris indicium præbuit: sed quasi in ocio psalterium relegens inter sacras preces &
solenniū verborum nūcupationē spiritū posuit. Felices profecto religionis alumni
forent: si cuncti eo animo mortē amplecteretur quo eam vir bellicus amplexatus est.
Fuerit ille insidiosus: pacē patriæ corruerit: bellūq; ciuibus intulerit: fortitudinī
tamē eius impunitas ab hostibus donāda fuerat. Sed homines vindictæ cupidī plus
suas vlcisci molestias: q̄ aliena virtutis insignia venerari meminerant: nec in viuū
sauiisse contenti tanq̄ parum eius exitio satiati mox extinctū patibulo suffixerunt:
eadem crudelitate fatum premētes qua spiritum torferant. Nihilq; a se actum exis-
timantes si sauitiam suam saltē ab vmbis & cineribus continuissent. At Magnus
Cūq; anceps diu nauigationis certamen fuisset; quod ex remigiorū volucritate pen

Vic⁹ capt⁹

Henrici in-
solentia,

Waldemari
regis mode-
stia,

Piratarum
stratagema

Fugae ardor

Histo. Danicę. Li. XIII. F. CLXXX.

debat nostris tandem superantibus occupantur. Tunc quidam ex eis indubitatē pe-
riculū metu ferrum expectare non ausi, in vndas desiliunt/mortemq; sibi ipsi infer-
re, q̄ ab hoste recipere maluerunt. Itaq; plarunq; timidos vnius periculi metus
in aliud præcipites iactare consuevit. Maxima horum pars qui fluctibus abstine-
rant/ferro perempta est: q̄ ignobile sociorum fatum comitari nolentibus iure par-
cendum videretur. Quorum capita corporibus auulsa propter Absalonica vrbis
moenia iisdem stipitibus affixa sunt, qui nuper aliorum piratarum a Sialāden-
sibus captorum ceruicibus onusti fuerant. Ea res ingenti prædones pauore confecit. Plu-
rimum siquidem ad extirpanda piratarū latrocinia spectaculi huius atrocitas va-
luit. Gubernator ipse cum paucis admodum remigibus captus/ quū falsam redem-
ptionis spem animo præsumpisset/ ac forte patria sociorū capita cōspicatus/ idem
se Danis facturū dixisset, captiuitatis supplicii cōsumptus est/ poenāq; nō solū ve-
teris piraticę, sed etiā recentū minarū exitio pepēdit. Per idē tps Esbernus et
Wethemānus opportunas patrię excubias multo nauigationis impendio psecuti/ sedu-
lumq; piraticę opus ingressi, in septem piraticos mioparones quatuor incidere na-
uigijs. Tūc Mirocus pugil spectatę audacię fortitudinis suę mortū intra pprię na-
uis spatia cōtinere nō passus, Wethemāni se appetentis nauigiū virtutis fiducia so-
litaris insilit/ cedentibusq; p ignauā remigibus, neminē in eo præter Wethemānū
rebellem habuit. Quos Esbernus rate præteriens risu psequi contentus fuit: neq;
aut hostem lædere/ aut ciuem iuuare sustinuit: ne pluribus aduersum vnum open-
tulisse videretur. Progressus itaq; Strumicū athletam insignis fortitudinis capit.
Sed nec prius Mirocus vt pedem referret vrgeri poterat, q̄ alius nauigiū supuenien-
tis viribus arceretur. Cuius respectū tantū venerationis a victoribus tributū est:
vt quum captus supplicium mereretur/ redemptionē acceperit: potiusq; in eo pro-
bitas honorata sit, q̄ facinora punita. Ita quum impietati pernicies deberetur, forti-
tudini salus donata est. Eodē tempore Eskillus domesticis supra vires negocijs fati-
gatus/ dum quieti intentius consulit, proficiscendi licentia a rege difficulter extor-
ta, nobile Galliarum coenobium: quod Clarauallis nuncupatur/ petiuit: ubiq; priua-
ti more tranquillam vitam degens, asperum patrię conuietum voluntarię perigri-
nationis lenitate mutauit/ iocūdiorem rerum vsum apud exteros, q̄ inter ciues ha-
biturus. Per idem quoq; tempns Walagostenses moenia suorum angustias perosi
contractiora vrbis spatia propagare cœperunt. Nec incrementa adiecisse contenti-
noua defensionis præsidia excogitabant. Siquidem frequentibus palis circa moenia
defixis, quo minus hostis aditu potiretur/ propinqua muris vada clauderant/ pro-
fundiora fluenti loca aduolutis ingentibus saxis nauigijs inaccessa reddentes. Ca-
teros quoq; meatus nauigationibus opportunos/ aut lapidum coagmentis/ aut alio
impedimentorum genere præstruebant. His obstaculis rex optato locorum accessu
phibitus, classē postera aduersum Sclauos expeditione promotam/ Zuinensibus
ostijs inserit/ luliniq; vacuas defensoribus eades incēdio adortus, rehabitata vrbis no-
uitatē iterata penatiū strage cōsumpsit. Nec solū lulini vicinā: sed et cōfinia Cami-
ni ipso pterito populatus est: vt factu celerius, ita quoq; hostib; pnciosius ratus/ pa-
tētē ruris vberitatē diripe, q̄ dubia munimētorū claustra pulsare. Nā lulinenses cū
vrbis suę recētes ruinas ferendę obsidioni inhabiles cernerent, perinde ac viribus
orbari, deserta patria, præsidium Caminense petiuerant/ aliena amplexi moenia,
qui propriā tueri diffiderent. Ab his demum sinibus exercitus noster ad vr-

Gubernato-
ris superbi
supplicium

Miroci vir-
tus.

Eskillus ar-
chieps Cla-
reualleñs fit
monachus. A. 1178.
Sept. p. 247. c. 2.

XVIII.

Saxonis Grammatici

bis Ozna solum dirigitur. Cuius moenibus abstinens viciniam irrumpit/certam agrorum vastatione incerta urbium obsidioni praepoderare existimans. Sed etiam idem aliquanto satius faciliusque reputabat psequi dispossos, quam vrgere munitos. Cui postmodum compendiarie navigationis reditum circumspectanti in commune prouisum est/propinqui fluminis abstrusos referare secessus. Cuius ostia quum quondam nauigantibus peruia fuerint: nunc harenis obfusa ad pristinum habitum fossa redigi possint. Quam sententiam considerata difficultatis magnitudo quassauit, Rege eximiam obstaculi molem lagonibus penetrari morosum ducente, vetantque negocium suscipi, quod plus impensa quam utilitatis afferre videretur. Igitur repetito Ozno, tormentisque propter vallum erectis, obsidio fingitur: cuius specie deditio obtineretur. Quam simulationem spernentibus oppidanis/expeditioni finis imponitur. Aliam rege post ver posterum exorsus/eiusque opinione finitimos terrente/quum se Sclauis nec propriis viribus/nec peregrinis auxiliis aduersum Danica arma abundare conspicerent, delegatur Priflauus, qui bellum apud Danos deprecaretur. In quorum praeparatam classem incidens/oblata pecuniae pactione non solum profectionem prohibuit, sed etiam pacem in biennium taxauit. Caeterum publicae religionis condiciones barbaris ingesta non sunt: cuius professores plarique eorum principes existerent, vulgo sacrorum societatem damnante. Qui tamen si Christiano nomine censerentur, titulum moribus abdicabant/professionem operibus polluentes. Per idem tempus Hericus compositis in Bauaria rebus/quia Sclauis aduersum Danos adesse non poterat, amicitiam Waldemari prius per internuntios petitam/ mox apud Eidoram colloquio obtentam callidius quam verius amplexatus est. Nam puicaci eius ingenio nulla

XIX.

Herici prauiores.

Waldemari probitas.

Suetus se regis filium mentitur.

de Suet. Norv. 13. 10. C. 11 ad 14. l. 1. nulli. Nubi. 3. C. 10. qui opus ea lege meo republi. Barthel. 1. 1. 1. C. 1. 1. p. 235-238. Suet. 1. 1. C. 10. 1. ad ch. 2. 321.

boni stabilitas seruiebat. Cum gente nostra nunquam diutinas ac constantes amicitias gerere sustinuit. Metiri virtutem ducebat: bonarum artium loco fallaciam amplectebatur: fidem simulatione colebat/honesto vtile anteferendo. Assidue nostros rupturpiter societate laedebat. Econtrario regem conspicua animi integritas/perpetuamque in cunctis constantia decorabat. Quid ergo miremur quod inter eius virtutes/et Saxoniam leuitatem firma societatis copula/aut solidum concordiae vinculum contexti non poterat! Iisdem fere temporibus Suetus quidam fabro patre genitus/sacerdotiis munus militia mutauit/Ostensi cuiusdam ab Erlingo prostrati occasione adductus: cuius agmini per deserta fugienti fortuito obuius ducem se praebuit/resque aduersum victores nauare coepit. Et ne generis titulo carere videretur, originem mentitus/Haraldum Hybernensem auum sibi vendicando/Suardo se procreatum conseruit. Cuius etiam nomen filio: quem antea patris vocabulo vna appellauerat/aprauit. Et ut omnia prioris fortunae momenta subrueret/proauique vocabulo in eo repraesentari crederetur, simulatae profapiae decus/noui nominis ornamentis vsurpare sustinuit/Magnumque se in argumentum generis vocitari constituit. Quod tam impudens mendacium turbulento militum errore/credulaque vulgi suffragatione protectum/ad totius Noruagiae cruentissimam stragem/extremaque perniciem penetrauit. Idem quum adhuc priuatus Suetiae ducem Birgerum petisset, sacerdoti cuius forte hospitio vltus fuerat/stolam praecipuum Diaconi insigne/cum libro sacerdotalia sacra continente dono dedisse fertur. Sed ne peregrinis vltius immorer, stilum ad propria referam. Neque me domestica scelera per idem tempus exorta diutius externis insistere patiuntur. Siquidem Magnus Erici filius praesentis for-

Amplis cap. 226.

S. Agni. 124. p. 181. l. 1.

Histo. Danice. Li. XIII. F. CLXXXI.

tunæ stipendiis non cōtētus: cū Kanuto & Carolo gibus paterna cū Waldemaro neces- Magni i rea
fitudo: maternus autē auus Elkillus erat: aliisq; cōpluribus in societate facinoris ac- gem conspi
citis: opprimēdi p̄ insidias regis cōsiliū capere sustinuit. A quo cū Suenonis partib⁹ ratio,
militādo bello Grathico captus fuisset: nō solū spiritu sed etiā amicitia & familiari
raris iure donat⁹: atq; ex priuata fortuna ad eminētē dignitatis locū p̄uect⁹ fuerat.
Tantā victoris charitatem supplicii qđ meruerat loco experrus est. Cuius insidiarū
apparatus: hoc securior: quo incredibilior extirrit. Neq; enim facile regis animū sub
ire poterat: ab illo sibi insidias neq; cui quōdam salutem a se tributam meminerat.
Cum res diu latuisset indicium huiusmodi fuit. Quidā Theutones insidiarū cōscii
Magno clientela obsequiis deuincti cum forte negotiorum eius curam amministra- De insidiis
do Holsatiam peragrantes: cuiusdam solitariam vitā degentis hospitio excepti fu- Magni &
issent: eiusq; cubiculum a se medio tantum pariete discenter nescirēt: nocturno in- Caroli.
uicē sermone effusius habitō: vehementer se mirari dixerē: quo pacto rex inter tot
preparata sibi insidiarum cōmēta mortalīū adhuc luce fungeretur: quas Magnus
cum Karolī filiis eius capiti clandestino consilio molitus fuerit. Has vero omnes ad
uersum inscium excogitatas: non fortuitis humanæ conditionis casibus: sed cōstan-
tibus diuinæ protectionis subsidii esse dispulsas. Siquidem Magnū gladio dūtaxat
venabuloq; quo Tigres occupandi consuetudinem habebat vtentem: perituro Sia-
landiam regi comitandi obsequiū ad cuiusdam vsq; vadī transitum exhibuisse: ibiq;
Kanuti qui pari armatura instructus (nā id genus in venationis sectatoribus suspe-
ctum esse non poterat) cū coniuratis eodem tempore superuenire debebat: occur su
fraudatum, facinusq; sine complice experiri non ausum: per summā propositi disti-
mulationem: cōsalutato rege propria repetiuisse. Post cuius discessum Kanutū regi
vadum transgresso obuīū extirrisse: turbatūq; consortis absentia: prosecutionis offi-
cium simulasse. Aliquanto tamen eū acrius auidiūsq; q̄ Magnū propositum exequi
perseuerasse. Qui regem equites ad mare pramittere, stipantibusq; sceminis mora-
bundum in littore considerare: & inter extremos nauigium conscendere solitum ag-
gredi constituerit: peregrissetq; facinus: nī rex absq; omnis humani indicii monitis:
benigniore cōlestium cura compulsus: relictis ocyus pedissequis: ratem prater so-
litū scandere maturauisset. Karolum autē antea a coniuratis in Scania trāsmissum
fuisse si fratri propositum ex sententia cessisset / ad extirpandam regis sobolem ami-
corum auxilia contracturum. Sed ne sic quidē Kanutum proposito cedere voluisse
q; apud Fioniam frustra tētatum: in Scania maiori cum opportunitate consumma-
re sperauerit. Waldemarū ad Helsingorum urbem præcurrere maturando: etiā cū Helsing-
primū Scania aduectus rate excederet: incautum opprimere moliendo: quem post borg,
diurna venationis exercitia: p̄missis arbitris eo loci paruula rate crepusculo trāsire
solitum: non ignoraret. Quā machinationem fortuitis necessitatis præsidii elusam
fuisse: nam ratem quæ regem uehebat cū forte glaciali impulsu procul a concupito
littore detorqueretur / militum eius aduentum præstolantiū ingenti cohorte exce-
ceptam fuisse: eāq; manū necessitati subuenire conatam: coniuratorū insidiis obsti-
risset. Ita Kanutū & Carolum bis propositi cassos / loricas quas inuadendī regis gra-
tia sub tunicis gestabāt hospitiiis reddidisse. Horum autem omnīū ammirationem
vincere: q; Waldemarū vnus ex coniuratis sibi p̄familiaris suspectū minime / fer-
rum vitare potuerit. Qui cū regi per Rhedam aucupū exercenti: solitarius comes
aurigaq; existeret: deficientibus cōiurationis auctoribus: parricidale ministē

Hist. Danicę Li. XIII. F. CLXXXII.

tino vindicta: procurſu non leuius fama: diſpedium q̄ ſalutis ex dilatione capturſi.
Quamobrem animaduſionis ius diuino permittendum arbitrio: qui potis ſit inſi-
dias quas eluſerit publicare. Sed neq; rem cuius multitudo conſcia ſit diutule vul-
gus latere poſſe. Hortatur deinde corporis ſui cuſtodiam conſuetis comitibus attē-
tius mander: iubeatq; nunq̄ ſibi inermes aſſiſtere: nec magis ſalutem ſuam diurnis
eorum officiis, q̄ nocturnis excubiis vallari curet. Sic enim coniuſatorum aliquos:
ſe proditos ſuſpicantes: repentinum propoſiti iudicium edituros. Gratum Walde-
maro conſilium fuit. Cuius Roſkildiam linquentis Abſalon comitem agens: ſollici-
tatur a Carolo petitionis ſuę partes quas nuper apud regem egerit: iterare. Qd̄ ex-
ſequentē eo: reſponderetur a rege: raram beneficii gratiam eſſe, qd̄ accipiens parrici-
dio penſare ſtudeat. Pręterea miram quorūdam ingeniis & fallendi pertinaciam &
diſſimulandi inefſe verſuriam. Se nihilominus cum primum lutiam introierit inſi-
dioſo militi munificum futurum: a quo potentia: ius in id maxime vulgus affecta-
ri non dubitet. locunda Carolo promiſſio extitit: quā ſibi per Abſalonem expoſitam
impenſiore gratiarum relatione proſequebatur: finxit enim oris hilaritatem: lati-
tiamq; effuſius prętulit: quam non tam recipiēdi beneficii q̄ implēdi parricidii af-
fectus progenuit: q̄ ei regia: diſſimulationis induſtria ſecuritatē incrementa tri-
bueret. Huic poſtmodum forte materni aui Eſkilli per idem tempus a Gallia nauis
gantis appuſus: vr̄bem Ripam cum Kanuto fratre petēdi cauſa prębuit. Quorum
Benedictus quidam ſolo patre germanus: ſed pellice editus regia: clientela: fortior:
q̄ fidelior comes: Waldemaro paucis poſt diebus q̄ Fioniā ingreſſus fuerat in pro-
patulo prędente, ſiue celandę fraudis impatiētia adductus: ſeu parricidii qd̄ cogi-
tauerat furis concitatus: neglectis epulis cultrum quē forte prędendi gratia ſum-
pſerat: compreſſa manu: huc atq; illuc actum: varia ancipitiq; verſatione ſtringe-
bat: perinde ac vſum eius ad inferendas plagas agitationis exercitiis prędiſcere cu-
piens. Interdum ferrum ſinu condebat: detectumq; ruſſum digitis inſerebat. Inter
hęc aſſidue regem oculis deſtinabat: quibus nō minus q̄ manui minarum inefſe vi-
deretur. Cuius motibus amentię conſentaneis: Waldemarus per ſponſam filii Ger-
thrudem ob id muliebriter lachrymātem oculos inſerere monitus: Nicolaum: qui
regia: menſa: pręerat: q̄ poterat arcanis nutibus accerſitum: viſum ad inuſitatos
Benedicti geſtus obliquare tacite iubet: amotiſq; poſt epulas mēſis ceteris ſibi pro-
piorem conſiſtere: prędicti equitis ſi quas moliretur inſidias excepturum. Sed Be-
neditum tum ipſius regis, tum commilitonum plena ſtuporis contēplatio ferrum
vagina: reddere coegit. Crediderim vero hunc animi aſtum eius pręcordiis diui-
nitus ingeſtum eodēq; auctore proditum facinus quo prohibitum eſſe. Tum demū
Waldemarus neglectum Abſalonis cōſilium poenitētia proſecutus: deuocatis in cu-
biculum militibus inter quos & Benedictus aſtabat: rē mœſtam eiſq; per q̄ maxime
diſpliceturam aſſerre ſe dixit: quam & prodere triſte ſit: & celare peſtiſerum: nec ſe
dubitare quin eadem in cōmune delata amicorum mētes triſtitia: ſalebris ſit impli-
catura: tantoq; eis plus amaritudinis incuſſura: quanto regem ſuū propenſiore cha-
ritatis cultu contingerent. Siquidem quorūdam conſpirationē de nece ſua habitā
non dubiis cōiectura: rationibus: ſed veris conſciorū iudiciis, certisq; rerū veſtigiiſ
ſibi proditā eſſe: cuius auctoriſ primā ſalutis ſuę cuſtodia: credere conſueuerit.
Nolle vero ſe eorum declarare vocabula q̄ noxios reſipiſcēdi induciis donare q̄ in-
ſimulādi ſtudio obruere mallet, Hortatur deinde maiore cum ſedulitate vallādum

Benedicti
Alemanni
ſoliditas.

ſcriptura
cap. 125.

Saxonis Grammatici

se curent: nec vsq̄ gladiis vacui incedentem comitari sustineant: stipendiq; officia
hactenus per incuriam gesta deinceps elaborato famulandi studio prosequatur: tan
taq; id sollicitudine peragant: perinde ac quiuis propriae sinceritatis certitudine
de aliena ambigere necesse habeat. Sed neq; se vniuersos notabiles ducere: de quo
rum grege complures ad mortem pro se excipiendam si res posceret: paratissimos
sciret. Tunc milites mutua fidei emulatione conscriptorum iudiciū flagitantes: a per
fidis erga regem capitibus vindictam se exacturos promittunt: neq; aut necessitu
dinis aut familiaritatis gratia reperaturus: quo minus sanguinis eius cupidos poe
nas quas mererentur: persolvere sint coacturi. Ad hæc rex referre: fidei sinceritate
contentos: vltiores iudicii partes expetere non oportere. Ita militum preces ab in
nocentia conscientia profectas / plenum moderationis responsum cessare compulit.
At Benedictus coniurationem a consciis regi proditam ratus: eūq; his quos incau
tos opprimere cuperet callidis simulationis ambagibus veniam polliceri: plarissq;
militia insignibus relicis: Lutiam qua potuit celeritate petiuit: detecta factionis
nuntio ad Magnum dimisso. Ita perfidum eius animū mordax conscientia: crimen
regia mansuetudinis promissis fidem habere veruit. Quæ res Magno proxima no
te nauigio Lubecam proficiscendi: indeq; Henrici contubernium expetendi cau
sam præstitit. Eodem nuntio Kanutus & Carolus per Benedictum accepto: tacite
Ripensium vrbe egressi: conscia apud Randrusium naue præfectum Gothia Bir
gerum propinquitatis fiducia petiuere. Adeo illos maligna conscientia: vis securi
tate defectos: subito pauore quati coegit. Quorum profectionem Eskillus: tum pro
pria, tum nepotum fortunam miserabilius questus infinita: agritudinis molestia
prosequabatur: ob cuius magnitudinem lingua debilitate contracta: parum voca
lis euasit. Quem rex ad se Wibergi venientem iocunda admodum fronte suscepit: ne
quid suspirionis in eius aduentu reponere videretur. Quam regis moderationem
pontificis prudentia æquauit. Supplicem enim pro nepotibus vocem mittere non
sustinuit quo magis se ab insidiarum suspirione alienū efficeret: neue eorum culpæ
affinis: quos precibus seruare cuperet, existimari posset: consultius arbitrando taci
turnitatis argumento malignitatis suspirionem vitare: q̄ offensam pro noxiis sup
plicando contrahere. Cui postmodum Scania profecto / opportuna medicorum in
dustria debilitata: vocis opem redintegrauit. At mentem eius ingenti curarum astu
obsitam agritudine vacare nepotum proprio spiritu chariorum fortuna passa non
est. Adeo facilius corporis q̄ animi discrimina vitatur. At Magnus facinoris pudo
re quam exilii causam haberet: Henrico pandere veritus: reconciliationis ab ipso dū
taxat remedia postulabat. Ille exulis vota auersari impium ratus: epistola ad Walde
marum transmissa: concepta erga Magnū offensæ remissionem efflagitat. Ad hæc
Waldemarum legatione q̄ literis respondere satius ratus: Henricum quē stabulo suo
præposuerat: Germanicæ vocis admodū gnarū in Saxoniam dirigi curat: apud eius
ducem Henrici Magni perfidiam accusaturū. Quo audito / Magnus rubore in audaciam
verso q̄ poterat pertinaciter obiectis se affinē negare: & veluti in augmentū innocen
tia duello manum offerre: eodē acumine dissimulationē amplexus: quo facinus mo
litus fuerat. Refert legatus nō ob hoc se eo missum: vt accusationis partes apud ex
teros ferro prosequi debeat: sed vt reum causam suā ad regis cognitionē transferre
aduersum hoc criminationis genus lex Danica statueret: rogante: penes ferrū pur

Eskilli per
plexitas,

Steph. p. 248. col. 2

Hist. Danicę. Li. XIII. F. CLXXXIII.

gationis morem consistere respondit. Tunc Magnus a duce rogatus: an tantum fiducia in innocentia sua reponeret: vt huius experimenti indicio spem defensionis petere auderet? Andeps id gen^o nec semper miraculo præditum aiebat: qđ plarissq^e et infones damnare, & noxios absolueret: fortuitosq^e maxime experimētorum euentus habeat. neq^e enim diuinam potentiam tanta mortalium cura flagrare: vt quibuslibet eorum votis rerum naturam cedere compellat. Suspecta plarissq^e responsio fuit. Tum duce quā a se opem sperare debeat qui tanti criminis obiectionē patrii instituti refellere nollet/arctius perquirentes: quid ageret incertus: aliquandiu responsi cunctationem exhibuit. Tandem vltioris profugii diffidentia adductus: vltro regem aditurum se dixit: si sibi quęcunq^e causa exitum sortiretur: impunitatis fides daretur. In cuius fiducia certitudinem stabularius sponsonis suę pignus offerre cępit: præfatus capitali crimine damnatis patrię legis instituto dilabendi inducias tribui: iisdęq^e e vestigio supplicium irrogari nefas haberi. Qua Magnus oblatione contempta: solam Absalonis fidem se pignoris loco recepturum asseruit. Quę cū rex ex legato cognosset: epistola duci redditur: qua Magno sub Absalonis obtentu/veniendi discedendiq^e potestas promittitur. Quo euenit vt Absalon prius Magnum hospitio exciperet: qđ vllum aduentus eius nuntium a rege sumpsisset: literas quę pro eiusdem receptione destinabatur nimio festinationis studio præcurrentem. Quibus tandem per regem susceptis sollicitudinem improuisi hospitis plenius fiducia: promissis discutere curę habuit. Quibus erectus Magnus: plus spei in Absalonis auxilio: qđ metus in sua noxa reposuit. Quo euenit vt maiore formidinis parte deposita: propria repetere non dubitaret: nauigationem qua Iutiam petiturus erat: necessariis vsibus instructurus. Quippe causam apud Aursiam dicere iubebatur, verum hoc securitatis robur deprehensa secretorum eius legatio quassauit. Si quidem binas eius epistolas prodicionis mandata gestantes: a publicorum itinerum obseruatoribus intercipi cōtigit. Quas cum regi allatas ab intermeantibus Magni pdi expertus fuisset: formulā qua signatoria vtebatur: proprii seribę negligentia amittoris astusam confingit. Idq^e non solum inter suos: sed etiam apud Absalonē simulatione prosequi curauit: opinionem serere cupiens adulterinas epistolas a formulę repertoribus odio sui fuisse compositas. Appetente causę dictionis tēpore: binis nauigiis instructus: Absalonē Sialandię & Scanię magnatibus comitato obuius affuit. Quo adito consciētię stimulis actus: trepidationē fide maiorem præteritę vitę fortitudini indebitā exhibēdo: nullis se exhortationibus vt Iutiam peteret adducēdū iurabat: plus a se metus in regis offensa: qđ opis in cuiuspiā patrociniō reponi præfatus. Præterea fortuitā sigilli sui amissionē causatus: amulorū cōmēto occasionē ex eiusdē inuētione nactorū inimicas regi literas suo noīe cōfictas asseuerabat. Sed Absalone tærti criminis acta ab eo cōfessio foret: nihil cōmissum quo min^o inuiolatus discederet/cōstātius asserēte: sociali illū nauigatione psequit: plus amici monitis qđ patrio pauori indulgens. Cui rex omni Danica nobilitate stipatus/apud villam Wibysibi per Absalonē oblato mensę sacra cōmunicare passus non est: ne conuiuiam agēdo offensam deponere videretur. Quē die postero ad concionē vocatum suorum in Magni acieum benignitate exposita: maiestatis reum agere cępit: pietatē parricidio rependens culatio, re auidum: qđ eius fuga non violēter ingesta: sed a solo conscientię reatu profecta recēter prodiderit. Ad hæc Magnus se nō cuiuspiā delicti: sed minacis nūtiū per Beatus Purgatio, nedictū accepti impulsu dilabedi consiliū cepisse testatur: regię suspicionis causam

Saxonis Grammatici

e longinquo tutius spectaturus. Præterea mirari se quo pacto rex/propinquū quem
omni familiaritatis iure prosequi consueuerat: inaniū suspicionum ductu persequi
sustineat. Contra rex hoc eum ingratiorem quo meritorum suorum negligentiorē
astruere: & in perfidia argumētum supradictas ipsius epistolae / quarum altera clau
sa, altera aperta obsignabatur in cōmune proferre. Quas etiam per præsentem ponti
fices circūferri: & an vero Magni signaculo obsitæ essent: curiosius annotari præce
pit. Qd̄ inspectantibus cunctis adulterinūq; esse negantibus: recitari eas in publico
iubet. Aperta Scaniensibus scribebatur: regem super complurium oppressione calū
niās: cunctosq; ad bellum cum eo gerēdum exhortans. Magnus repetēdæ libertatis
auctorē habituros. Clausa ad Kanutum & Karolum eodē quo prior titulo mitteba
tur: quæ eos res in Scania nouare moneret: Magnūq; idē apud Luthiam facturū pro
mitteret. Sic regem viribus cariturū maiorum regni prouinciarū auxiliis ad eum
cōmeare prohibitis. Perlectasq; epistolae Magnus cū respōso excepturus putaretur
indice metus silētio vtebatur. Quinetiā tantū stuporis animo contraxerat: vt voce
quoq; deficeretur: internæ pturbationis notas confuso oris habitu præ se ferēs. No
tabilis viri taciturnitas fuit: quæ ne confessionis loco duceretur: prudens Abfalonis
interuentus effecit: miratū dicētis ad novos criminationis obiectus hominē
nem defensionis dubiū pleno meditationis consilio respondēdi officia tardius exhi
bere: protinusq; eum dandī responsi gratiā colloquio excedere: & quos vellet ex ami
cis in consiliū contrahere iubet. Quo dicto recreatus Magnus atq; ad spem labefa
ctandæ accusationis erectus acceptis cōsultationis induciis: Abfalonē cum Tuko
ne Wendilensium antistite seuocat. Is Tuko patri eius Erico diaconatus obsequiis
percharus habitus: deq; eius clientela ad pontificatum accitus fuerat. Cuius rei
grata recordatione Magni charitatem propensius animo insitam habebat. Quem
multum diuq; ob cogitati sceleris immanitatem profectis a dolore conuictis inse
cutus: respondente eo epistolae aliena fraude contextas: superuacuum id purgatio
nis genus astruxit: non solum scriptura: sed & stili modum quo scriba ipsius Lam
bertus in dictandis epistolis vti soleat certissime recognoscere pfatus. Cuius affir
mationem Abfalone consentaneis verbis prosequente: tantū Magno desperationis
incessit: vt eos an sibi confessionis remedia amplecti liceret trepide percontaretur.
Tum Abfalon tametsi confessio periculo non careret: ad hanc tamen ante procurē
dum q̄ de veniā actum, excussumq; foret negabat: suadetq; vti stupore deposito: per
se vel per amicum in posterum diem induciarum facultatē audacter efflagitet: fir
mato animo rem felicius expleturus. Quibus admissis rex præsentem nobilitium ca
teruam vespere iter ingressus: ad Vnnonis locupletissimi viri penates secum perdu
xit. In qua profectioe Abfalon a Magno admodum æstuante quisnam defensionis
modus obiectis congrueret: curiosiore percontatione consultus: nullam partē pro
bro aut periculo vacuam agebat. Nam nec accusationem tot rerum indiciiis subni
xam refellere promptum: nec purgationis partes detrectare syncerum: confessio
nis vero exitum ancipitem fore quam nulla veniē certitudo præcurreret: Ita verax
responsi dator consultori ignorantiam prætere: q̄ in dubiis certitudinem pro
mittere: fidelius duxit. Tunc Magno omnia se veraciter relaturum: si veniā con
fessionis tribuendam speraret dicente: intrepide eū sibi secreta quæ vellet cōmittere
iubet: nullum eorum indicium ad regem ex se manaturū præfatus. Tum illo omnem
insidiarum ordinem patefacere cupiente: Abfalon narrationem admittere noluit:

Hist. Danicę Li. XIII. F. CLXXXIII.

ne eam sacerdotali ministerio confessionis loco recipere videretur. Suadet itaq; Stenonem & Esbernnum: secum adhibeat, quos in rebus arcanis regendis industrios sciat. Quibus admittis Abfalonicę data fide pollicitis, absq; eius conuictia nullam se presentis arcani mentionem acturos: Magnus insidiarum seriem a principio retinere orsus: non solum se cum his quorum crimen testis fuga prodiderat: iure notatum asseruit: sed etiam complura ad regis caput pertinentia adhuc eius notitia parū indita/apertissima confessione detexit: Eskillū (Asceri hic filius erat) & Christiernum patre Suenone natum: eiusdem culpę conscios asseuerando: Christierni fratrem Ascerum cui in templo Lundensi prima post antistitem dignitas cesserat: coniuurationis consilium scisse potius q̄ probasse testatus. Confecto itinere postq̄ opportunum colloquio tempus occurrit: Abfalon cum Sunone & Esberno regem paulisper sine arbitris esse iustum contemplari causę exitum monet, in qua nec accusationem auctori instruere expeditum: nec reo confessionem amplecti tutum ducatur. Qui si indennatus abscederet: complures ad innocentiam sibi decernendam adduceret. Sin confessus venia careret: simplicitatis exemplo culpę sociis regendę eius documentum pręberet. Igitur elaborandum vt spontanea ab eo confessio elici posset/quem testimonio insequi promptum non esset. In hanc sententiam perducto rege: & se pœnam confessioni remittere promittente: cum Magnus postera die in concione ab eo quid super responso deliberasset interrogatus fuisset: a cõiurationis initio orsus pudore posthabito: omnem insidiarum contextum: non solum conscios/ sed etiam loca rerum ac tempora perstringendo: vera narrationis serie prosequabatur: regem inter tot peruicacissimę artis ambages, non forte humana/ sed diuina opera seruatum affirmans: seq; non aliud magis mirari q̄ fraudem tanta familiarium arte compositam propitię fortunę interuētus eluserit, hominęq; tot ciuium dolis petitem casus incolumē seruare potuerit. His dictis/ genibus regis supplice vultu gemebundus aduoluitur. Quem rex pręteritę amicitię verecundiã consergere iussim: ingratię mentis exprobratione coarguit: illius per insidias opprimendi cupiditate persumus: cuius a primæua atate perpetuam eharitatem expertus fuerit: a quo belli Grathici temporibus: non tantum spiritum sibi datum: sed etiam adiecta potestatis incrementa meminerit. Se enim non solum propinquitati supplicium remisisse: sed etiam munificentiam impēdisse: eum vero cum fidem beneficicio debuisset: perfidiam repēdisse. Itaq; meritorū suorum obliuionē ab eo tam nequiter actam admirans: nec pristinę confessionis asseritione cōtētus: an se per insidias opprimere cogitasset inquirere perseuerauit. Ille nec animū sibi nec arma nihilq; qđ tanto facinori attinuit: excepto dei nutu defuisse subūxit. delectatus rex tā audaci hominis responso: veniã se confessioni tribuere: non familiaritatē restituere dixit: ne rursus amicitię copiã insidiarū irritamentū existeret. Eūdem quoq; tacita ad Kanutum Karolūve mādara habere prohibuit: monitum ne culpam reperere velit cui diuinam potētiã tam constanter obniti perenserit. Ille se si quid tale cōmitteret: vltioris veniã remediis indignū vocare: ne precibus quidē salutē deinceps tueri ausurum. Quo rex sedendi locum reperere iussu prorinus Suenonis filiū Christiernū quē peracta Magni causa p̄ ignoratiã casus obtulerat: iracūda admōdū accusatione psequit. Qui cū se cōsortis indicio p̄ditū accepisset defensionis inops cōfessione veniã ipetrauit: nec solū spiritū/ veruetiã bonorū omnium incolumitatē assecutus est: exilio dūtatur pœnas dare coactus: ne prōptus ad crimē regressus suppe-

Coniuratio
nē detegit
Magnus.

Saxonis Grammatici

reret. Ita moderatio manifestam militis culpam: extremūq; supplicium meritā: pro
scriptione insequi contenta extitit. Taliter exacto concilio Magnūq; Fioniā reuerso
Waldemar us insulam ferarum gregibus abundantem more regio prædæ venaticæ
vacaturus ingreditur. Quo loci Absalon & Ascerus a maximo pontifice Eskillō ob
veniam eius nepotibus conciliandam: quæ Magni exemplo sponderi videbat: trās
missi inexorabilem regis animū experti sunt: a quo demū Ascerus an coniurationis
fautorem egisset rogatus: cognitioni se quidem affinem: sed a consensu immunem
asseruit: nec tam odio regis q̄ delationis pudore, prodendiq; commissi verecundia
hæc fecisse. Quæ confessionis modum diuturni postmodū exiliū causam habuit. Hu
ius legationis contemptum tam agre Eskillus tulit: vt variis corporis pestibus cō
tractis: grauib⁹ hyemem morbis exigeret. Qua finita Waldemar us Daniæ Sueticiq;
primoribus accersitis regales filia nuptias exornat: quibus peractis Waldemar um
Eskillus pō. Eskillus secreta allocutione petiitum enixe deposcit: arcani quod ei committere ve
rificatu ablit intempestiuam confessionem non arguat. A quo postulata sperare iussus: iam
ire parat. pridem deponendi pontificatus allatam sibi cupidinem dicit, quem tanto onerī im
parem atas viribus defuncta constituat: neq; enim in fastigio se: sed priuatū ac pro
curatore liberum decedere velle præterita conuersationis habitū monastica mu
raturum. Quem cum rex verbis charitatē simulatibus proposito prohiberet: idq;
ei sine Romana auctoritate exequēdi fas esse negaret: habere se summī pōtificis epi
stolas: per quas non solum abdicandi honoris licētiā: sed etiam transferēdi in quē
vellet/ potestatem acceperit testatus est: huc accedere q̄ se Romanæ legationis offi
cio fungentem: ne sedes successorē vacua habeatur: subrogationis curam exhibere
par sit. Quod dictum rex/ Ascerum ab eo pontificem adoptari ratus/ suspitione in
sequi coepit: nec dubius Kanutum & Karolum siquid vltius aduersum se conati
forent multum ab auo virium contracturos: cum diu verbis amicitiam præferen
tibus egisset: ad postremū votis eius annuere se dixit: q̄ Romanæ sententiæ decreto
obuiam ire nequeat: penes quā publicæ religionis norma consistat. Tum Eskillus ho
noris abdicatōne contractorum pontificum frequentia celebrari magni æstimans:
profeturum ab vrbe regem precari institit vti ipsos exacto mense secum reducat/
quos non solum suæ renuntiationi: verū etiam noui antistitis creationi interesse ex
pediat. Quam rem prorsus silentio dignam existere: ne cognita quēq; electionis me
tu dilabi cogeret. Quo concesso statim interim solēnemq; popularium concionem
ingressus docet quantam subitorum charitatem fastigio functus exhibuerit: q̄q; be
niuolo studio merita sua publicis eorum fauor pensauerit. Jam vero sibi re pontifi
cali cedere in animo esse: cuius amministrationi suprema: ætatis suæ habitum disti
dere cōspiciat: ideoq; se eorum curam quā hactenus plenis pietatis officiis gesserit:
diuino mandare præsidio, cunctisq; sibi militiæ fide deuinctis huiusce generis nexū
remittere: super hæc omnia alienis delictis veniam dare: propriis petere, vniuersos
etiam discessum suū piis precibus prosequi: votisq; pro se excubare precatur: parem
se eis dignationem repēsurum pollicitus. A deo autē miserabiliter in concione egit:
vt eam lachrymis suffusam dimitteret. Qua soluta Absalonem Sialandia redeuntē
missis quibus excopteretur equis: penatum suorum hospitiū vti compulit. A quo qd
ita plæbem mœstitia affecisset rogatus: tum seniū suū, tum exiliū nepotum digni
tatis sibi patriq; fastidium afferre respondit. Huc accedere voti religionem qua se
dudum Bernardo Clara uallensi pōtificatu vltro cessurum, priuatāq; vitā & hono

Eskilli in
concione
verba.

Hist. Danicę. Li. XIII. F. CLXXXV.

ribus defunctam acturum sponderit. Die postero quū predicti prouinciarū an-
 rifestes in eadē Laurentii matutine coissent, ornamenta sacrarii armamentario ege-
 ri/cōspectuq; subici iubet, quantū veteri altarium cultui/pristinog; sacrorū splen-
 dori noua ac religiosa liberalitate adiecerit/in propatulo ostendere cupiens. Qui-
 bus prolatis/voce suspiriis permixta/quantis charitatis impendiis pro subditorū
 pace ac stabilitate excubuerit: quot erumnis/quot periculis obstrum omne pontifi-
 catus sui tempus exegerit/edocet. Quem ob hoc se deponere statuisse: q; aetatis suae
 magnitudinem vltiori eius functioni inhabilē sentiat. Cuius orationē rex respō-
 dendi officio subsecutus, eum tametsi crebras cū regibus simulates gessisset/ponti-
 ficis partes laudabiliter executum affirmat. Suae vero sententiā resignationis eius
 propositū non placere: cui iam eo aetatis peruentū sit: vt malignitatis vltra notari
 non debeat. Deinde eū proprio motu /an suo cōpulsu pastoris officium detrectaret
 fieri iubet. Tunc Eskillus directis in aram manibus, iurare et praesentia sacra testa-
 ri se non odio regis/aut vllius iniuriā ex eo receptae violentia, sed perituri honoris
 fastidio/perpetuūq; studio huc propositi esse perductū. Grata regi responsio fuit cu-
 regia seueritate poenas ab his exigere super sedisset/ aduersum quos ille pontificali
 censuram prior distringendā curasset: Quo nihil tale eum egisse fatente, graui me-
 tu liberatum se dixit/veritum ne subita antistitis abdicatio occultam apud cōplu-
 res sibi notam crearet. Romani deinde pontificis epistola: sine cuius nutu rex digni-
 tatem ab ipso deponendam negabat/in cōmune relegēda profertur. Ea scribebatur/
 Romanū antistitem Lundensi pontificalis ministerii laxationem petenti: q; eū huic
 muneris perutilem scisser haecenus repugnasse: nunc vero precum eius perseueran-
 tia superatum/aetati ipsius assiduoq; languori petita rei licentiam detulisse. Cuius
 auctoritati rege refragandum negante/sua sede exurgens/virgam anulūq; prae-
 pua pontificalis sacerdotii insignia altario imponens/perfectam sui muneris abdic-
 tionem agere protestatus est. Cuius facti miseratione lachrymae astantibus obortae
 suspiriūq; murmuris instar reddentibus aedes repleta. Igitur Eskillus, qui regni cle-
 rum excussius nosset/sedis a se relicte successorem a rege circūspicere rogatus. Cō-
 probata monitoris industria, aliam Romanae dignitatis epistolam explicat: qua sibi
 legationis habenas tenenti subrogandi antistitis arbitrium mandabatur. Ea perle-
 cta potestate quā sibi indulgentia Romana detulerat, ad eos quibus eligendi ius esse
 consuerit/transfere se dixit: q; vltro iure suo cedere, q̄ alienum offendere malit: ne
 ecclesiam pro cuius maiestate tuenda semp excubuerit, consueto libertatis benefi-
 cio fraudare videretur. Tunc iisdem regi vti consilium suum exponeret/obsecranti-
 bus: regeq; cleri postulationem sub plabris nomine: cuius se partibus proloqui refe-
 rebat/consentaneis precibus prosequente/sententiā suam inter diuinam/huma-
 namq; charitatem fluctuari asseruit: quarum alteram tacēdo/alteram loquendo of-
 fendere posset. Dei namq; mentē exasperaturum se esse, si illius quem huic maxime
 regimini idoneum scisser, indicem agere super sedisset. Si vero hominem huius offi-
 cii gnarum/pontificisq; partes alibi laudabiliter executum/sed et pro patria diffici-
 lia audere solitum nuncuparet, familiaris et propinqui gratiam violaret: quem hu-
 ius honoris oblationē auersari nō dubitet. Tunc cuncti quisnam ab eo destinaretur
 animo perpendentes/solam vocabuli certitudinem flagitant. Et ille Roskildensem
 (ingr) antistitem mihi ppinquitate/vobis opinione notū deligno. Igitur compluris

Verba Es-
killi archi-
episcopi.

A

XXVII Saxonis Grammatici

bus bene ecclesie consultum acclamantibus, exurgens Abfalon maiorem hunc factum quam ut humeris suis imponi debeat, refert: nullo se pacto ad deferendam ecclesiam adduci prefatus: quam angustissimis rei Danicæ temporibus susceptam ad eminentem fortunæ habitum summa animi corporisque fatigatione perduxerit: cuiusque non solum externum hostem armis submouerit, sed etiam veterem atque hæreditariam paupertatem sceleribus opum incrementis mutauerit. Tum illi quibus suffragandi ius erat ab Eskillo taciturnæ hæsitacionis increpiti, et cuius officii sui partes cedere vel lent rogati, paribus in Abfalonem votis pronuntiant: adeoque concordēs suffragiorum voces miserere: ut nihil in his diuersum aut dubium reperires. Nec oris officio contenti manu comprehensum ad sedem quam ei voce detulerant, vi pertrahere conantur. Nam Abfalon reprimus Eskillus iniectæ in eum dexteræ exemplo cæteris idem audendi fiduciam tribuere videbatur. Qui etiam ut mos est concinere exorsus, celebrem electionis concordiam decoro pfallendi officio prosequuntur. Quorum plenum venerationis concentum populus ingenti plausu tripudians, sacro cantilenæ genere amulabatur, gloriosis clericorum vocibus aliquid honorificæ modulationis adicere gestiendo, per sonantibus aliis, de formem sibi taciturnitate existimans. Adeo in eligendo eo tota multitudo vnam beniuolæ suffragacionis vocem habuit. Ille vero trahenti se turbæ summis corporis viribus oblectatus, complures robustiore impulsu præcipites humum petere coegit. Ab iisdem quoque exuuiæ renitenti detractæ: iamque res ad vim et rixam usque progressa, permixtos strepitu cantus exaudiri non patiebatur. Igitur Abfalon ad sedem pontificali fastigio consecratam pia plebis violentia perductus, in ea collocari passus non est: ne vlla ex parte cogentibus assentiri putaretur. Quamobrem prius ab Eskillo, mox a Waldemaro oblatis sibi diuinitus honoris ornamenta amplecti rogatus: ne præsentis ecclesie maiestatem nouo et inaudito contemptu perfunderet, impetrata loquendi copia, ad appellandi officium procurrit. Cumque precibus obsecutus putaretur, validissimum repugnacioni suæ tutamentum adiecit. Rapuisset alius oblata dignitatis beneficium, auideque se tanti sacerdotum tribunalibus ingessisset. Nicolaus Roskildensis chori senior super irrogata antistitis violentiam appellacionis vocem edere cunctatus non est. Tum Eskillus aliquanto concussior, certissime se suffragatorum partibus affuturum dicebat, sensurum Abfalonem sua an illius vota plus momenti Romæ sint habitura. Hinc missa studiū datur. Qua per celebrata, benedictionem Eskillus Abfalonis ministerio præstari præcepit. Hac vsurpacione eum electionis assensorem efficere gestiendo: se iam cunctis pontificatus partibus defunctum huic ministerio congruentia amplius exequi non oportere prefatus. Quem Abfalon tamen pontificalia deposuerit, legacionis tamen iure benedicendi prærogatiuam retinere dicebat: neque ad inferioris potentie viros debitum fastigio suo munus relegare debere. Ea Abfalonis verecundia senem voti cupidum neglectæ dignitatis suæ meminisse coegit. Alio quoque moderacionis genere repugnacionis eius perseverantiam idem labefactare tentauit. Siquidem in cubiculum deuocatum cum precibus pfectere non posset, genibus nixus plenis supplicacionis lachrymis aggredi conatus est. Profectu vacuus tertium irritamenti modum: quo electi mentem ad suam sententiam adduceret excogitauit: incertum relinquens maior in cogente, an resistente perseverantia conatus extiterit. Siquidem equites suos numero et amplitudine insignes ad eum direxit militari fide se eius partibus obligaturos. Quorum Abfalon famulatum repudians, se prorsus in hono-

Hist. Danicę. Li. XIII. F. CLXXXVI.

rem eorum obsequiis dignum consensurum negabat. Qua demum constantia eius
Eskillus ne suppellectilibus: quam ecclesia relinquere statuisset, obscurior deposi-
tio foret: eundem in arcanam vestibuli partem abductum instantius hortari cepit:
vti saltem oculis eam subicere dignaretur. Sed et hanc quoque sollicitationis prem-
superiorum victor mire contempsit: ne qui gloria tentamenta calcaasset, auaritia it-
ritamentis succumberet. Quamobrem Eskillus ira accendi creditus, minus se bono-
rum que cogitauerit (inquit) sacris atque domesticis vsibus relicturum/ipsaque tam stoli-
da pertinacia quandoque damna sensurum. Aureo deinde poculo regem/Abfalonemque
simili muneratus est. Preterea neminem ex amicis in donatum reliquit/apud patriam
sibi preclara liberalitatis monumenta creare cupiens. Varia quoque membrorum de-
bilitate perstrictus, ad postremum etiam igne (quem sacrum vocant) quadam cor-
poris parte respersus abscedere maturauit/perinde ac diuinitus iniecti sibi suppli-
crua igni cor-
cii cruciamenta sortitus. Quem quum Abfalon Scania excedentem castelli sui hospi-
reptus abi-
tio exceperit/sequi tanto pedum frigore teneri/vt noctu quietem capere non posset
te cogitur.
conquerentem audiret, calidum laterculum cistula crebris foraminibus distincta
inclusum plantis applicuit: eoque somenti genere prefrigido seni patientem quietis
calorem restituit. Cuius medicamenti beneficium hoc Eskillo gratius fuit, quod ab ar-
tificis charitate/non scientia aut professione manauit. Qui quum Abfalonis nauigio
comitatusque Slesuicum perlarus fuisset, cyphum argenteum ab eodem sibi pro mu-
nere oblatum suscipere recusauit/prefatus se deinceps nullum insignium vasorum
vsum habiturum. Idem quum regem Slesuicensi in ponte obuium conuenisset, ita cor-
poris debilitate solutus est: vt a plerisque exanimis putaretur. Recreatus tandem, fre-
tumque rate transgressus/ac presentes benignius exoscularus inter stebiles amicorum
voces plorabundus/et ipse curriculo per Abfalonem procurato quum profusus equi-
tandi impatiens foret: quo mollius veheretur/imponitur. Cuius stentis discessum
amicorum turba ipsum ulterius non visura pinde ac funus lachrymis profecuta est.
Post hac regis legati cum Lundensibus cogendi Abfalonis gratia Romam mittun-
tur. Qui primum Clareuallu profecti, reperti illic Eskilli epistolam: cuius ea tempe-
state non mediocri apud curiam fauor vigeat/in adiumentum sue petitionis ac-
cipiunt. Nec minus Abfalon ac Roskildenses legationibus curiam fatigant/electio-
ni quam Lundenses confirmatum peragebant/ plenae reclamationis sententiis obni-
tentes. Interea proceribus apud Roskildiam paschali tempore feriatis / conuiuioque
summam omnium hilaritatem exacto, per Thordonem Lundensium prefectum regi
significatum est/Thormerum quendam Magni nuntium nuper Gothia reuersum
tanto itinere Scania esse transgressum: vt captionem celeritate vitauerit. Cuius
occupandi gratia Beltensem transitum insidiis esse vallandum: quem ab eo ocyus
adiri ambiguum non sit. Rogatum super his Magnum/ prefidiumque negationis am-
plecti conatum/ rex tuto fateri posse promittit. Ille summa cum dissimulatione obie-
ctorum fidem leuare siquid huiusmodi comperit foret/ vltiorem sibi veniam ne-
gari precatus. Rex negatorum incredulus, Adulso cuidam insignis fidei sed clerica-
lis conditionis: quod propter Belticum litus habitaret/ observationis negocium man-
dat, per satellites ad eum directos cultus et corporis notis: quibus predictus Ma-
gni nuntius dinosceretur expressis. Taliter captus Thormerus: ac coram rege sup-
mandatis: quorum esset gerulus/perquisitus, post diutinae negationis ambages que-
stionis metu credita sibi secreta detexit/ lignum compactile: quale more Danico in-
Magni nun-
tius.
Danica scy-
tale.

Saxonis Grammatici

Magnus ca-
pitur.

XX.

Vrbū for-
ruitū incen-
dium.

ter amicos sigilli vim obtinet/a se epistola loco gestari confessus: cuius dimidium a
Kanuto & Karolo pinde ac syngraphus haberetur. Cuius nequitiam rex vinculis
mulctare contentus, Absalonis eum custodia tradit. Igitur per Nicolaum stabuli
sui praepositum Fionensium militum eum sequi iussorum auxiliis succinctum Ma-
gnus perinde ac denuo sibi insidiosum/poenamq; perfidia meritum capiendum cu-
rat. Qui in cubiculo nocte concubia circumuentus dum pristinae virtutis immemor salu-
tem latebris / non armis circumspicit, post aulae reperitus abstrahitur. Ita nescias
miseriorem eum deformitas captiouis, an captio ipsa reddiderit. Oblatus regi quum
super insidiarum consilio rogaretur, aliquandiu obiectis se affinem negabat. Tan-
dem conuincens eum captiui indicis/dissimulationisq; materia non suppeten-
te, confessione crimen aperuit. Cuius mentem rubor nescio magis an supplicii me-
tus affixerit. Hunc rex ad vrbē Laterensem missum/ Thorberniq; custodia tradi-
tum/carcere q̄ morte mulctare maluit. Per idem tempus Sclauorum piratae spolia-
tis Waldemari legatis, nauigium muneribus eidem a socero transmissis onustum ce-
pere. Cuius repolcendi gratia nuntius ab eodem missis superbe responsum dedere.
Qua iniuria Waldemarus (vt par erat) accensus, Henricum in societatem vltionis
solicitat, Rugianisq; q̄ hostilium locorum gnari essent in commilitium euocatis.
Per Suinam inuectus, lulinum oppidum incolarum fuga desertum incendio tentat.
Henrico Diminum obsidione complexo. Qui quum expugnationem dubiam/diffi-
cilemq; animaduerteret, amnē qui castra sua a moenibus diuidebat transfuerso de-
ductum a lueo/remotiore cursu vrbem praeter labi coegit. Quo facto hostium mu-
ris summam defensionis opem conciliauit/praesidium eius pro oppugnatione molis-
tus. Ea re effectum est: vt actam aestate obsidionem autumnio inglorius solueret. Cu-
ius discessionem fortuitum vrbis incendium subsecutum est, suis viribus tribuen-
te fortuna, quod Saxonice deferre dignata non fuerat. Eadem benigniore Danos
lumine contemplata: eorundem ministerio Cozcouam vrbem conflagrare permisit
indigenas vero metu palantes ad loca paludibus obsita virium inopia confugere coe-
git. Quod Absalon captiui cuiusdam cum fratre minore/coniugeq; et liberis com-
prehensi indicio expertus rogare eum coepit, an suam suorumq; libertate latentium
cuium prodicione mercari cuperet. Ille conditionem cupide pactus, seipsum terre-
stribus copiis petendam/paludem cincturum/fratrem vero nauigaturis ducē pro-
mittit. Sic em̄ Sclauos ancipiti fuga implicitos nusq; dilabendi materiam habitu-
ros. Ea palus a superiore per angustum amnis discrimen abrupta/ minoribus dun-
taxat accessa nauigiis erat. Quibus dum Absalon eam peteret, a captiuo errore
simulante ductum minis extorsit/saltumq; meditantis ceruici nexum inferri pra-
cepit. Multi in eum ex Sclauis dum cimbris fugam capebant/incidunt. Armenta ab
iisdem inter mare paludemq; coacta a Sialandensibus capta/ ac per totum exercitum
distribui curata sunt. Quae res ei plus inuidiae apud socios/q̄ gloriae qua fuit: q̄ ab
vniuersis capiendum erat, a solis Sialandensibus occupari dicentes. Quo paludem
egresso, quidam ex nautis petulantioris linguae ducem supplicio dignum per iocum
dixere: q̄ quum nauigationem praemonstrare deberet, ignorantiam sinxerit/ pro-
missumq; suum secutos simulato errore fallendos curauerit. Ille ludibris pro serio
ductis, laqueo destinari se ratus/dum aquam e stagno tanq̄ munditiarum gratia pe-
reret, vltro praecipitato corpore profundum insiluit/anticipare fatum, q̄ expectare
praoptans. Qua temeritate dubium reliquit/pericrit ne, an sub vndis saluus enas-

*Angl. 8
cap. 145*

Hist. Danice Li. XIII. F. CLXXXVII.

uerit. Quibus rursus (vt fieri solet) euomitur restim quā collo innexam habebat,
manibus ne per eam attraheretur complicandam curabat. Mersus denuo visentes
eadem qua prius ambiguitate compleuit. Sed corpore eius tandem exanimi reper- Subactio
to, dubietatis quieuit contentio. In tantum autem illic exercitus noster captiuū pe- Sclauorum
coris gregibus abundabat: vt in iisdem agendis quotidiana pastorum opera vte- xxii.
retur. Quorum discursum periculo vacuum generalis earundem partium vasti- Incendiorū
tas efficiebat. Quam tanta incendiorum vis pepererat: vt hirundines quoq; tectis vis.
quibus habitare consueuerant orbata/ gubernaculis nauium ac proris foctū pro-
creatura: nidos affigerent/ domiciliorum vsum ab hostibus mutuantes. Post hæc
Rex Henricum diutina Diminensium obsidione suspensum alloquio petiturus, ter
restri itinere arrepto, vrbe Cozcoam a nemine defensam igni implicitā reliquit. Cozcoa in-
Cuius processum tum annis cuiusdam profunditate insignis: tum vltiorum lo- cenditur.
corum difficultas indicata cohibuit. Hinc Regi in Caminensium prouinciā trans-
itus fuit: quā rurali magis populatione, q̄ vlla munimentorum oppugnatione per-
mensus, Camino duntaxat inaniter attentato, nauigia quis captiuum pecus vehe-
ret prendenda curauit. Hæc tam vber pecoris /opportunaq; com meatibus erat: vt
exercitum nostrum bimestri edulio aleret. Legatione deinde ad Henricum missa
presenti militiae finem imponere iubet, illo obsidionem quā frustra gesserit/ocys
soluturo. Quibus responsis acceptis interiacentia quaq; partim ferro/partim igni
adortus, per summā hostilis rei populationem walagostum accedit. Quo viso wa-
lagostenses Zulistro duce extremā pontis sui partem conuellere cœperunt: nequis
hostium per eum irrumperet /inhibituri. Cuius fragmentis pauci ex nostris per-
inde ac scalis vtentes/ammuniculantibus sociis ascensu obtento, hostium vrbe exi-
liensium irruptione petuntur. Quibus ob paucitatem resistere nequeuntibus, Hæ- Hæmingi
mingo excepto, omnes cessere. Absalonis hic armiger erat/leuibus armis instructus. periculum
ad discrimina subeunda promptissimus/semperq; se periculis immergere solitus. et virtus.
Qui dum se paruulo pedis regressu vrgentibus subtrahit, talis gladii quo cinctus
erat longitudine offensus, supinus concidit. Quo lapsu plus gloria q̄ incommodi ex
pertus est. Nam inter crebras hostium hastas, quibus acerrime petebatur /non tam
suo q̄ fortuna clypeo protectus/vt primum genibus se excipere potuit, districto fer-
ro propiorum tibias apperiuit. Quibus paulisper cedere compulsis, sublimis desi-
liit/sociorumq; tandem ex pudore fortitudinem capientium accursu petitus, oppu-
gnatores vrbe reperere coegit. Ita ad suos regressus ac toto corpore integer re-
pertus, admirationi visentibus fuit. Igitur non solum fortitudini ipsius /sed etiam
fortunę veneratio tributa est. Ea tempestate Romani scismatis controuersia astipu- Scisma,
lante Casare Federico pertinacissimo Germanorum errore compluribus annorū
curriculis alita/veri pōtificis Alexandri pedibus proculcata/succubuit: diuiduūq;
ecclesie statum catholice concordie vinculum colligauit. Quo in tempore Regis
Lundensiuq; necnon Absalonis legati Roma regressi/ lato patriam nuntio comple-
uerunt. Qui tamen diuersas atq; cōtrarias res petitione complexi viderentur, ea
tamen Romani pontificis industria sunt excepti: vt pars vtraq; sibi pro votis con-
sultum gauderet. Nam et Absalon Lundensem pontificatum assumere iussum: et Absalon fil-
Roskildensem administrare permissum. Ita geminum ecclesie regimen in eius ius ceps Roskil-
ditionemq; concessit: alterum precepto/alterum indulgentia sortientis. O nouam denis et ar-
et inauditam curie munificentiam/ recusanti pallium ingestum est: insignem quod chieps.
A iii

Baxonis Grammatici

perentibus ægre præstari solet, repugnanti violenter imprimitur. Dignos humeros, quibus tam præclarum onus imponeretur. Veniens siquidem Romanorum legatus Galandus Lundensi clero Roskildiam euocato, presentem Absalonem non solum literarum recitatione: quæ eum electioni parere iubebant, sed etiam anathematis comminatione: quo se aduersum eum (si repugnare perseverasset) vsurum dicebat: electoribus assentiri/ si demq; obeditionis solenniter ab iisdem recipere coegit. Quem postmodum Lundensi in templo: pallio quod attulerat muneratus/ die postero Ripensium electum Homerum religioso eius ministerio pontificem consecrari conspexit. Ita legatione syncerissime atq; integerrime gesta, hybernis exactis, Romam reuertit.

Angl. d. 125

Angl. d. 125

Explicitus est Liber Decimusquartus
Incipit Decimusquintus.



Joseph. Leg. d. 125

Joseph. p. 247. c. 1.

Frederici
submersio
q apud So-
ram sepul-
tus est.
Miraculū
in corpore
episcopi.

XXI.

Ost hæc Rex nõdum vltionis in rerum suarum raptores fatietatem adeptus, expeditione eam perere statuit. Quam dū septentrionalibus lutis superfedere iussis/ australes immenso ventorum flatu peterent, Slesuicensiū antistes Fredericus perfectissimū honestatis specimen/ dum veli magnitudine eximiam aurarū molem/ intolerabilesq; nauigationi notos cōplectitur: defecta gubernaculo puppe cum omnibus pene sociis periclitatus/ contractæ classis animos ingenti luctus acerbitate confecit. Cuius fato minus triste non fuit: q; sociorum cadaveribus vltro repertis solum eius corpus impensius perquisitum/ ante Spiritus sancti solenne depræhendi non potuit. Cuius tempore Sialandico littori appulsum non odore triste/ nec aspectu deforme compertum est prorsus: vt corruptela vacuum existimares. Quo integritatis habitu sanctitatem viri diuinitus declaratam crediderim. Nec minus veneratu dignum: q; idem frustra ab amicis quaesitus/ eius potissimum festum corporis sui reparatione clarescere voluit, cui peculiaris cultus officio honorem habere consueuerat. Tum vero insignis Absalonis gemitus erat præcordialis amici casum lugentis. Rex copiis apud Fallstriam obuius/ vocata maiorum concione, prouisum sibi, inquit, paruula manu magnas hostium copias non laceessere/ eam militiæ conditionem habenti cui plurimum gloriæ vel opprobrii debeat. Quamobrem se potius Absaloni / Kanutoq; filio expeditionis summā committere: si bene rem gerent, aliquantulum laudis: si male, parum vituperii relaturis. Illi iussibus celeriter obsequuti Rugianorum etiam classe quanta subito contrahi poterat adiuti, incessata nauigatione Ostroznam accedunt, in occupando hoste non minus celeritate, q; audacia vsuri. Quorū tam latens improuisaq; irruptio extitit: vt plarosq; Sclauorum domi inopinatos opprimerent/ puinciamq; penitus

Histo. Danicę. Li. XV. F. CLXXXVIII.

incantam vastassent: ni incendio demū ab interioribus edito proderetur. Illic binis forte Sclauis nauigio fugam quaerentibus quū alterum a Gerimaro teli iactu prostratum reliquus vlisci cuperet, cognito q̄ Rugianorum ducem appeteret/velo recundius abiecto dilabitur. Tanta apud hanc gentem viris in fastigio positus veneratio penditur. Interea classis per Penum amne allapsa: equis quos inter pascua reperit captis, walagostum progreditur. Cuius pōte disiecto/transitūq; obstaculis vacuato, ppter incenia ancoras iacit, oppidanis impata adhuc tormeta tractatibus. Eadē obsidionis fastidiis nauigationis dispendia anteponēs/tam vagum sparsūq; militiæ genus secuta est: vt hostibus errore ludificatis vbinam maxime sua tueri deberent, incertum relinquerent. Squidē ciuitatis locis in quibus eos obuios habebat, defensoribus vacua petebat. Quibus eadem accedētib; ex consulto cedebat /et ad partes praesidio carentes militiam transferebat. Et ne vlla negociorum intermissio foret, peditibus remigio noctes/somno dies exigere: equitibus vero nocturnam requiem diurnis militiæ laboribus rependere/constitutum. Aduersum quem excursionis modum Bogislaus et Kazimarus nihil in armis remediū ducentes, animaduerso patriæ vastitatem nostrorum non minus agilitate q̄ viribus inchoatam suo ductu propulsare non posse, emendæ pacis consilium capiunt/quorum arma ferre non possent amicitiam mercaturī. Quibus accessis eorum se viribus impares cōfessi, praesentium finium iacturam inter damna ducere non simulant / amplissima Pomeraniæ desertam nouis sedibus cōplexuri. Ad hæc Nicolaus Falstricus in risum solutus sinistre eos patriæ consulere dixit: cuius inferiora Danis/superiora Polanis finitimorum manu huc atq; illuc iactati cedere cogentur. Quo dicto patriæ salutem circumspicere moniti, centum libris nummum Absalonī, q̄ penes eum expeditionis arbitrium esset: totidemq; Kanuto promissis legatorum a se captorum dimissionem cum duobus milibus talentum: qua summa rapinam regi inflictam rependere pollicentur. Ad hæc Absalon responsum moratus, seductis maioribus offerri conditiones ab hoste dixit: quarum vsus pncipiosus patriæ, si gratis: contemptus vero commodior q̄ charior esset futurus. Siquidem pecuniam regi/pacem ciuib; capitiuis missionem/pacti nomine lucrī fauorī q̄ vtilitati propius emolumentum esse. Iisdem vero pro nihilo ductis a bello non recedere saluberrimum. Iam enī Sclauorū vires eo tenuitatis esse redactas: vt si pax desit, deditiōem sequi necesse habeant. Ita se suis bellum an pacem probent deligendum relinquere: ne alieno consilio praeterito, proprium audacter secutus videatur. Respondetur, ei potissimum parti studendum, qua publicus fauor possit acquiri. Hac sociorum sententia Absalon uti compulsus, ne anxiam regis expectationem inopinata reditus sui celeritate concuteret, ab Esberno se praecurrī iubet/speciosum gestorū nuntiū platurō. Qui ppter Hythim insulā tēpestatum aduersitate coercitus, nō ante tēpestiuū pfectioni calū fortitus est, q̄ Absalon receptis obsidibus eiusdē vtri bñificio allaberet. Cui⁹ pcelerā di grā nauigationē impēsius cōficiebat. Qua forte rex inter venādū cōspecta, pperū postera classis reditū ammiratus, fugā suis inlectā credebat. Quā sollicitudinē falso cōtractā cognitis ex Esberno rebus, effusioe gaudio pmutauit/vtilius pace bellum cōfessus. Quē etiā hospitio benignissime exceptū plenis hilaritatis officiis profecutus est. Die postero classem non solum impensioribus verbis laudatā: verū etiā osculis honoratam dimittit. Quo postmodum apud Iutiam diuersante, Kanutus et Karolus petulantiore manu, q̄ validiore delecta, Hallandiam adorti exiliū

A iiii

Saxonis Grammatici

proprio scelere contracti supplicium a patria sumere conabantur. Qui dum Halalandensium multitudine/quam sibi futuram sperauerant/repellerentur, fatum fu-
ga anteponebant/ propter nemus, quod Hallandiā a Gothia secernit / aciem ordinant
Vbi infelicibus auspiciis praeliati, graues tentatae patriae poenas dedere. Nam ka-
nutus crebris vulneribus exceptus, ab agrestibus captus/eundem quem Magnus car-
cerem expertus est: supplicii socium sortitus, quem facinoris conforem habuerat,
Karolus mortifico vulnere obrutus, paruulo viae excessu petito, fortem spiritum inter
molles arborum frondes deposuit/scelicius obitu, quam frater vita. Quorum patrimo-
nium Waldemarum lege quae patriae reos omnibus bonis damnat adeptus, inspera-
ta opum incrementa contraxit. Igitur Karoli corpus putre postmodum ab indigenis
reperitum documento fore potuit/aliena fastigia cum propriae contemptu fortunae
concupiscenda non esse. Post haec Henricus ob exercitum Caesari aduersum Italos
negatum/graue bello offensam expertus/quum tantae rei molem viribus suis maio-
rem cerneret: Waldemarum sibi obuiam crebris nuntiis euocatum, per transitu ponte
cuius nunquam antea dimidium excedere consueuerat/per summam mutuae fidei exhor-
tationem obnixam auxilii petitione sollicitat. Adeo superbiae necessitas imperat/fas-
tusque infortunio domatur. Ad quod rex se nullo fidei debito compelli praefatus, amia-
citiā tamen/quam olim cum eo iunxerat/si monitis suis obtemperatum foret, affua-
turum permittit. Igitur Henrico quanae haec essent cognoscere cupiente/Quum terre-
num, inquit, Imperatorē attentare inter ardua ducatur, multo caelestem lacerare pe-
riculosius: qui proprio nutu praeter humanum amminiculum prospera vel aduersa
afferre mortalibus possit. Quem si Henricus iampridem a se pontificalium bono-
rum rapinis offensum congruis restorationis officiis complacasset, victoriam men-
te praesumere posset/alioqui bellum temere conatur. Quod si infesto deo communiter
ab ipsis committeretur, ambos hosti victoriam cessuros. Neque enim dubium fore, quin
caduca ac fragili potentia vsurus sit/quisquis diuinae pertinaciter obuiare praesum-
pserit. Igitur se non nisi expiato periculo commilitium praebere ausurum/publicae
religioni, quam priuatae amicitiae propiorem. Tum Henricus multa a se pontificum bo-
nis beneficii nomine extorta confessus: quibus si sponte cederet, vltimam paupertati sub-
iiceret/corrasae attonsaque ceruicis homines tanti a se aestimari negabat: vt vltro
opibus carere: plusque eorum iram quam gloriae suae tribuere vellet. Repulsae tamen suae si-
lentium ab ipso geri precatur: ne in vulgus negatae opis fama disereretur. Sic Re-
ge dimisso, promissi ab eo praesidii simulationem apud milites ne ad Caesarem defi-
cerent/exhibebat: hac spe eorum animos firmare cupiens. Regressis inde Danis mi-
rum dictum/et nouitate prodigium incidit. Siquidem vna noctium infinitus murium
grex e longinquo rure concurrens, tristi occentu edito, Saeleensibus aquis sua spon-
te submersus interit. Quorum cadaueribus vento iactatis lictus mane constratum
apparuit. Quae res vtilior incolis an mirabilior fuerit, incertum est. Eadem quoque
nocte Absalonis quietem capientis exuuiam a foricibus corrosam certissimum futu-
rae vexationis eius omen dedere. Cui Syalandiam regresso nuntiatur turbatis Sca-
niae rebus/plaebam a primoribus dissidentem aduersum regios quaestores publicae
consternationis impetum distrinxisse. E quibus Agonem splendidae praefecturae vi-
rum in concione Lundensi plena temeritatis violentia probrosius contrectatum: ac pro-
pe vulgi manibus discerptum/ini in aedem diui confugisset Laurētiū. Quam facie turbulē-
tissimo multitudinis furore accensam non nisi per Absalonem extingui posse: cui fa-

Kanuti p-
ditoris car-
cer.
Caroli cae-
des.

Prodigium
murium.

Soricum
omen.

Eleensibus
Mun. ynd
dissep. Ma
le. 10. 11.
1. 10. 11. 12.

Histo. Danicę Li. XV. F. CLXXXIX.

cilius sit oriētis q̄ adulti tumultus arma comprimere. Quamobrem oportere eum citato Scaniam petere si rebus regis laborantibus digne consultum cupiat. Qua de re Suno & Esbernus consulti q̄ poterant dissuasoriis verbis profectiōē damnabāt dicēdo compertum sibi tacita principum conspiratione plabē instinctam non aliud hoc motu q̄ Absaloni periculum petere. Sed Scanięsum legatis rem sine eo sedandam negantibus iturum se vtrūq; fors tulisset respondit: etiam salutem suam si ita res posceret tor egregiis regis meritis impensurū. Igitur pręmissis qui Scanię priores habendę concionis causa ad urbē Lundiam contraherent: extemplo se venturum promittit. Nec Scaniam petere cunctatus/patriciō spiritu publico furori cōstantiam suam obicere properauit. Plab̄s siquidē acerrimis cōsternationis fluctib⁹ cōcitata ciuili inirię querelas seditioso accusationis genere prosequeretur. Sed & Thordonē concionari exorsum crebris sibilis infestę clamore vexatum cępto desistere coegit. Ceteris quoq; regiarum partium assensoribus dicendi potestate negata solam Absalonis vocem tranquilliss auscultationis modis exaudire sustinuit. Qui cum multitudinem imperitis clamoris iurgis obstrepentem salubriumq; monitorum imparientē aduerteret: diuidendam ratus/ prouinciarum conciliis triphariam distribui iussis, cunctas se principū culpas emēdaturum edixit. A quo Thordo q̄ eum ad tumultus vix sedabiles parum veracibus mandatis euocasset increpitatus/concitata plab̄s dementiam a temulentia coortam affirmat, eiusq; rei quosdā in concione sterrentes fidem fecisse. Quamobrem non in vrbe, sed campo concionandum fore: ne hominibus potioniis audis violandę sobrietatis accessus suppeteret. Proxima Absaloni cum australibus concio fuit. Illic regiū satrapam Petrum (Euari hic filius erat) profectis ab inuidia accusationibus asperius q̄ verius laceratū: quotutorem ab hoc calumnię genere pręstaret proximo sibi sedendi loco recipi iussit: venerabilęq; vicinutatis suę pręsidio nequid in amicum atrocius consuleretur prouidit. Postera luce per summam litium cognitionem exacta pleno aequitatis iudicio cunctas querelarum partes absoluit, causisq; legitima diffinitione explicitis/ delectatam beneficio plabem ad grates sibi repēdendas adduxit. Inde progressus indignam militis indiciō cognoscit seditioso edicti genere cōcitatam populū apud albam fontem concioni quadriduo vacaturum. Igitur tamen Scanorum potissimis stiparetur/ ad supplendum tamē arbitrorum numerum etiam Thordonem nuntio vocatum/ quid sibi super popularium motu recens fama prodiderit edocet. Ille verbis suspitionem dementibus rumoris fidem leuare, nihilq; tale metuendum astruere, ceteris aduersum vim publicam res cauti⁹ gerendas monentibus. Ita sententia variante rerum dubiis indubitato Sygastham insulam explorandi gratia adire collibuit. Illic Absalon ante accepta certiore expertus nuntio consternatam amentia plabem q̄ cū se tuto obiecturus non videretur/ procuratis qui concionē accederent per summam aequitatis promissionem delinire constituit. Qui cum omnia atrocissimo multitudinis furore misceri, ipsamq; ausu petulantiore instinctam effusa verborum licentia nobilitati insultare cognoscerent: acto mandatorum silentio maximum seditiōi incitamentum dedere plus alienę dementię q̄ proprię legationis officio tribuentes. Qd̄ perfidia an metu egerint dubium reliquere. E quibus Petrus longus insignis staturę agre dicendi potestatem adeptus affirmare se tamen Miles Absalonis esset respectum eius ciuium cultui non anteferre, populū maiestatem pontificis partibus priorem ducere/ plus publicę charitati q̄ priuatę debere. Ceterum

Plab̄s furor.

A v

Saxonis Grammatici

rum ad omnes vulgi actus imitandos propensiore animo fore libertatem eius iam quasi naufragam ac periclitantem ne armis quidem protegere dubitaturum. Responsum a concione est: iudicari plarem quam Absalon magnatesque rapinis vulgus affligere soliti de industria petere super sedissent. Quam vocem vniuersis acerrimo clamore comprobantibus multitudo maximo fragore dissiliens armata passim equos inuolat. Absalonis penates hostiliter petitura. Neque enim eo properanti succurrit illos a se lares incurfari quos toties sibi munificos experta fuerat. Cuius nuntiandi gratia legatorum iuniores telis quibus vndique petebantur callidius euntis citato Sygostham peruenere. Ea re concussi milites Absalonis diuerso consilio defensionis auxilia circumspiciebant. Alii pratis spatiantes equos colligere: pars vadum pratentum insulae quod postmodum Absalon lateritio opere valladum curauit/contractis quas fors obtulerat quadrigis obcludere: pars saxa iactilia lectitare. Tum Absalon hortare seniorum turba aut obsidioni animi preparare aut primis incurfantium ante nimium & intolerabilem multitudinis aduentum oppressis abscedere: neutram consilii partem probare se dixit: quod nec opportunos obsidioni committendus haberet: & se patrem potius quam praedonem existere meminisset. Sed neque se pacis studium cuius condenda causa aduenerit humano sanguine pollutum: aut pias pastoris partes truculento percussoris officio mutaturum. Malle vero qui primi irrumperent innocue & sine caede deturbandos curare: facile fugam duros quod nullo fulciantur imperio. Militibus deinde quempiam plabeiorum violare prohibitis primorum agmen propinquum collem acie occupantium praelata cruce adortus in proximum nemus refugere coegit: comprehenso seditionis auctore quem memores iussorum equites armis, amictuque nudatum pulsare duntaxat contenti fuere. E quibus vnus confertissimis hostium globis lasciuioris equi petulantia adactus loco palustri ignorantibus sociis concursu popularium interficitur. Ita Absalon agrestium impetum elusisse contentus nullo hostiliter imminente liberum repetendae vrbis iter habuit: eisdem audivissima insulae direptione irarum suarum procursum explentibus. Igitur patricii spiritus pontifex ut tranquillum ita salutare consilium secutus pietatem salutis praefendo, dum gregi parcendo consulit plus gloriae & virtutis in innocentia ac moderatione quam laesionum suarum ultione constituit. Quo enim se longius a ferri licentia retraxit: hoc religionis laudi propius admouit. Superuenientibus deinde quos ad delendam concionem direxerat: eorum uocacione queritur simplicitate suam huc discriminis esse perductam: percontatus cur improvidum se & imparatum ad res tanta difficultate implicitas secura mandatorum specie pertrahere voluissent. Quibus se nihil tale suspicatos dicentibus, culpam negligentiae confessione excusantibus, estimare eos quid nunc expediat iubet: praeteritum errorem praesenti consilio correcturos. Respondit nec armis se, nec auxiliis instructos contrahendi utriusque commodi causa domum digredi necesse habere: paratores postredie reuersuros. Ipsum interim exquisito latebrae genere uti debere probro cariturum qui tempori consular. Quod utrum malignitate ingenii an inopia consilii protulerint astiment, quibus sequentia eorum acta cognosse fastidio non fuerit. Refert Absalon honestiorem sibi castelli quod in Sialandia haberet aditum fore parum latebras exquirere solito. Quarum deformitatem perosus Thordone nauigium praebente discedit. Neque enim claritatem suam obscuriore loco coarctadam putabat: cuius fulgorem per tot terrarum spacia conspicuis virtutis ope-

Absalon
cruce vinctus
cit.

Historiæ Danicæ. Li. XV. Fo. CXC.

ribus diffusum non ignorabat. Sialandiam ingressus Waldemarum apud insulam
Samsam venandi studio inferuentem recepta ab ipso epistola petere iubetur neces-
sariis patriæ vsibus vacaturus. Vbi cum Sunone Esbernoq; propositas negotiorū
curas debita agitatione complexus: postremo apud regias aures Scanici tumultus
famam edidit, primusq; ipse perturbationū suarum nuntium agere non exhorruit.
Aestuante animo regē seditiosiq; supplicia minitantem consilii sui delinimento
a proposito retraxit: exigendaq; vltionis affectum primorum Scaniæ virorum be-
nivolæ vocatione differre docuit. Quos etiam illum apud Fioniam petituros ple-
nis humanitatis officiis prosequi non superfedidit. A quibus eundem precari roga-
tus ne Saxonem, Achonem, Sunonem, & Esbernum homines extra Scaniam ortos:
eius rebus præesse pateretur: affirmantibus finem seditioni fore/ quæ ob solam eo-
rum petulantiam cœperit si procurationem exteris attributam ad indigenas trans-
ferri curasset. Inuidere eos regis potentia respondit: cuius in dandis beneficiis ar-
bitrium abrogare nitantur. Se vulgi sauitiam experiri q̄ regiarum rerum dominiū
tot sæculorum vsurpatione firmatū insidiolâ prece subruere malle. Tum illi omnē
consternationis rabiem in eius caput effundendam minati/ superbius a quo respon-
sum dedere. Isdem a rege quidnam mitigandis Scaniæ rebus efficacissimū esset in-
terrogatis: solam eius epistolam quæ blanda asperis certē moderationis tēperamē-
to misceret huic tumultui sedando suffecturam dicebant. Quorū instinctu rex plæ-
bem Scanicam plenis minarum literis aggressus/ non parum nutrimenti publici fu-
roris incēdio addidit. Si quidē indignatus populus eū aduersum se concitatoribus
noris vsu/ aduersum hunc scribēdi ausum iram suā seuerius desstringendo omnia
vectigalium iura solenniter abroganda curauit. Pontificales quoq; decimas execra-
tus sacerdotibus coniugia decernebat. Quorum etiam sacra sibi exploso pontificis
ministerio sufficere prædicabat. Igitur in diuina pariter humanaq; grassatus ma-
iestatis contemptum religionis iniuriæ sociabat. Rex frustra minis institisse se vi-
dens armis agere constituit: exactoq; messis tempore in traiciendo milite magnis
nauigiorum copiis succinctus Helsingum oppidum peti: Absalone inter postres-
mos appellere iussit. Plurimū illic vulgus piscandi opportunitate contractum crea-
bris habitaculis occupauerat littus. Quod Absalone viso odium eius alimentorum
suorum studio anteponeas/ littorales & quos casus obrulerat lapillos aduentanti
ipsum nauigio obiciebat/ parum recolendo illum a se Scaniæ sibus pelli qui cun-
ctis Daniæ locis tutum habitationis vsu præstiterat. Pars rege in concione relin-
cto per summū maiestatis contemptum ad mare decurrens/ Antistitis aduentum
pari iniuriâ excipiebat. O ingrata Scaniensium gens/ quæ pleno temeritatis furo-
re tot commodorum tuorum auctori iniuriam pro gratia rependere rubori non
ducis. Pastoris parentisq; tui nauigium improbilissimis euecta furis, sinibus tuis
prohibere: conaris cuius beneficio tibi piraticam toties sauitiam experta tuta la-
te nauigatio patet. Illi præsentem littoris aditum negas: cuius bellica virtus ne tu
quidem hac littoris sede pellerere perfecit. Desine ergo optimis amplissimi inte-
gerrimiq; viri meritis quasi grauissimis insultare delictis, erroremq; iniquo ani-
morum iudicio contractum veloci pœnitentiæ studio redime. Nec patienter rex
tam contumeliosam eorum audaciam ferre potuit. Aestuante eum equosq; & ar-
ma poscentē Arusyorum pontifex Sueno medium complexus ne quid duri in plæ-
bem cōmitteret obsecrabat. Pietas illi an metus hunc ausum præstiterit incertum

Scanica ple-
bis furor

Ingratitudi-
nis detesta-
tio.

Saxonis Grammatici

est. Sed apud regis animū continua Absalonis charitate flagrare solitum venientis amici pericula complectentis precibus præponderabant. Quo descendente qui nauigium infestauerant: summa cum innocentia simulatione repetitis tabernaculis Absaloni litrus cessere. In quo postmodum diuiduum ei regiꝫ cum Scanico milite colloquium fuit. Scanienses apud quos rex sopienda seditionis consilium agitabat Absalonem aduenasq; Scaniae portioni præpositos remittendos monebant dicendo nihil ad publicam dementiam comprimendam eorum absentia efficacius fore: quæ non aduersum regem, sed in illorum plenos malignitatis actus exarserit. Huius sententia suffragatores Iutenses milites fuere. Creditum est eos partim decimarum odio: quarum nuper Scaniae Sialandiaq; solutio inoleuerat, partim metu ex forensis pugnae recordatione contracto Absalonis affectasse discessum. Quam eiusdem equites honestiore animi iudicio execrati / tantum sibi necessitudinum: tantum generis, armorumq; robur esse dicebant, vt inuitis infestisq; popularibus herum suum absq; regionum militum amminiculo per cunctas Scaniae partes a se tuto libereq; circumducendum sperarent. Quorum animosis adhortationibus rex ob pacem placib; conciliandam / ignauos Iutensium monitus anteponens vocato Absalone secreto / memorat quantam inuicem sententiarum concordiam semper gesserint. Nunq; sibi tam diuersa ac rigida animorum iudicia fuisse quin ad postremū alter alterius arbitrio flecteretur. Orare deinde eum progressionis in Scaniam propositum deserat: Sialandiamq; repetere deforme non ducat: speciosis aliquando consiliis vtilia prælaturus. Ad hæc Absalon ne tunc quidem se veterem subsequendi morē relicturn præfatus, consilio vsurum affirmat: quibus absentiam suam multis & grauib; mendaciorum notis laceradam sciat. Rex gratiis tanta moderationi impetius actis / equites eius in augmentū comitatus deposcit. Illi in plenos fidei charitatisq; fletus effusi hunc sibi supremi perpetuiq; dedecoris diem affirmant: huic ignominia non propria sed alienorum ignauia protractis: vt cui famulatus officia debeant desertionis probra persoluant. Ira Absalone per summā animorum mœsticiā relicto regē prosequēbatur. Graues illi difficilesq; cū placbe conciones fuere. Vbiq; enim causas armata dicebat animū habitu ostētatura. Quotidie Absalonem falso & inaudito obreccationis genere lacerabat. Hęc audiētes Iutēses occulto laudationis studio prosequēbantur blanditiis fouētes qđ armis punire debuerant. Qua adulationis deformitate maximū seditioni irritamentum dederunt. Rex finitis cōmeatibus Scaniam relicturn lectos e placbe viros componendi cum Absalone gratia ad illud Sialandia litrus qđ ab Helsingo oppido vocabulū tener traicere iubet. Vbi demū Absalon regi obuius factus compluribus innocentia testimoniis obiecta purgando cunctas mendaciorum partes quibus absens notatus fuerat adeo validis copiosisq; rationibus subruebat: vt criminatores reatum confiteri coactos ad veniam a se flagitandam adduceret: deq; accusatoribus sui veneratores efficeret. Nec parua apud omnes eloquentia eius ammiratio extitit: compluribus qui aderant diuino ore eum egisse dicentibus. Sed hæc omnia Scaniensium legati ad ciuū arbitrium relegantes discedunt: absq; patriæ consensu nullum sibi componendi ius esse testati. Sed neq; eorum fida adhortatione populus Scaniensis ad deponendam consternationis suæ rabiem adduci potuit. Nam nec decimas pontificalibus vsibus solui curatū nec quicq; qđ ad præstanda sacrorum iura attinebat exhibitum. Quorū infandam sacrilegamq; pertinaciam Absalon proximo sacerdotali consilio per epistolā visitato

Abfalonis
laus ab ino-
cētia & elo-
quentia.

Historiæ Danicæ. Li. XV. Fo. CXCI.

cūctarum Scaniæ ecclesiarum obferatione puniri præcepit. Cuius edicti præmoniti-
ta plæbs per idem tempus ante ædem Laurentii in concionem armata descēdit. Ad
quam sacer dotes binis ordinis sui viris / qui pontificalis edicti rigorem exponerent
missis / sacrorum cessationem, diuinique taciturnitatem officii si decimarum solutio-
nem abnuere perseverassent / minari sunt. Delegantur totidem e plæbe mutuas sacer-
dotio minas intentaturi. Ab his responsum est sacer dotes alimēta sua plæbi nō pon-
tifici debere / quorum munere & beneficio necessariis vitæ vsibus instructi noscantur.
Quocirca aut diuinis inseruiant, aut ingrati patria cedant: si neutrum egissent:
nō solum honorum omnium poenam sed etiam saua membrorum supplicia recepturi.
Ad hæc clerus responso constantissime dato se neque mortis metu, neque paupertatis
respectu quo minus antistitis sui imperium perageret / cessaturum affirmat. Tam-
pia tamque religiosa cleri constantia euictum vulgus precibus minas mutando quo
ad Absalon conueniri posset sententiæ dilationem poscebat. Ciuile siquidem bellum
se excitaturum timebat / si in sacer dotes sibi nobilitate pares animaduertere studu-
isset. Nam cum in Scania alienigenæ indigenis permixti sacer doria gererent: am-
phior tamen digniorque domesticis reuerētia præstabatur. Quo effectum est vt vtri-
usque ordinis consensu mitterentur qui iustas animaduersionis inducias flagitarent
Haud agre ab Absalone obtentæ sunt, plus clementiæ quam seueritati indulgendum
putante. Multum ab eodem gratiarum sacer dotalis coetus constantiæ persolutum;
Nihilominus populus cum contemptu beneficii, regionum, pontificaliumque mili-
tum penates publice diripere perseverauit. Appetente publici ieiunii tempore rex
Scaniam eius Sialandiæque militia succinctus Helsingi transitu petiit: Fionensium,
Iutorumque comitarum ob præbita ab eis iam dudum seditioni irritamenta persequus.
Absalon ob chrisimatis consecrationem pontificali officio administrandam Lundiam
deproperat. Vbi paucos cum rege dies feriatos / vicino rure se excepit. Hac fama
septentrionalis Scaniæ populus cum Halladensibus excitus more gentis missis per
omnes stipite sub specie petendæ libertatis belli titulum fingit: eoque edicti gene-
re exercitum construit. Quem tanta dementia ceperat vt manum cum rege con-
serere properaret: summi imperii vires laceffere nullius negotii existimando. Quo
rex e plaga australi regressus apud Dysiam pontem, excepto oranti se Absaloni
fustibus quam armis agere mallet: cum viris sibi non canibus consilgendum respon-
dit. Igitur non iræ aut furoris impulsu concitatus, sed conspicua animi industria
ad corrigendam ciuium insolentiam, metumque consimilis audaciæ ceteris iniici-
endum aliquid ab inuisissima sibi feritate mutandum ratus / mansuetudinem in-
genii sui deposita ad tempus clementiæ crudelitatis actus imitari coegit. In ponte
res gesta est vtriusque transitum anticipare studentibus, anceps diu prælium fuit. In-
signis illic agrestium pugna extitit. Quorum aciem Absalonis equites per ignoti
vadi compendium irrumpentes repentinam victoriam edidere. Multi illic popu-
larium: cæsi compluribus annis exitio extitit. Ferrum vitantes aqua periclitati
sunt. Reliquiæ fuga seruata: ita nefarius ille coetus diuino iudicio profligatus / sa-
cilegi furoris poenas exsoluit. Rex Lundiam regressus / orientalium partium ar-
matam plæbem aduentare cognoscit: vnus iam exercitus victor alterum exceptu-
rus. Cuius generalem conuictum pugnae celeritate præcurrere monitus a Lundensibus
stipendiorum loco vectigalium laxationem poscētibus aliquandiu retētur.
Quibus obtentis in proximum campum excessisse contenti: longius eum sub exculatione

Tumultus
popularis.

Cædes rebel-
lantium.

Saxonis Grammatici

tuenda vrbis prosequi superfederunt. Id regi tardius hostes excipiendi causam praebuit. Getungam appellant pontem apud quem armata popularium corona confedit. Grandes illuc lapidum acervos prohibendi pontis gratia vecors turba congesta serat. Rex alio amnem vado transgressus ferro decernere statuit. Sed plæbem non tam praesentia regis arma quam dira recentis sociorum cladis exempla terrebant. Missis igitur qui pontem a rege reperti precarentur ab armis se discessuram promittit. Praecipue regem Absalonis in nimiam agrestium stragem vitandam dicentis temperamenta flecebant. Reperto ponte supplices a seditionis auctoribus ad regis genua manus tenduntur, cunctaque famulandi officia avidius promittuntur. Cum de fide ambigeretur iusiurandum promissionibus additur. Sic vulgi collegio dimisso Lundiam reditur. Scaniae deinde giro pertransito/obsides a plæbe recipiuntur. Ad reliqua facilis populus decimarum solutionem duntaxat pertinacius abnucebat. Nihil magis regi quam ad earum remissionem Absalonem abducere curatum est. Summo opere cauendum dicenti ne sibi forte quod olim Kanuto Othoniensi decimarum iura propagare nitenti acciderat/eueniret. Absalon quicquam ex consueto sacrorum iure decerpere non minus inglorium quam sacrilegum ratus; constantius id se facturum negabat; dicendo tamen si rex plæbis sententiam fauore prosequeretur: sibi impedimento non fore quominus ab ea decimarum debitum exigere perseveraret, neminem ad participanda secum pericula prouocaturus. Tutissimum igitur regi silentium fore ne ecclesiae opem ferendo/populari se ipsum odio implicet. Tam iustam, tamque fortem Absalonis constantiam rex animo veneratus cum remissionem admittere nolit exactionem deferre postulat: consilio postmodum effici posse quod armis nequeat. Paruit precanti Absalon/praefatus se decimarum loco prioribus pontificum conditionibus non usurum ne prorsus earum iura negligere videretur. Tam modesta Absalonis promissio consternationi remedio fuit. Summa postmodum Caesaris in attentandoniae principis Saxoniae principe calliditas paruit: non enim minoris expugnandi eius spem in acupem tentat, mine quam viribus reponebat. In primis Waldemarum quem eidem certius affururum credebat astutia tentat. Siquidem binas eius filias totidem filiis suis: quorum alterum successioni imperii destinarat: alterum Sueviae satrapam constituerat per legatos in matrimonium postulabat: non quod sanguini suo bonae fidei nuptias quaereret: sed ut hostem amicis abundantem auxiliis spoliaret. Quod callidius an impudentius egerit ignorauerim. Ad illum enim falsas iungendae affinitatis preces dirigere non erubuit quem olim perfidiae laqueis complicatum ad obsequia sibi pacificæda pertraxit. Amici regis intellecta fraude, hæc non matrimonii voto, sed Henrici odio flagitari dicebant. Tam veros Caesarianae calliditatis interpretes: sola reginae sententia superauit: sanguinis sui connubiis affinitatem cum Casare iungere gloriosum rare dixere, remque ad Caesaris arbitrium retulere. A quo rescriptum est curandum regi Lubecam petere cuncta secum illic commodius definituro. Obreperatum rogatum est. Interea Caesar omnibus imperii neruis ad obruendas Henrici partes commisit: vrbes eius passim ad se deficientes in deditionem recepit. Defectionis causa non tam Caesaris amor quam Henrici odium extitit. Is siquidem nimis ac diuturnis felicitatis successibus elatus inque summo fortunae fastigio nullam ruinam incommodum suspicatus/ subiectas tyrannidi suae ceruices inusitata dominatiois sauitia atque intolerabili morum acerbitate vexabat: nec hosti quam ciui importunior existere consueuerat. Igitur non bello aut clade

* Gydinge bro,

Caesar Saxo
niae princeps
pem tentat.

*Nonne Fridericus, non Henricus, ut dicitur
 sed dicitur, Pontanus, alii. De Lubeca
 Waldemar, vide plura apud auctores
 q. Thom. Maffius, Saxon. Hist. c. 335.
 M. L. ad 1181. ib. c. 335.*

Historiæ Danicæ Li. XV. Fo. CXCII.

sed fraude militū & defectione viribus amissis cum solas spei reliquias in Transal-
bianorum auxiliis haberet: Lubeco oppido relicto q̄ se eius moenibus parum tutum
arbitraretur summa cum festinatione correptis nauibus in Stormariam incimū fu-
gæ suæ receptaculum penetrat. Huius prouinciæ præses Adulfus apud ipsū pro-
fusus charitatis officii a puero alitus, feliciq; natura: pariter ac fortuna: incremē-
ta sortitus, atq; ad ordinem militarem summis beneficentiæ studiis prouectus tam
secundam educationis suæ mercedem exsoluit: vt inter omnes Henricianæ militiæ co-
mites primus se defectoris nomine macularet. Post hæc a Cæsare nauigia quibus
Albiam superaret, sagittariis & funditoribus completa per pronum amnis alueum
immittitur. Pari studio classis exquisito bellatorum agmine referta ad impediendū
Cæsaris traiectum ab Henrico cōtracta. Quæ postq̄ hostilium nauium multitudi-
nem in conspectu habuit: earundem numero perterrefacta proposito per fugam de-
ferro Cæsari transitum cessit. Qui dum oppidum Lubecum obsidere cœpisset Bo-
gyzlauiq; & Kazymari fratrum vires admodum suspectas haberet: vtriq; se potē-
tiæ & claritatis incrementa daturum subornata legatione promittit: prouincias
quas hæcenus obscure & sine honorum insignibus gesserint Satraparum nomine
recepturis. Locunda Cæsaris toties ab Henrico lafis promissio extitit non intelligē-
tibus sibi sub specie beneficii deforme seruitutis iugum intendi. Interea Waldema-
rus classe luxu q̄ armis ornatiore Lubecum profectus occurrentibus sibi Germano-
rum equitibus, eximiasq; eius aduentū grates habentibus: nauigationem medio
annæ quoad possit proferre deposcitur / quo breuius inter ipsū ac Cæsarem iter
restaret. Quo factō postero die an Cæsarem medio itinere obuiū affectaret a lega-
tis rogatus, castra eius petere præoptauit / Romani imperii rectorem in re modica
fatigare superuacuum existimando. Nec minor Cæsaris in excipiendo Waldemaro-
calliditas q̄ Waldemari in petendo Cæsare moderatio extitit. Siquidem in primis cū
amplexu atq; osculo decentissime veneratus: mox dextra honorabiliter apprehen-
sa deposito amiculo per media castra perduxit / præconis more cunctos ei via cede-
re iubendo. Tentorium quoq; nimio multitudinis conspiciendū regis auidæ concur-
su collapsum planum campi petendo deseruit. Vbi sedanda: pressuræ gratia disten-
ta virga q̄ poterat celsa voce cunctos locis in quibus consisterent confedere præce-
pit. Sed Waldemarum cum eius dignatione perinde ac quadam moderationis amu-
latione contendens sellam suam se expectaturum respondit: ne probato sedendū vsu
imperialis cathedræ honorem vsurpare videretur. Magnates honoribus eminen-
tes non ordine aut ratione discretis sedendū spaciis: sed vt quæq; violentæ pressio-
nis casus iactauerat, sedilia habebant: fortuna non dignitate locorum vsu distri-
buere. Illic exaudire erat Theutonū voces formam regis, staturāq; miratium. Quos
tanta visendi eius cupiditas ceperat vt sedendū humilitas obstaret alter alterius cō-
scensis humeris productis illum ceruicibus inspectarent. Hunc regem, hunc domi-
num, hunc imperio dignum referre / Cæsare regulum homuntionēq; vocare. Adeo
Barbaris eum excellens corporis habitus venerabilem faciebat. Crediderim Cæsa-
rem has militum voces dissimulanter tulisse: ne regis laudibus offendi videretur.
Quem post diutinam omnium admirationem paucis secum exurgere iussis in pro-
ximum tabernaculum eodem comitatis genere deducendum curauit: quo venien-
tem fuerat persecutus. Illic eum seriis omissis aliquandū beniuolo iocundoq; ser-
mone detentum: ad vesperam prosequente totius Germaniæ iuuentute discedere

Cæsaris &
Waldemari
coitio.

Historiæ Danicæ. Li. XV. Fo. CXCIII.

Abfalon Scanorum atq; Syalandsium ductum pollicitus Iutos sua opera ductan-
dos negabat. quos non solum imperii sui / verum etiam adolescentiæ Kanuti contē-
ptum acturos sciat. Nec eū prædictionis augurium fefellit. Per motus dicto rex ita-
rum licet inualidum respondit. His curis astrictus morbo ex sollicitudine cōtracto
in lectum decidit. Enimvero præcordia eius diuiduæ passiones hinc vincendi cupi-
do hinc desperatio torserunt. Mane ducibus eum vt sibi parceret orantibus: impe-
riumq; eius etiam absentis se executuros spondentibus: vix atq; a gre cōsensit vt ad
oppidum Worthingum filio pōtificiq; contradita belli summa discederet. Quibus
eodem in loco diutina ac vehementi tempestate detentis / seditiosa Iutorum voces
toto litore exaudiebantur: tum comiteatū alimentorūq; defectum causantium:
tum expeditionis militiæq; remissionē poscentiū. Quas cum Homerus Ripensium
antistes quem præter religionis dignitatem singularis eloquentiæ claritas cōmen-
dabat / copiosis facundiæ documentis delinire non posset / postremo vim verbis ana-
teponendam ratus / quædam ex seditiosis confortibus ante tentorii sui fores perti-
nacios obstrepētē prendi vinciriq; curauit. Quæ res populi clamorē auxit / sedi-
tionem accendit. Igitur patres plebis a rege cum contēptu imperii discessum veri-
ti cōmunicato colloquio expeditionem ab eo sponte soluendam decernunt: temera-
riam eius delapsionem simulatæ licentiæ beneficio præcurrandam putantes: ne ma-
gis proprio ductu finiri q̄ regio nuda remitti videretur. Quæ si in præripiendo re-
ditu propriæ voluntatis motum ducis arbitrio prætulisset / euenire posse quod diuo
Kanuto solutæ classis pœnas a patria exigenti contigisse p̄datur. Quâ rem Kanuto
si patrem eius iam febrī implicatum præsens morbus absumeret regni successione
adimere posse. His consiliis adductus Kanutus conuocatam classem facta reuertendi
potestate dimittit: beneficii loco erogans quod plebis petulantia negare non po-
terat. Ita seditiois periculo bellum omittēre coactus / cum Abfalone Esberno & Su-
none Worthingum adnauigat / paternæ febris exitum expectaturus. Igitur Walde-
marus per apertam cubiculi sui fenestram velorum reditum contēplatus amira-
tione rei morbi pariter atq; egritudinis incrementa contraxit. Sūma tamē vtriusq;
dissimulatione vsus filium ad se cum arbitris venientē tam hilari vultu admisit vt
pene morbo vacuus putaretur. Quinetiam se minimo doloris sensu teneri dicebat /
corporis molestiam animi robore dissimulare conando. Apud Abfalonem tamē re-
ligiosam culparum confessionem agere non oblitus / incertum mortis tempus sacro
correctionis genere præcurrandum credebat: seram atq; inutilē pœnitentiā iu-
dicans quæ emendationis odio nimiaq; peccandi perscuerentia ad vltimū vsq; eta-
tis terminum prorogatur. Præterea locis monastica religione sacratis dimidiū pa-
trimonii sui / quæ ad fiscum regium pertinebant exceptis / testamēto legauit. Sed ce-
teris bene de eius salute sperantibus solus Suno siue somni monitu siue alio mentis
oraculo doctus fatalem hanc regi febrem augurabatur: quonā modo filii rebus de-
cedente patre succurrī oporteret prouidendū hortatus. Tantam siquidem in regis
funere luctus acerbiter futuram / vt consiliū vllum aduertī nequeat. Eodē tem-
pore Ioannes quidam religione Abbas medicina præsumptuosior q̄ peritior p̄fes-
for / cui⁹ opī plurimū credebatur e Scania accersitus aduenit. Qui morbo parū pru-
dēter inspecto sospitatem regi constantius q̄ verius promittebat. Quem cum cibo
medicinali arte confecto reficiendum curasset / cunctis cubiculo eiectis quietem ca-
pere iubet. Eūdem paulopost sine voce esse compertum vt artuatim sudore suffu-

Waldemari
legata.

B

Saxonis Grammatici.

sum inuenit. Accuratius operiri precepit latum id profuuii genus : ac salutare tea-
status. Vtinam Sunonem potius mentis augurium q̄ medicum artis sue presagium
sefellisset. Cuius promissum regis obitus insecutus q̄ parum fidei i medicorū opere
reponi oporteat documento extitit. Ingressi mane cubiculum amici, defuncti regis
corpus per q̄ simile spiranti reperiunt: adeo pristinum habitum retinente vultu: vt
nec rigore contractum / nec horrore mutatum cernere s: rubicundis oris notis viuū
hominis speciem aspectumq; reddētibz. Incertum an decessisset pristini calor is ha-
bitus totis adhuc membris retentis / relinquere videbatur. Sero tandē pallore mor-
tis fidem faciente mandatur feretro corpus: Ryngstadiumq; funerandi gratia deue-
hendū curatur. Hic vicus non vetustate modo sed etiam paternæ eius sepulturæ
titulo conspicuus habebatur. Accessit luctui matrum miserabilis planctus sparsis
comis funeri occurrentium / iterumq; se pristinum seruitutis onus experturas dicē-
rium: extinctum illum qui ciuū capitibus captiuitatem detraxerit : qui patriam
pyratarum metu vacuefecerit: maritimasq; sedes perinde ac domesticas a prædo-
num incursum tutas præstiterit. Agrestes quoq; funebri ipsius pompa conspecta ru-
stico opere quo occupati erant relicto consentaneis arua querelis replebāt. Cui etiā
vt supremi officii decus præstarent / funebri eius lecto humeros / subiicere iocūdum
ducebant: euerlam regis morte patriam miserisq; sibi cōmune funus aut si quid fu-
nere tristius est imminere plangentes. Pro cuius spiritu salutaria Ablalon vota ge-
sturus inter solēnium verborum nuncupationem doloris impotēs non tēperauit si-
bi quo minus aram lachrymis spargeret : vixq; ad rem diuinam peragendam vocis
aut manus ministerio sufficere valuit. Quinetiam tantum ægritudinis animo con-
traxit, tamq; graui & periculosa valitudine subito affici coepit: vt pene vitam cum
sacrificio finiret. Incredibile videretur tantū virum tam insigni luctus horrore con-
fectum si non eius erga Waldemarum affectus fuisset notissimus. Sed fortuna altero
pedibus Sclauia subiiceretur / aut gens quæ sub tātis ducibus ad excellentem hono-
ris habitum prouecta fuerat / tutore vacua remaneret. Cuius lachrymis precum lo-
co defusis respersa altaria non paruulum promptissime eius erga regem beniuolen-
tiæ indicium præbuere. hisdem quoq; madefacta thura gratum deo odorem dedisse
crediderim.

Explicitus est Saxonis Grammatici de rebus Danicis.
liber decimus quintus.

*Natus 1151, mortuus 1182. i. N. A. A. A. A.
habebat annos 31. mox q̄ 4. q̄ ad h. c. 337.*

**Ryngsta-
dium.**

**waldemari
cōmēdario**

**Ablalonis
luctus.**

*ryngst. d.
cap. 137.*

Saxonis Grammatici.

Haraldus irruerat. Quos cum Kanuti Suetiæ regis eiusdemq; Sarrapæ Byrgeri præfidiis vi rupisset: ad noui principis opinionem cupide congestum vulgus incredibiles ei copias sociabat. Quibus frētus Lundensī vrbi portas sibi claudenti excidiū minatus est. Igitur ex magnatibus complures alternis internuntiis contracti / for-
 Lumme aa. # tique inuicem cohortatione firmati: propter Luminam amnē castra cōstituant. Aliis regiorum militum per ignorantia simulationem venire super sedentibus. Quos tātus pugnandi ardor ceperat: vt per summum nō solum periculorum / sed etiam popularium contemptum / absq; paucitatis suæ respectu vt quēq; equi pernicitas adiuuabat: sine imperio aut ordine effusis habenis in hostem contenderent. In quo quādem impetu maiorem ventū (quem forte aduersum habebant) q̄ hostium quos impetebant sequitiam experti sunt. Ille enim magnitudine sua clypeos cursitantibus decussit. Hi ne pectora quidem irumpentibus obuertere ausi fuere. Ita popularium
 Vēri vehe- # acies numero hominum q̄ animis præstantior incruentam de se victoriam dando /
 mentia, # plus pericli an ignominia senlerit dubietati subiecit. Enimvero quo expeditius fu-
 ga qua pugnam præcurabat intenderet seipsam scutis exuere non erubuit. Armo-
 rum onus abiiciendo quorum vsus experiri confisa non fuerat. Hac igitur partim
 Haraldī fu- # casa, partim capta: Haraldus cum Akone quem affectati regni auctorem habuerat
 ga, # Suetiam refugus petebat. At Lundenses suspensis ad bellī euentum animis in neu-
 Lundensī, fa- # tram partem auxilia commodabant fauorem victoribus erogaturi. Qui rei successu
 ctiones, # su conspecto perinde ac victores victis insultare cœperunt / cupiditate laudis & præ-
 de alienis se virtutibus inserentes: nec contenti popularium specie bis bellum poten-
 tibus intulisse collecta cōcione tertium aduersum eosdem indicere grauati nō sunt:
 suscepti vulneris dolorem consternationis furori permixtum communi nobilitatis
 exitio pensaturi / tantamq; prouocandi perseverantiam siue pudore cladis, siue cupi-
 dine vitionis animis insitam gestantes. Neq; enim illos aut illustrium virorum re-
 spectus aut vulnerum suorum memoria quominus seditionis studia sectarentur
 domare potuit. Quod periculum cunctorum Scania magnatum capitibus conti-
 guum præproperus Absalonis cum Syalandensibus aduentus dispulit. Siquidem
 sublati vexillis deputatum concioni locum ingressus / non solum turbulentissimo
 plebis proposito obstiterit / sed etiam leges quæ iniquissimis eiusdem suffragiis cōuul-
 sę fuerant piissimo iudicii decreto ad pristina auctoritatis habitum reduxit. Sed ne
 Haraldī dā # Haraldum quo minus a magnatibus damnaretur absentia patrociniū protegere
 natio, # re potuit. Hunc certe bis a Scaniensibus mulctatum dixerim / semel armis / iterum
 sententiis. De quo quidem discernere arduum est ferro an suffragiis punitior fue-
 rit. Plæbs quoq; nihil hostile ausa, armis summa cum proposito dissimulatione de-
 positis Absalonis se turmis tranquillo concionandi more iungebant: singulis iudi-
 ciorum suffragiis alacrius q̄ libentius succclamando. Ita terribilis illa ac diutina se-
 ditio simul cum concione finem habuit: funesto plæbis conatu vltterius aduersum
 principum collegiū insolefcere non audente. Interea Kanutus excitati in Sca-
 nia belli nuntio Fyoniam e lutia petere coactus: Esbernū^{ab} Absalone fratre nun-
 tianda regiarum partium victoria gratia transmissum obuium accipit. Cuius
 inopinato occurſu tristitia afferri ratus hærente animo deiectōq; vultu quicq; ex eo
 cognoscere verebatur. Postmodum non solum eiusdem plena hilaritatis fronte me-
 liora sperare iussus, veruetiā iocunda ac libenti narratione de suorū victoria doctus
 Frosthe- # in Scania ouās pcessit. Ac primū eius puincia Frostā rapinæ & icēdio opportunā ex
 rit.

Histo. Danicę Li. XVI. Fo. CXC.V.

hibuit: vastassetq; ni Absalonis erga illam studium gereris interuentu prohibere-
tur. Quo mediante effectum est: vt ab his qui in regem Haraldica factione delique-
rant: ara tantum poenę nomine exigerentur. O immensam clementiam cuius be-
neficio hominibus euidenter noxiis maximi facinoris culpam paruulo censu redi-
mere licuit. Quo exemplo ceteri ad spem veniæ erecti mitissima Absalonis opera
parem regis mansuetudinem experti sunt. Egregium tunc Kanutus moderati ani-
mi specimen dedit cum vltionē quā vnuerforū crimen meruit: vnus amici preci-
bus donauit. Indignum adolescentem cuius virtus externi principis acumine ten-
taretur. Compluribus enim Caesaris legationibus curiam adire paternaq; amici-
tia successione expetere iussus; intercedente amicorum consilio q̄ modestissime re-
scripsit excusationis verbis a regnādi nouitate quaesitis. Siquidem arbitris eius ex-
cussa atq; explorata Caesaris calliditas erat. Hisdem perfidia laqueis filii simplicita-
tem circūuenire studentibus, quibus olim patris credulitatem implicatam habue-
rat. Cui cum Caesar erepturum se regnum aliiq; daturum plena minarum epistola
respondisset solum hoc rescribere contentus fuit: quarendum videlicet Casari esse
priusq; sibi regnum adimat qui Daniam in eius beneficio reponere cupiat. Qua re-
sponsa libertate: non solum minantem elusit, verumetiam plurimum a se fiducia in
ciuium animis reponi docuit. Apud quem Caesar frustra monitis egisse se videns
Syfridum qui sororem ipsius in matrimonio habebat subornat: quod literarum su-
arum instinctu nequibat; aliene vocis supplemento persuasum haberi conando: qui
vbi Daniam intrauit quanta regis charitate ob sororis eius matrimonium tenere-
tur / quantisq; Caesar viribus esset exposito Absalonem, Sunonem, & Esbernum:
qui soli ex amicis cum rege admittebantur: tum fidei quam Kanuto cuius tutores
existerent deberent: tum fiducia quam eiusdem pater in eorum pectoribus repo-
suerat admonitos orare cepit: ne amicorum nomine hostes agendo creditum sibi
pupillum annis & consilio tenerum graue & intolerabile belli onus suscipere iube-
ant: cumq; sub titulo tuendę libertatis regno exuant. Qui potius salutaribus il-
lum consiliis formare curę habeant Romaniq; imperatoris curiā ascribi deforme
non ducant. Responder Absalon de se dubium non esse quin vtilis si nosset moni-
tus Kanuto libenter fuerit porrecturus. A quo ita Caesaris amicitiam expeti velit:
vt proprię eius maiestatis decus incolume seruarietur. Nam & Waldemarum Fre-
derici partes, amicitiamq; secutum nihil fide eius aut promissione fallacius repe-
risset. Proinde Syfridum nosse debere Kanuto Casariq; aequum regnandi ius esse:
neq; minore cum libertate hunc Danicę regni q̄ illum Romani imperii gubernan-
cula continere. Igitur indignante Syfrido, plenaq; minarum ac fastus responsa fun-
dente: an tu (inquit) ex temetipso Daniam pensas: eamq; vt Thyringam a Casar-
re cum volet q̄ facillime capi posse existimas? Proinde abi imperatoriq; tuo perfer
Danorum regem ne minimam quidem obsequii partem dignitati eius ac nomini
delaturum. Dignum hoc contemptu dixerim qui propior alieno imperio q̄ pro-
priae affinitati tam inuisam Danicę libertati legationem suo monitu administra-
re sustinuit. His auditis Caesar spernenti se regi: quia bellum nequiuit odium in-
flixit: animo non ferro contemptum vlturus. Spe tamen potiendę Danicę non om-
missa ciuiliū in ea malorum motum expectandum putabat: seditione diuiduam
gentem minore cum virū suarum periculo oppugnandam sperando. Quam op-
portunitatem aliquandiu quaesitam a fortuna sibi negari conspiciens. Sclauia la-

Biii

*Regtl. B.
cap. 128.*

Kanuti mo-
deratio.

Caesaris

dolus.

*2. p. 251. col. 2.
Anno 1042. 23. 24. Jan. inter
imp. Canutum & Kanutum ducor-
um trahitur. Imperator ad ipsos hinc
exibat, quod ei q̄q; nē abbat. 23. 24.
Imperatorum conuentionem deest. 2. a. la-
nudo r̄q; uiratum, quod ab ee coronan-
no literis. 2. 2. dubium, quin deo ma-
hym Imperator habuisti, eadem Canu-
is torquere, ad que patrem eius, et
-panla. Suenonem addebat. 2. Knitl.
2. p. 128. 2. 2. M. c. 249.*

2. p. 252. col. 1.

Histo. Danicę Li. XVI. Fo. CXCVI.

quatuordecim Scania ceteris tarditate impeditis transmisit. Quartū insignis pau-
citas culpę obnoxia videri potuisset: si non longinquitatis patrocinio defenderetur.
Penthecostalis festi peruigilium erat quando prenominatum sinum absalonica clas-
sis inierat. Eadem die nequid segnius aut cunctantius gereretur: Hythim insulam
adnauigari curatur. Illic obuii Rugianorum nuntii praestolandum docent quoad
sciri possit in quam Rugiani soli partem hostilis irruptio tenderet. Iam enim Bo-
giszlauo ad insulam Coztam Rugia praetentam esse peruentum. Qui quę hostilia
ia pene rura pulsaret non temperauit sibi quo minus sobrietatem effusa crapulae licen-
tia violaret. Tanta siquidem epularum indulgentia exercitum aluit ac corrumpit: ut
conuiuium magis quam bellum amplexus videretur. Verum Absalon nuntiorum mo-
nitis obsecutus. Hisdem postera luce regressis Bogiszlauumque ex aduerso Strelę in-
sulę copias expositurum docentibus: quę crepusculum appetebat correpto signo
ocissime litus Scapha petiuit. Gubernatorum deinde collegio per praconem vo-
cato nuntioque quę breuissimo militibus edito ingenti cohortationis cura alacritate
exercitum repleuit quierem suam certis victoriae imaginibus adumbratam praefa-
tus. Nec alia militum responsio fuit quam pugnam se optare: quam si accipiant non du-
bitare quin vincant. Quem animorum calorem tum a longa vincendi consuetudi-
ne tum etiam ab ingenita Danico sanguini virtute traxerunt. digni qui vocis suae
angurio non fallerentur. Igitur Absalon incertae nauigationis metu quę fretum dua-
biae profunditatis esset diluculum praestolatus cum inde soluturus esset aliquodiu re-
tentus est harenis anchora insidente. Quo euenit ut ab vniuersis infinitum
procedendi ardorem gerentibus relinqueretur. Sed ne se ab exercitu praecedi in-
decens existimabat: a quo plus hortationi suae quam cunctationi tributum cernebat.
Quem merito his gratulatum crediderim qui iustae celeritatis compotes quam violen-
tae morae consortes existere maluerunt. Quam tarditatis iacturam impedimento so-
lurus tanta remigii velocitate pensauit ut pene prima nauigia occupauerit / dispen-
dium casu inuectum preliandi cupidine redimendo. Hunc publicae festinationis pro-
cursum missa a Rugianis ratis excepit: quae aliquanto remissiore nauigatione vten-
dum doceret / quod Bogiszlauo adhuc insulam Coztam tenentem incertus irru-
ptionis locus existeret. Sed & larimarus secessum hostium domestico milite succin-
ctus opperiebat. Igitur cessata imperus cura ad litus dreccense diuertitur. Illic as-
fertur hostes domum petisse nuntii incidentis sorte nebulae errori deceptis. Idem
nostris portum dar sinum petere iussis larimari cum eis consiliaturı Rugiano exa-
ercitu vallatum pollicentur occursum. Quo loci adnauigato cum nec larimarus
nec quisquam ex eius satellitibus repertus fuisset / placuit Nicolaum Falstricum
Sclauicae gentis linguam calleret explorandi hostium secessus gratia ad larimarum
dimitti. Quo abeunte cum Absalon diuinae venerationi vacaturus litus Scapha
petisset: repentino nuntio per larimari familiarem suscepto cognoscit pomeranicam
aduentare classem: quae si nebulae densitas non obstaret: cer ni cominus posset. Igi-
tur reuocatis qui sacra gestabant cupide concitata classem obuiam hosti in altu di-
rexit. Armis non precibus deo libameta daturus. Quod enim sacrificii genus scelestorum
nece diuine potestatis iocundius existimemus? At pomeranis non tam hostile solu repen-
te inuadendi quam Rugianorum equitatu defendendi littoris studiosum variis nauigatio-
nis ambagibus ludificandi propositum erat. Qui Danicam conspicati classem Borwegiu
occidentibus comitatu Sclauis auxilium sibi ferendi gratia aduolare credebant / aeris

B iiii.

Baxonis Grammatici.

nubilo nostratum nauium numerum habitumq; dignosci non patiente. Neq; enim eorum animos subire poterat: Danos per tot locorum spatia a Sclauia remotos intra tanti temporis angustias eo loco fuisse prouectos: speculatoribus ob nimiam securitatem excubandi officia parum curiose gerentibus. Igitur Bogiszlauus Rugiana classem appellatus a ceterum & quinquaginta myoparonib⁹ circuiri desyderat reliquam classem veluti in aciem iactis anchoris componit: naues quibus alimenta uehebantur aliquanto pyratice praestantiores inter ipsas & continentem admouit: armate multitudinis speciem vacua lignorum effigie adumbraturus. Quo vultu decem ptus Suno Bogiszlauum auxilia a rheutonibus mutuatum credebat. Rarescente tandem nebula: Absalon ab exiguis hostium scaphis praeteriri se videns ne omnes quidem tuto redituras per iocum aiebat. Igitur sociis ingenti cohortatione firmatis in hostilem classem ut imperio ita ductu & nauigatione primus inuehit. Monitus a Sunone ne eam perinde ac germanicis roborata auxiliis p̄propera festinatione incesse-
ret: sed temperato remigio militem armari iuberet: minime cunctandum aiebat / p̄fatus eo iam loci conclusum hostem: ut nec bellum tuto cōserere / nec fugam salubriter edere posset. Itaq; nihil impedimento fore quo minus promptissimam sibi victoriam esset cessurus. Eo deinde monitus iterante milites Absalonis munimenta corporibus aptare coeperunt / parte remigium continuante. Quorum apparatus nimie ac per seuerantis nebulae beneficio hostem fallebat. At ubi propius ventum: Danorum iuuentus ut cunctationis ita silentii impatiens sublati vexillis nō tēperauit sibi quo minus concitatissimum praeliandi ardorem cello cantilenae genere prosequeretur. Absalonis quoq; signum nunq̄ sine hostium fuga spectari solitum Sclauis pariter & Danorum praesentiam prodidit & configendi diffidentiam incussit. Igitur summa cum t̄pidatione sublati anchoris cupide classem concitare coeperunt: quantum nauigationis longo temporis tractu protulerant exiguo horarum spacio remensi. Innumeri quorum fugam aut nauium magnitudo aut anchorarum sublatio retentabat profundum petendo fluctibus q̄ ferro vitam finire maluerunt. Horum rates eodem pene temporis momento refertas ac vacuas conspiceris. Sed neq; prolapsos natandi vsus seruare poterat subiectarum voraginum eluue mersorum corpora tenacius apprehendente. Quantas igitur timoris vires existimemus qui quos nimio sui haustu repleuerit ne proprio quidem spiritui parcere compellit! Decem & octo nauigia nimie multitudinis in se cōfugientis concursu rupta receptis exitio fuere. Paucis hostem opperiedi animus fuit. Illius vero etiam ridicula formido extitit qui sociale exemplū perosus nexo ex rudentibus laqueo suspensio se consumere q̄ hosti necandum praebere maluit. Qd̄ factum complures prius admiratione / dein de ludibrio prosecuti / dulcedine spoliolum lentius hostibus inherere coeperunt. Quibus Absalon praeteritis monitisq; ne praedam q̄ hostem insequi mallent: septem solis nauibus totam pene fugacium classem insectari non destitit: illa nimirū fiducia vsus qua toties sibi hostium terga aspicere contigit. Neq; enim a palantibus in illa insectantium paucitate numerus sed virtus estimabatur. Centum ferme nauium turba maritimae fugae diffidentia terreste cepit: perq; horridos ac desertos saltus inermis attonitaq; discursum habuit. Inimarum quoq; hostilis sanguinis q̄ praedae auaritiorem concitator tuenda patriae cupido reddiderat. Quinq; ac triginta nauigiis vehementi remigio concitatis / hostilis Absalonem nobilitas deuitabat. Quae cum septem sola sibi instare animaduertet / fugam suam non solum tristem

Vincuntur
Sclauis.

Foeda me-
ticulositas.

Historiæ Danicæ. Li. XVI. Fo. CXCVII.

sed etiam erubescendam rata bis nauigationi perinde ac pugnam confectura laxamentum dare conata est. Igitur Absalon quæ ab amicis ceteræ classis aduentum opperriri rogaretur nulla ex parte cessato remigio progredi perseverauit: plus hostium trepidatione quam sociorum auxiliis utendum præfatus. Quo cognito Sclauum summa cum exanimatione merum rubori prætulere / nauesque suas quo fugæ habiliores essent arma & equos in profundum abiiciendo oneribus vacuefacere cœperunt. Acrius deinde cœuerberato pelago Penam omnem perseverata fugæ receptaculum habuerunt. Quos Absalon eousque vacuo cunctationis remigio insecutus vespera ad socios qui præde incubuerant reuertit. Cuius ne particeps quidem fore sustinuit gloriam ad se ipsa ad milites redundare speciosum ducendo. Igitur ex quingentarum nauium numero quinq; ac triginta delapsis decem & octo contractis cæteræ in Danorum potestatem ditionemque cessere. Illa igitur dies quæ Absalonis claritate obsecratam hostium classem aut fugam aut exitium pari coegit: tot errores tot maritima discrimina finiuit Syaladicos portus ac Balticum fretum pestifero pyratarum incursum vacuefecit: effectam barbarorum sauitiam iugiter patientem reddidit: patriamque nostram vix libertate sua potientem Sclauicæ dominæ effecit. Efficax & inusitatum genus victoriæ quocunctas hostium vires funditus euertere cõtingit. Eadem ut Sclauici cruoris plena exstirpata nullum Danicæ impendium habuit. Quatuor duntaxat ex Rugianis sociorum an hostium telis perierint incertum est. Die postero decem & octo Scaniensium nauigia superueniunt quos Absalon non more eorum sed voluntatis estimatione facta prædam cum victoribus communicare præcepit. Quid deinde Sclauis cõsiliis foret cognosse cupiens callidum speculationis genus amplexus: Bogislaum sub simulatione benignæ & veteris amicitie perfidiæ per legatos arguendum curat nimiamque regis offensam obnixo placationis studio præcurri postulat. Ad hæc Bogislaus tantam receptæ cladis dissimulationem agere sustinuit: ut laudata monitoris benivolentia facturum se quod ab ipso suadebatur promitteret. Tatum autem timoris Sclauorum vulgus ob pristinam fugam animis insitum habebat: ut etiam nouam viam rate quæ legatos vehebat edere non erubesceret. Post hæc Absalon rerum a se gestarum famam illustri nuntio præcurri magnificum ratus: Tachonem claro Fionia loco natum cum tentorio Bugislaui quod ei portionis nomine cesserat remitti curat: nec solum victoriam suam regi indicaturum: sed etiam fidem assertis celebrioris præde gestamine facturum. Per eundem quoque ne Sclauicæ vires nouis copiis instruerentur messis tempus expeditione præcurrendum hortatur. Quem Kanurus Iutis Vibergica concione contractis: Absalonici operis euentum digno relationis officio representare præcepit: expeditionis hortatore usus quem nuntii auctorem habuerat. Quo facto omnium animis maximam educendæ classis curam ingenerauit. At Cæsar tantæ cladis nuntio recepto / postquam solo Absalonis ductu rem gestam cognouit: omnem non solum obrinendam Daniæ spem / verum etiam attendendam fiduciam mente deposuit: proprias vires dånando: quam alienis parum efficaciter usus fuisset. Eandem victoriam Absalon suam apud bizantium incredibili famæ velocitate vulgatam: postmodum ab equitibus suis tunc temporis in ea vrbe stipendia merentibus accepit. Sed nouæ frugis accessio labentibus hostium alimentis opitulata est. His de ex regiæ profectiois cunctatione instruendorum frumento vicorum perquam vile fundiora Penam annis loca crebro lapide cõplent / moenium suorum aditum nauigiis obsidetur.

Sclauorum
 subactio.
 xliiii.

Speculatio
 callida.

In marg. S.
 cap. 129.

B.v.

Baxonis Grammatici

negaturi. Quas Absalon hisdem alvei locis egerere cupiens: trahendę secum iuuen-
tutis gratia corpus aquis immergere nō dubitauit: easq; lapidibus vacuefaciendo.
quātum transmittendę classi satis erat: ad patientem nauigationis habitum per du-
xit: q̄q; oppidani machinas suas tali temperamento librassent vt eadem annis spa-
tia certis ictibus destinarent. Quibus obstaculis transitu vacuefacto: facilem lociis
petendę circūsidendęq; vrbis aditum struxit. Obsidione cœpta refixi sub aquis stipi-
tes quorum frequentia oppidum erat vallatū. nauigia propius appellere passi non
sunt. Hanc oppugnationis difficultatē: Danorum iuuenes vir tute superare cupien-
tes: non temperauere sibi quo minus nauigiis a profundo remotis pedibus in aquā
descenderent: vadaq; gradu lustrarent. Contra oppidani in subiectos cominus tela
iacere nauigiaq; tormētis procul inceslere cœperunt. Quorum eximios iactus elu-
dere q̄ excipere satius existimares. Anceps incertūq; vitatu periculū erat. pregran-
dibus saxis in conseratas puppes cadentibus in fuga ac declinatione cautoq; corpo-
ris motu: magis q̄ in vlla armorum ope frustrādorū ictuum remediū ducebatur.
Absalon mediotenus nauigiū progressus egesta tormentis roborā: crebra corporis
declinatione fallebat. Quem barbarus forte præsidio egressus postq̄ ex clypei notis
agnitum habuit, tormētōrū præsidibus manu significauit vt cum impeterent. Igitur
interrogatus a quodam an perspectum haberet qualiter ipsum barbarus deno-
taret: curam sui illius animo inſitam respondit. eodem ludibrio hostem & monito-
rem excipiendo. Intrepidi animi dixerim in medio salutis discrimine pericula sua
iocoso dicto prosequi voluisse. Adeo certissimū fortitudinis & constātiæ experimē-
tum necessitas tribuit. Expugnatio non procedente noua adorandę vrbis ratio
auctore Esberno excogitata est. Siquidem inusitatę magnitudinis nauigiū variis
ignis nutrimentis completum solo ventorum remigio opportunis incendio mœni-
bus adigēdum curabant. Quod latenti in vndis stipiti: illisum sine vlla oppidanorū
iactura pprię cū materię discrimine cōflagrauit. Ita exigui ligni ipedimēto spes in-
gentis victorię subruta est. Hostiumq; salus paruulo fortunę momento ab imminente
exitio protecta. Post hæc Bogiszlauus in dedecorum suorum vltionem dolos men-
te scrutatus Absalonis colloquium simulata pacis affectatione per legatos poscēdo
cum ingenti equitatu destinatum conuentū locum petiuit. Quem binis obuiam si-
bi nauigiis venientem vt continētem ascenderet obsecrauit: cōmodius in tentorio
q̄ nauī colloquēdum præfatus. Obsequentē illum nauigioq; excedere volentē Erlin-
gus quidam illustri inter noricos loco natus horridioris somni narratione retinuit
haud dubie fraudem sensurū: si salutem suam hostibus crederet auguratus. Cuius
vocem Absalon perinde ac diuinitus sibi dati indicii miraculū veneratus: vocantī
se Bogiszlauo minorem a maiore peti non oportere perhibuit. Pontificem duci dia-
gnitate præstare asseuerādo. Ita hosti impotentia obiciendo fraudis materiam ade-
mit. Ille stricta nauis spacia causat: repentino discessu fallaciam detexit: Nam qui
alias vltro nauigiū Absalonis ingredi consueuit: nunc eius aditum perinde ac fa-
tale sibi domicilium conscientia malignitate confusus exhorruit. Gauisus Absalon
q̄ salutem suam somnio q̄ hosti credere præoptasset ad classem se recepit. Igitur cū
exercitus noster cōmunem agrorum vastationem vnus vrbis excidio anteponebat:
exhauriendę prouincię consiliū cepisset inq; pontis pertranseundi angustiis hæ-
rerent: crebris oppidanorum myoparonibus incessuntur. Qui mox sagittariorum
ab Absalone, Regeq; missorum opera deturbati: infestandę cōmodius classis gratia

Bogiszlauus
dolos.

Episcopi
præstata.

*Script. S.
cap. 129.*

Histo. Danice. Li. XVI. Fo. CXCVIII.

continenti se tradunt/nostrosq; clamore nō minus q̄ iaculis infecuti, per summam
ignauia exprobrationem perinde ac victis insultare coeperunt. Quo viso reliqui ex
oppidanis passim correptis scaphis, moenibus etiam quæ tuebantur deseritis, in ri-
pam se conferunt/relicta a Danis tabernacula prædaturi. Neq; enim regio equites
nauium transitum in terra opperientes, fumus tabernaculorum quæ Dani discedē
tes cremabant incendio ortus ab ipsis discerni patiebat. A quibus quū inopinati at-
tonitq; incurfarētur, pars in scaphas refugit/pars armis in ripa/aut aquis in amne
exitū habuit. Natates a sagittariis interfecti/ nauigātes euersi/iustas irrisis a se Da-
nis pœnas luerunt. Ita walagothenes pauloante falsis nostrorū, opprobriis exultan-
tes/nūc ciuū in cōspectu suo necatorū miseranda fata luctu prosequēbātur. Quod
Oznes fama expti, suburbanos penates ocys cremādos curant: ne iisdem hostes
ad moeniū suorū incendiū vterentur. Igitur dum vltro se rectis spoliant, ingens vr-
bi suæ tumentū cōciliant: quo domibus tenuiores, hoc moenibus tutiores effecti,
Rus Regi rapinæ extricit. Cuius sententia Absalon lulinensium finū/ arciumq; Zuinē
sū expagnationē pagere iussus, Eibernū fratrem Zuinā cum cōmissē sibi clauis parte
præmittit: aut arces ipsas (si fors sineret) capturum/ aut earum custodibus quoad
se lulino reuertī contigisset, fugam interclusurū. Quorum ianua venienti Eiberno
vacua patuere: propugnatoribus nimirum aduentum hostiū furtiuo discessū præ-
currentibus. Ambæ itaq; incendio data. Qua de re Absalon lulinensium rebus ab-
sumptis non solum longinquū fumū contemplatione/ verū etiā sociorū inde reuertē
tiū affirmatiōe certior factus, ad Regē reuertit/ latatus se magna curarū parte fra-
terna opera liberatum. Rex vicos necessariis vsibus abundantes captu difficiles fo-
re/vacuofq; tantum a se penates exuri conspiciens/remcare constituit, qui nunc de-
sertos inopelq; lares adortus fuerat/exacto messis tempore referta copiis horrea cō-
sumpturus. Cumq; non minus capiendarum vrbiū difficultate/q̄ vacuarū ædiū
incendio fatigatus Zuinam amnem abducendæ expeditionis gratia periussit, exu-
starum arcium reliquias solo æquari iussit. Et vt omnia earundem monumenta de-
moliretur, etiam lapides fundamentis egestos in profundum iactandos curauit: q̄q;
iidem recentī adhuc incendio torridi vix se manu contingi paterentur. Cuius la-
boris idem atq; expeditionis finis extricit. Autumno domi peracto, duodenis mili-
bus e Rugia contractis, Tribusanam prouinciā ditioni suæ parentem peragrat.
Post hæc Cyrcipinensium deuexam paludem paternæ militiæ amulatione permē-
sus, ad vrbe Lubekincā peruenit. Qua præterita dum Diminum petere stauisset
in abundantem potione vicum incidit, Barbaris illic tanta animorū securitate con-
uiuuantibus: vt nullum profus hostilis aduentus formidarent impetum. Quantam
porro gentis illius intemperantiam pacis tempore extricisse putemus: quæ ne ho-
ste quidem liminibus imminente/ quo minus vires suas ebrietatis illecebris labe-
factaret/ abstinuit? Itinere deinde nostrorum ad naues conuerso, conuellendæ præ-
dæ/spargendiq; passim incendiū gratia/Danica manus dissiçitur, mentem Regis
longinquæ viæ dispendiis a perendi Dymini proposito retrahentibus. Qui trigin-
ta solos sibi comites asseruasse contentus/quum ingentem Barbarorum cohortem
opimam villam tueri satellite nuntiante cognosset, Absalonem suo forte vexillo
coniunctum dimidio cum præsentium equitum numero opem sociis laturum di-
mittit. Qui imperium amplexatus, obscurandæ paucitatis gratia laxius mili-
tem incedere iubet/multitudinis instar confusa agminum specie præbiturus.

Oznes me-
tus.

II.

Stratage-
ma.

Saxonis Grammatici

Quinetiam vehementius irruptionem edere curæ habuit: quo plures insequi crederentur. Jamq; barbarorū relicta villa, nemus tenentiū manipulos contemplatus quum se longe viribus inferiorem animaduerteret/ideoq; sociorum augmentum simulare veller, cōplures ex suis furtim discedere monitos/aperte subinde redire iussit: idq; sa penumero faciendum curauit. Igitur auxiliorum incrementa sensim recipere existimatus, non suppetentibus qui prædam asportarent, contractas vici opes ingenti pyra constructa cremauit/flammis insequendo quod vsui commodare non poterat, etiam ministris incendiū tantæ pecuniæ consumptionē animi dolore prosequētibz. Ea re gesta ad Regem se retulit. Qui ppter Lubynam pnoctatione habita, deleta vicorum reliquiis, lacunā per quam arduo labore iter fecerat/ponte a Rugianis cōsterni curat: eamq; nullo pene negotio remensus, cōscensis nauibus, in proximum Peno amni portum peruenit. Vbi diutina ac vehementi tempestate vexat⁹ Bogislauum pacem a se per legatos petentem repulit/ q̄q̄ iam labentibus alimētis expeditionem remittere cogeretur. Exactis domi hybernis per Zuynam ingēti cū expeditione regressus, Grotzuinā lacerat. Vbi quū Iarimarus hostium occursum ex eorum lituo depræhensum regi nuntiandum proponeret/ idq; ab Absalone nisi iidem in conspectū venissent exequi vetaretur, ancipiti malo circumuentū se dixit qui siqd inopinati periculi se tacente sociis incidisset, incuriæ damnari: sin maturi⁹ indiciū afferret, timiditatis notari posset: quū et præpropero nuntio vt̄ p̄brosūm et nimis lento dēsidiosūm videatur. Huius puinciæ præda parū satiatos Pomeranicarū opum fama sollicitat: quæ vt eximita, ita intacta prædicabant. Nulli tā longinquā militiam ingredi difficile visum: q̄q̄ p̄ferendæ inediæ/pagendæq; solitudinis prædicebatur asperitas, ardore prædæ periculorū metum leuante. Imbellis populus vrbiūq; et armorū inops regio ferebatur. Et qm̄ nostris p̄positū ex sententia cedere consueuerat, pergendī cupiditas animos inflammabat. Nec fraudandos p̄sentibus votis scēlicia tot successuum experimenta sp̄debant. In qua p̄fectione paulo parum suppetente/nō solum equos, verū etiam pedites cōmeatibus onustos atritæ labore vires deficiebant. Hæ res cōuertendi itineris/repēdēdq; classe Iulyni causam dedere. Illic rex adoriendū per insidias Camyni cōsiliūm nactus/aperteq; ei⁹ irruptioni latentem præferens, ductantibus locorū peritis p̄ ignotos ac deuios salatus, plenum difficultatis iter corripuit. Errantibus ceteris Sialandenses ac Scanienses Alexandro (Absalonis hic sorore editus erat) primipilo vsi/Rugianisq; ducib⁹ rectā et compediariam viam secuti, Camynū venerē: occupassentq; nisi incolas incēdio cautiōres fecissent. Quorū paucitatē Bogislauus, qui in eodem tunc forte opido moram agebat, effusis manipulis irrumpendam ratus: Esberno qui talium rerū experientia vsuq; callebat: quo longius hostes vrbe euocarentur/de industria cecidendū monente/diū terga præbentibus institit. Ad postremū intellectis insidiis effusus ruentes in aciem reuocat/tam improbum ab vrbe excessum amaræ repræhensionis salebris insecutus. Quod videns Esbernus abiecta fugæ simulatione, signa ad hostē reflexit: effecitq; vt Bugislauus caballo delapsus/pauido recurso intra vallū confugeret/celeritate pedum salutem quæsiturus: quam aut armis aut equi velocitate tueri fidutiā non habebat. Alexander illato portis signo, neminem a quo repelleretur inuenit: tanta trepidatione captis hostibus, vt ne vrbis suæ quidem limina ab iniuria vindicare præsumerent. Qua gloria satiatī Danorum iuuenes/paulatim in aciem se recipere, q̄ vterius vrbi insultare maluerunt: paucitatis aestima-

Prædæ cupiditas.

Histo. Danicę. Li. XVI. Fo. CXCVIII.

tione temeritatem domate. Hunc iuuentutis procursum rex reliquo milite subse-
 cutus propter muros equo descendit: expugnandę vrbis habitum curiosiore cõte-
 plationis officio lustraturus. Quo residente vallęq; vexillis stipante: canonicę vitę
 clerici contusi deiectiq; animi moerore pedum nuditate testantes / digesta rite pro-
 cessione cum insignibus suis adueniunt: eoq; paternę sanctitate admonito genibus
 nixi sacris adibus abstinendum precantur. orando ne diuinos penates humanis in-
 cedio iungat / neq; ita in hostes sequat: vt publice religionis domicilia cõsumat: Tot
 suas: tot maiorũ virtutes teterrimo facinore corrupturus. Adiectum ab iis est Bo-
 gislauo regis tuto petendi gratia familiaris fidei patrociniũ postulare: Respo-
 sum a Kanuto, homines sibi non deum incessendi propositum esse: vt iustũ: ita alie-
 num sacrilegii bellum gesturo. Quibus si ciuitatis partem extra municipii moenia
 collocatam cremaret: ecclesias mortalium adificiis permixtas cõmunibus flammis
 implicandas dicentibus: iram precibus remisit: hostilesq; lares inuiolatos relinque-
 re / q; diuinos humanis iniuria æquare maluit. Illi vrbem precib; suis donatã gauisi
 gratiis pro beneficio actis lætitia ouantes discedunt: eamq; sacro concentus genere
 prosequuntur. Bogislauus quod petebat obtento / questum Absalonem die poste-
 ro obuiam sibi cũ Larimaro venturum precatur, eisdem faciendę cum rege pacis ar-
 bitros habiturus: quos tot colloquiis amicos expertus fuerat. Quem Absalon frau-
 de porius q; sincera verborum fide agere ratus: negauit se intercedere quo minus
 igni prouincia vastaretur: ne tantum iter explese fraudi fuisse videatur. Ille nihil a
 se extra municipii moenia possideri confessus: sacris tantum domiciliis eorũq; gra-
 tia vicinis tectis abstinendum orauit. Quod beneficium eodem voto petitum pro-
 missumq; est. Reliquum lucis auidissima vicorum vastatione consumptũ. Bogislauo
 uis præsentium periculorum impulsu promissum reuertendi tẽpore sectatus Abs-
 alone & Larimaro dextras præbentibus ad regem perducitur ingentisq; summe pec-
 unia multa nomine pacta: non alias pacis conditiones assequi potuit q; vt procu-
 rationem hæcenus patrimonii titulo amministratam e manu regis: beneficii iure
 susciperet: libertatęq; seruitute mutaret / Rugianę gentis tributum obsequiis equa-
 turus. Hanc pactionem obsidibus firmandam pollicitus discedit: redeundi comiti-
 bus vtendo: quos adueniendi duces habuerat. Et ne venerationis expertus dimitte-
 retur: ab Absalone conuiuio cũ amicis exceptus, potu nimis auide sumpto adeo vi-
 res sensumq; exiit vt vix mente constare putaretur. Qua intemperantia amisit ma-
 iestatis oblitus: deffendę seruitutis loco: libertatis gaudia representauit. Igitur ni-
 mio ebrietatis haustu obstupescit: nervis: naue egestus in tentorio collocatur. Ab-
 salone quadraginta armatos ante tabernaculi fores excubare: nocturnęq; eius custo-
 dię vacare iubente. Tanta siquidem apud Danos seruandorum hospitem sedulitas
 existeret consuevit: vt eorum salutem perinde ac proprię studere curaretur. Quo be-
 neficio obligatus Bogislauus: Sclauorum animos Danis applicando: debitam Abs-
 salonis meritis gratiã retulit. Quib; cũ pulso mane somno oculos iseruiisset: Dano-
 rum fidem exolcularus: aptissimoq; laudationis genere prosequutus: plus volupta-
 tis se ex percepta Absalonis humanitate q; amaritudinis ex patrię iactura sentire di-
 xit. Igitur ad locum in quo milites eum præstolabatur relatus: postero die Sclauicę
 nobilitatis proceribus adductis / genibus annexus cum coniuge se & liberis ad pedes
 regis suppliciter abiicit: veniãq; diutine rebellionis precatur: obsidibusq; ex parte
 re datis, ex parte promissis: auita paternęq; procuratoris summam beneficii loco

151

Cõditiones
Bogislauo
date.

*Innot. S.
cap. 123.*

*Innot. S.
cap. 123.*

Sclauorũ .
1180. .
deditio.
xxiiii.

Saxonis Grammaticici

Tonitrua
portetosa,

fuscipere nō erubuit. qđ patrimoniū erat: alienā largitionis indulgētia possessurus
Rex principis huc necessitatē mīseratione p̄motus: satis iā grauis eū sibi p̄enas de-
disse existimauit / regnūq; ei⁹ in munere q̄ in vsu suo cōstituere maluit: ac demū hu-
mi iacētē erexit. Nec minus regē maternā erga Bogislauī filios necessitudinis re-
spectus tangebāt. Ita Sclauicarū rerū dominiū assiduis Waldemari laborib⁹ negatū
paruulo Kanuti negotio contributum est, felici eius militia paternā supergredien-
te fortunam. Eodem temporis momēto ingenti nubium volumine colliso per sum-
mam vtriusq; gentis exanimatōnem fracta crepuere tonitrua. Quo euētū Sclauic-
ci regni interitum portendī a coniecturarum sagacibus existimatum est. Bogislau-
i quoq; animus constantiē pignoribus refectus accepti beneficiū memoriā ad vl-
timū vsq; vitæ tempus inuiolabili fide exhibuit. A deo vt cum supremo morbo cor-
reptus in lectulo laberetur: adhibitos amicos iureiurādo obstringeret eos coniugē
suam ac liberos ad regem perducturos: eūq; diuidendi inter pupillos regni aucto-
ritatem habituros / & quod is statuisset perinde ac testamēto cautum custodituros: ni-
hil se de Danorum fide hēsitare testatus: quorum egregia toties experimēta susce-
perit: Succurrebat enim illustri viro quātos fructus Rugianis constantis erga Da-
nos amicitiae custodia peperisset.

Haecenus Saxo Grammaticus Sialendē, vir disertissī-
mus. Quē accurata diligentia impressit in incl-
ta Parrhisiorum academia Iodocus Ba-
dus Ascensius Idibus Martiis,
MDXIII. Supputatio-
ne Romana.

Thormodi Torfai Series Regum Dania, correcta ex ipsius Historia Norvegica P.L. 5. C. 33.

Reges Dania.

Reges Suecia.


Torniotus Frislandicus Rex
 Odino synchronus
 Karus.
 Socell.
 Inar.
 Morrius.
 Nor: Norvegia Epuzmas.
 Braunus, a quo Braunmaria.
 Ringus, a quo Ringaria.
 Halfdanus Grandavus
 Gpmus Rex, Julia Rex, Indus
 Janani.
 Skylus. Attil.
 Egdes. Nerver.
 Alalmthier. Egus.
 Eymius. Duclius.
 Nordysa, sig.
 mundi, Franca,
 nia, Regis, tauri
 Sigurdus Ragnar.
 bani.
 No lauga.

Initium regni.
 ante Christum.
 60.
 50.
 23.
 35.
 47.
 59.
 87.
 140.
 190.
 270.
 310.
 350.
 407.
 412.
 414.
 460.
 491.
 495.
 572.
 571.
 580.
 600.
 735.
 750.
 790.
 820.
 840.
 936.
 965.
 982.
 993.


Ulfus.
 Svaldus, n. in Affia 80. + 50.
 Fridley, n. 60 + 23.
 Frodius pacificus, n. 30. + p.C. 35.
 Fridley II, n. i. + 47.
 Alvar mansuetus, n. 24. + 59.
 Frodius II, n. 44. + 87.
 Yrmano sapiens, n. 72. + 140.
 Clafus mansuetus, n. 122. + 190.
 Danus magnanimus, n. 122. + 270.
 Frodius III tranquillus, n. 227. + 310.
 Frodius III, n. 274. + 358.
 Halfdan I, n. 262. n. in Suecia 314. + 324.
 Frodius IV Regius, n. 350. + 407.
 Claus vegetus, n. 312. n. in Suecia 334. + 344.
 Ingiato, n. 388. + 456.
 Halfdan II, n. 397. + 447.
 Frodius V, n. 407. + 460.
 Erarec Anog.
 gambaug, Dy.
 nafia, n. 444.
 456. + 512.
 Frodius VI, Dynas.
 stea, n. 492. n. 512. + 538.
 Alrothi
 usor.
 486. + 522.
 Alvar mansuetus, n. 470. + 572.
 Haraldus Grandavus, n. 493. + 561.
 Halfdan III, Dynasta.
 n. 530. n. 548. + 576.
 Erarec longuanfang, n. 500. n. 570. + 588.
 Helgius acutus.
 Haraldus skildtan, n. 585. + 735.
 Sigurdus Ingioculus, n. 770. + 820.
 Nordaxmit, n. 810. + 840.
 Gorm Granderus, n. 830. + 935.
 Haraldus Coradus, n. 830. + 935.
 Sven Ingius fecog, n. 940. + 1009.
 Olafus victor, n. 982. + 1022.
 Olafus sanctus, n. 993.


Yngvius, n. 100. + 120. --- 30.
 Freyr, n. 82. + 110. --- 20.
 Sigurd, n. 140. + 170. --- 10.
 Sigurd, n. 137. + 167. --- 17.
 Panland, n. 16. + 18. --- 34.
 Riber, n. 38. + 78. --- 48.
 Djalto, n. 70. + 130. --- 90.
 Dromar, n. 108. + 162. --- 130.
 Yngvius, n. 152. + 190. --- 162.
 Dagur, n. 170. + 220. --- 190.
 Egner, n. 190. + 200. --- 220.
 Alreus, n. 210. + 280. --- 260.
 Yngvi, n. 260. + 300. --- 280.
 Jotunus, n. 280. + 310. --- 300.
 Almus Grandavus, n. 300. + 312.
 Egi, n. 300. + 312. --- 300.
 Alar Mandelara, n. 400. + 450. --- 450.
 Adils, n. 450. + 505. --- 460.
 Eistun, n. 470. + 531. --- 525.
 Yngvius, n. 500. + 545. --- 531.
 Braut, Omund, n. 520. + 565. --- 525.
 Ingiato affatus, n. 540. + 580. --- 565.
 Clafus, n. 550. + 600. --- 580.
 Reges Norvegia. dit.
 Sig.
 Halfdan Albius, n. 600. + 640.
 Eistun, n. 630. + 700. --- 700.
 Haraldus Mansuetus, n. 1017. + 1042. --- 1042.
 Haraldus Sulericomus, primus Norvegiae Monarcha, n. 853.

Early European Books, Copyright © 2019 ProQuest LLC. Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen. 13 240 21 copy 4









st. b. cordis ad. Louis morigny. f. 26. v. De Angliis in. Hrolfs Saga